168 L. Percennius Lascivus, qui et Monnicus, eques Romanus, filius L. Percennii Pollionis, maritus Sabiniae Felicitatis *VI 1487 add. p. 851.*

169 D. PERCENNIVS MARCIANVS, clarissimus vir *fistula plumb. Romana, bull. comun. 1881 p. 27 n. 465.*

170 L. PERCENNIVS POLLIO vir clarissimus *VI 1487 cf. n. 168.*

171 D. PERCENNIVS RVFINVS, clarissimus vir *fistula aquaria rep. in Esquilino, bull. com. 1881 p. 27;* legatus Aug. pro pr. complurium *ut videtur* provinciarum *fragmenta lapidis eodem loco reperta, ibid. p. 26, recte ut videtur a Lancianio suppleta (ex nomine superest* D. Per... Ru...*).*

172 Percennius Severus, in auditorio Severi et Antonini (a. 198—209) examinatus *Ulpian. Dig. 4, 4, 18.*

— Claudia Peregrina.

173 Peregrinus, cognomine Proteus *Gellius 12, 11, Ammianus 29, 1, 39;* Proteus *Philostratus vit. soph. 2, 1, 13;* appellari maluit Proteus *Lucianus de morte Peregr. 1.* Philosophus Cynicus *Lucianus l. c. 14, Philostratus l. c.,* Parii natus *Lucianus l. c.,* in Syria Christianus *Lucianus 11–14,* ex Troade cum Luciano in Graeciam profectus *Lucianus 43.* Athenis docebat *Gellius 12, 11 cf. 8, 3.* Herodem Atticum conviciis insectatur *Philostratus l. c.* Roma expulsus *Lucianus 18.* Olympia se ipse comburit *Lucianus l. c. 36 cf. frg. 1 seqq. 7 adv. Ind. 14; Tertullian. ad martyr. 4; Ammian. 29, 1, 39* anno 164

*Hieron. h. a., vel potius* anno 167 *Nissen Rhein. Mus. 43, 1888 p. 255. Nominatur praeterea Lucian. v. Demon. 21.*

— P. Aelius Peregrinus.

— Aelius Peregrinus Rogatus.

— ARMENIVS PEREGRINVS.

— P. DELPHIVS PEREGRINVS ALEIVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MVCIANVS *v.* M. NONIVS MVCIANVS P. DELPHIVS PEREGRINVS.

— C. Gavius Tertul[lus] ... Peregrinus.

— (Tigidius) Perennis.

— L. TVLCIDIVS(?) PERENNIS.

174 Pergamus *Marcus Aurelius* εἰς ἑαυτὸν *8, 37, libertus fortasse L. Veri, cf. Panthea.*

175 PERPETVVS praetor urbanus *VI 316.*

— Cl(audius) Perpetuus.

— Cl(audius) Perpetuus Flavianus Eutychus.

— Q. EG ... PERPETVVS.

— ... [HIE]ROCLES PERPETVVS.

— MARIVS PERPETVVS.

— L. Marius Perpetuus.

L. MARIVS PERPETVVS.

— L. MARIVS MAXIMVS PERPETVVS AVRELIANVS.

— PAVLLVS FABIVS PERSICVS.

176 (Persius) Flaccus, poetae pater, mortuus a. 40 *vita Persii.*

177 A. Persius Flaccus (Aules *sic* Persius Flaccus *vita;* Persius Flaccus *Hieron. a. 34, vit. Alex. 44, 9;* Persius *alibi*) natus pridie nonas Decembres a. 34 *(cf. Hieron. h. a.)* in Etruria Volaterris, eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis viris coniunctus. Pater eum (eius *alii libri, C. Jahn*) Flaccus pupillum reliquit moriens annorum fere sex *a. 49.* Fulvia Sisennia (Sisenna *codd., sed cf. schol. 6, 6*) mater nupsit postea Fusio equiti Romano et eum quoque extulit inter paucos annos. Studuit Flaccus usque ad annum duodecimum aetatis suae *(a. 46)* Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flavum. Amicus Annaei Cornuti *(cf. sat. 5, 1 seq.)*, Caesii Bassi *(cf. 6, 1 schol.)*, Calpurnii Staturae (Surae *Casaubonus*). Coluit ut patrem Servilium Nonianum *(cf. schol. 2, 1).* Dilectus a Paeto Thrasea. Scripsit in pueritia praetextam Vescio (Vescia *Hertz*, nescio quam *Ribbeck*) et ὁδοιπορικῶν *(sic Pithoeus,* opericon *libri)* librum unum et paucos in socrum *(sic Casaubonus,* sororem *libri)* Thraseae .. versus. Decessit vitio stomachi anno aetatis XXX (XXIIX *Reizius*) VIII kalendas Decembres a. 62 *(cf. Hieron. h. a.), vita Persii 'de commentario Probi Valeri sublata' ed. Jahn post Persii saturas Brl. 1868 p. 35 seq. Unum Persii librum cognoverunt Quintilianus (10, 1, 94) et Martialis (4, 29, 7).*

— P. HELVIVS PERTINAX.

Digitized by Google

178 Pescennius Albinus, vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

179 Pescennius Aurelianus, vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

180 Pescennius Festus, vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

181 Pescennius Festus scripsit libros historiarum *Lactantius inst. 1, 21. Fortasse idem qui praecedit.*

182 Pescennius Iulianus, vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

183 Pescennius Materianus (Mater[n]ianus *Hirschfeld*), vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

184 P. PESCENNIVS NIGER, frater Arvalis a. 183 *et a. inc. Commodi, acta Arv. Videtur esse frater imperatoris.*

185 C. PESCENNIVS NIGER IVSTVS. *Nummi: Eckhel 7 p. 152 sqq. Cohen² 3 p. 404 sqq. v. Sallets Ztschr. f. Numism. 2, 1875 p. 249 sqq. Vita ab Aelio Spartiano scripta; praeterea cf. Dio 74, 6–9 (= Zonaras 12, 8); Herodian. 2, 7, 3–3, 4.* — C. Pesc(ennius) Niger Iustus *nummi;* Pescennius Niger *vel* Niger *scriptores.*

Ἰταλός, ἐξ ἱππέων *Dio 74, 6, 1.* Patre Annio Fusco, matre Lampridia, avo curatore Aquini *vita 1, 3.* A Marco cohortibus praefectus *vita 4, 2.* Commodus ei tribunatus duos dedit *vita 4, 4* multosque ducatus *vita 1, 5 cf. 4, 4 vix recte cf. Mommsen Hermes 25, 237, 2. Praefectus aut Aegypti (cf. Vict. Caes. 20, 9) aut legionis in Aegypto fuisse dicitur, vita 7, 7; 12, 6.* Bellum gerit πρὸς τοὺς ὑπὲρ τὴν Δακίαν βαρβάρους *c. a. 184 Dio 72, 8, 1, unde legatum Daciae (cf. vit. Commodi 13, 5) eum fuisse putat Liebenam Forschungen I p. 144, cf. tit. Dacicum III S. 7750:* C. [Pescenniu]s [Niger]? leg. Aug. pr. pr. cos. Dac. III). In Galliam missus ad comprehendendos desertores *c. a. 186 vita 3, 4.* Consul suffectus *c. a. 189 vita 4, 6. Herodian. 2, 7, 4.* Legatus Aug. pr. pr. provinciae Syriae *c. a. 191—193, certe a. 193 Dio 74, 6, 1; 73, 13, 5; 14, 3; Herodian. 2, 7, 4; vita 1, 5; 2, 1; vita Iulian. 5, 1–2; Sev. 5, 8; 6, 7 cf. Eutrop. 8, 18 (= Oros. 7, 17).* Aetatis provectae, cum in imperium invasit *vita 5, 1.* Imperator factus a. 193 *mense Maio, Dio 73, 14, 3; Herod. 2, 8, 6; vita 2, 1; vit. Iul. 5, 2; Sev. 5, 8; 6, 7; Alb. 1, 1; Epit. 19, 2.* Consul II *nummi Cohen 1. 4. 10–12. 16. 35. 70. 76;* p(ater) p(atriae) *Cohen 15.* Tribus proeliis a Severi ducibus victus, primum apud Cyzicum *Dio 74, 6, 4; Herod. 3, 2, 2; vita Sev. 8, 16 (ubi interfectus esse male dicitur vita 5, 8; Sev. 9, 1; Eutrop. 8, 18 = Oros. 7, 17; Vict. Caes. 20, 9),* deinde apud Nicaeam *Dio 74, 6, 4–6; Herod. 3, 2, 9–10,* denique apud Issum *Dio 74, 7; Herod. 3, 4, 1–5; Ammian. 26, 8, 15.* Haud procul ab Antiochia in fuga interfectus *Dio 74, 8, 3; Herod. 3, 4, 6; Ammian l. c. Haec omnia gesta sunt uno anno 194, quo anno Severum ter imperatorem appellatum esse nummi docent.* Uxor eius vidua et filii adulti *(cf. vita 5, 2)* in exsilium missi, postea interfecti *vita 6, 1–2; vit. Sev. 9, 2; 10, 1.*

186 PESCENNIVS PRINCVS (?) Clodii Albini infantulus *vit. Clod. Alb. 7, 5.*

187 Pescennius Veratianus, vir nobilis, a Severo occisus *vit. Sev. 13, 6.*

Digitized by Google

188 PESCENNIVS VITVLVS salius Palatinus obiit a. 200 *VI 1982. 1983.*
189 Pescennia Marcellina (M. Clodium) Pupien(i)um Maximum filii loco suscepit et aluit *vit. Max. et Balb. 5, 7.*
— Q. SVLPICIVS CAMERINVS PETICVS (?)
— M. LICINIVS PETILIVS AIA ...
190 pup(us) Petillius Birro *fistula aquaria prope Romam rep. Lanciani sill. aq. n. 325. Fortasse e gente nobili.*
191 Q. PETILLIVS CERIALIS CAESIVS RVFVS *(sic in consulatu dipl. 9;* Q. Petilius Cerealis *Dio 65, 18, 1;* Petilius Cerealis *Ioseph. Tac.* Cerealis *vel* Cerialis *Tac.),* legatus legionis nonae a Britannis fusus a. 61 *Tac. a. 14, 32 seq.* Affinis Vespasiani *Tac. h. 3, 59; Dio 65, 18, 1.* Inter duces Flavianos adsumptus a. 69 *Tac. h. 3, 59.* Romam praemissus proelio equestri victus a. 69 *Tac. h. 3, 78 seq. cf. Dio 65, 18, 3 seq.* Consul suffectus a. 70 *Ios. bell. 7, 4, 2, ubi duo eius consulatus confundi videntur.* A Muciano dux contra Germanos delectus a. 70 *Tac. h. 4, 68.* Domitiano fidem suam temptanti non obsecutus *Tac. h. 4, 86. Legatus Germaniae inferioris cf. Tac. h. 5, 19.* Germanorum seditionem pacat a. 70 *Tac. h. 4, 71–79; 5, 14–26; Dio 66, 3, 3; Ios. bell. 7, 4, 2.* Legatus Britanniae a. 71—74 *Tac. Agr. 8 cf. Ios. l. c.; Hübner Rh. Mus. XII p. 50 seq.* Brigantes aggressus *Tac. Agr. 17.* Consul suffectus II a. 74 mense Maio cum T. Clodio Eprio Marcello II *III p. 852 dipl. 9.* Petilius, *fortasse idem, Martial 12, 57, 19.*
192 PETILIVS (*cod.* Petitius) RVFVS, praetura functus a. 28 *Tac. a. 4, 68. Pater videtur esse Q. Petillii Cerialis (n. 191), avus Q. Petillii Rufi (n. 193).*
193 Q. PETILLIVS RVFVS, consul ordinarius II a. 83 cum Domitiano IX *fasti. Filius videtur esse Petillii Cerialis (n. 191), nepos Petillii Rufi (n. 192).*
— AELIA LICINIA PETILIA ...
— Petinus *v.* P(a)etinus.
194 Petrae, equites Romani illustres, duo fratres, a Suillio accusati, quod domum suam Mnesteris et Poppaeae congressibus praebuissent, necati a. 47 *Tac. a. 11, 4.*
— T. Flavius Petro.
— SER. CORNELIVS DOLABELLA PETRONIANVS.
— GALEO TETTIENVS PETRONIANVS.
— SEX. LVTATIVS OPPIANICVS PETRONIANVS.
195 (VITELLIVS) PETRONIANVS, filius Vitellii imperatoris et Petroniae, captus altero oculo, a patre interemptus *Suet. Vit. 6.*
196 C. Petronius *(sic Dio 54, 5, 4;* P. Petronius *Plin. n. h. 6, 181;* Petronius *alibi),* equestris ordinis *Plin. l. c.,* praefectus Aegypti a. 730/29 *(Ioseph.)* — 732/22 *(Dio), Ioseph. ant. 15, 9, 2; Dio 54, 5, 4; Strabo 17, 1, 3 p. 788; Plin. l. c. cf. Mommsen res gestae d. A.*[2] *p. 106; RG. V 594 (annis 728/26—730/24 eum tribuit Borghesi 3, 364).* Duas expeditiones suscepit contra Candacen, reginam Aethiopum

Digitized by Google

*Strabo 17, 1, 54 p. 820 seq., Dio l. c.; Plin. l. c.; Mon. Ancyr. 5, 18 seq.* Alexandrinorum tumultum sedat *Strabo 17, 1, 43 p. 819.* Herodis Magni amicus *Ioseph. l. c. Pater (vel potius avus) videtur C. Petronii (Umbrini?) n. 197 et n. 236 cf. Borghesi 3, 364. Cf. stemma sub n. 236.*

197 C. PET(RONIVS) consul suffectus a. 25 p. Chr. mense Septembri cum M. Asin(io Agrippa) *I 766. Filius fortasse (vel potius nepos) C. Petronii (n. 196) et idem ac C. Petronius Umbrinus (n. 236) cf. Borghesi 3, 364, at cf. Mommsen Hermes XIII p. 106, 2, qui illum titulum ad C. Petronium Arbitrum (n. 201) referri posse probat. Cf. stemma sub n. 236.*

198 P. PETRONIVS. *Titulus VI 1976, 8 = I p. 465. Nummi Smyrnaei: Mionnet III 219, 1224; VI 330, 1631 seq. et in museo Berol.; Pergameni: Mionnet II 594, 541; V 429, 939 seq. et in museo Berol., item ap. Waddington fastes n. 76; Antiocheni: Mionnet V 167, 173 et in museo Berol.* P. f. *tit., fortasse filius P. Petronii Turpiliani (n. 232) et pater P. Petronii Turpiliani (n. 233) cf. stemma subiectum.* Augur cooptatus a. 7 p. Chr. *tit.* Consul suffectus a. 19 cum M. Iunio Silano; *unde* lex Iunia Petronia *Dig. 40, 1, 24 cf. Zumpt comm. epigr. p. 60.* Romae versatur a. 21 et a. 36 *Tac. a. 3, 49; 6, 45.* Proconsul Asiae per sex annos *nummi Smyrn. et Pergam., c. a. 29—35 cf. Wadd. l. c.* Legatus Aug. pr. pr. prov. Syriae inde ab a. 39 *Philo leg. ad Gaium p. 576 M. cf. Schürer Gesch. des jüdischen Volkes[2] I p. 270 n. 39* usque ad a. 41/42 *nummi Antioch.,* successor L. Vitellii *Philo p. 580; Ioseph. ant. 18, 8, 2,* decessor (C. Vibii) Marsi *Ioseph. ant. 19, 6, 4; cf. etiam Philo p. 584. 594; Hieron. a. 38.* Hierosolymis statuam Gai ponere iubetur *Philo p. 576—584; Ios. ant. 18, 8, 2. 8; bell. 2, 10, 1; Hieron. a. 38;* quod ne fiat Gaium rogat *Ios. ant. 18, 8, 5; Philo p. 583;* Gaius ei necem minatur *Ios. bell. 2, 10, 5.* Magistratus continuos gessit *Philo p. 584.* Gener Vitelliae *Tac. a. 3, 49.* Pater Petroniae *(n. 241)* uxoris A. Vitellii imperatoris *Suet. Vit. 6.* „Vetus convictor Claudii, homo Claudiana lingua disertus“ *Senec. apocol. 14, videtur igitur mortuus esse sub Claudio cf. Borghesi 3, 356 seq.*

232 P. Petronius Turpilianus III vir monetalis, Vitellia,
|
198 P. Petronius P. f. cos. 19, ⌣ (incerta),

233 P. Petronius Turpilianus cos. 61, 241 Petronia ⌣ A. Vitellius imp.,

195 (Vitellius) Petronianus.

— L. FVLVIVS GAVIVS NVMISIVS PETRONIVS AEMILIANVS.

199 Petronius Antoninus filius M. Petronii Surae *(n. 228) VI 977 cf. stemma sub n. 212.*

200 PETRONIVS ANTONINVS filius (M.) Petronii (Surae) Mamertini *(n. 226)* ex sorore Commodi genitus una cum patre a Commodo occisus *vit. Comm. 7, 5 cf. stemma sub n. 212.*

201 C. (*aut* T.) PETRONIVS ARBITER. C. Petronius *Tac. a. 16, 18 cf. Mommsen Hermes 13 p. 106 n. 2.* T. Petronius *Plin. n. h. 37, 20;*

*Plut. mor. p. 60 E vol. I p. 138 Hercher cf. Nipperdey ad Tac. a. 16, 17.* Petronius Arbiter *codices satirarum cf. Teuffel LG.*[5] *§ 305, 1. Lact. in Stat. Theb. 3, 661. Fulgentius ap. Petron. frgm. 7. 9. 11–13. 25.* Petronius *vel* Arbiter *alibi.* Proconsul Bithyniae et mox consul *(suffectus a. inc. sub Nerone; ad eum refert Mommsen l. c. tit. I 766* M. Asin. C. Pet. *cf. supra n. 197) Tac. a. 16, 18.* Consularis *Plin. n. h. 37, 20.* Familiaris Neronis, elegantiae arbiter, mores eius *Tac. a. 16, 18.* Mori coactus a Nerone a. 66 *Tac. a. 16, 17–20 cf. Plin. l. c.* Scripsit satiras et carmina quaedam; *reliquias collegit et edidit F. Bücheler ed. mai. 1862, ed. min.*[3] *1882 cf. etiam Teuffel LG.*[5] *§ 305, 6.*

202 Petronius Aristocrates (*v. l.* Aristotegrates *vel* Aristotelicus) philosophus, magister Persii *vita Persii.*

203 Petronius Aufidius Victorinus iuu(ior) cum patre Petronio Victorino c(larissimo) i(uvene) *(n. 235)* et matre Setina Iusta *a. 256 honoratur tabula aenea Pisaurensi, notizie degli scavi 1880 p. 261. Cf. Aufidium Victorinum consulem II a. 183 Orelli 1176 (Pisauri).*

204 C. Petronius Celer. *Tituli Mauretaniae Sitifensis: VIII 8813 (1). 8814 (2). Lambaesitanus: VIII 2728, 59 (epistula ad Valerium Etruscum legatum legionis III Aug. a. 152 data) (3). Praenomen in t. 1. 2.* Procurator Augusti *(scil. Hadriani)* provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 1. 2 cf. 3.*

205 M. Petronius Cremutius, puer Arvalibus ministrans a. 87, filius (M. Petronii) Umbrini *(n. 231) acta Arv. a. 87 VI 2065 II 52. Cf. stemma sub n. 236.*

206 PETRONIVS DIDIVS SEVERVS pater M. Didii Severi Iuliani imperatoris, Didii Proculi, Nummii Albini; maritus Aemiliae Clarae *vita Did. Iul. 1, 2 cf. 7, 2. Idem videtur esse* Petronius Severus vir clarissimus *patronus ut videtur sacerdotum domus Augustae c. a. 180—184 VI 2010 a 24.*

207 M. Petronius Honoratus, M. f., tribu Quirina, procurator monetae, procurator vicesimae hereditatium, procurator provinciae Belgicae et duarum Germaniarum, procurator a rationibus Augusti *VI 1625 a. b.* Praefectus annonae, praefectus Aegypti, pontifex minor *VI 1625 b. Fuerit Marco fere imperante.*

208 Petronius Iunior, vir nobilis, a Severo occisus *vita Severi 13, 6. Pater fortasse Cn. Petronii Probati Iunioris Iusti (n. 223).*

209 A. PETRONIVS LVRCO consul suffectus a. 58 mense Augusto et Decembri cum A. Paconio Sabino *tab. cer. Pompei. 118 cf. 123; acta Arv. VI 2041, 4.*

210 M. PETRONIVS LVRCO curator tabularum publicarum a. 46 *VI 916.*

211 C. PETRONIVS MAGNVS clarissimus vir patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338: album Canus., ubi nomen consulto erasum est.* Petronius

Digitized by Google

Magnus praetor *(aut idem aut pater eius) Tryfoninus Digest. 23, 4, 30.* Magnus *quidam* vir consularis a Maximino occisus *Herodian. 7, 1, 5; vit. Max. 10, 1; trig. tyr. 32, 1.*

212 Sex. Petronius Mamertinus. *Tituli Aegyptii: III 44 (1). 77 (2) et urbani: VI 977 (3). 1009 (4). Bull. comun. 1885 p. 151 n. 1077 (5), p. 153 n. 1078 (6), 1886 p. 98 n. 1139 (7). Praenomen* [Se]x. *t. 1.* Petronius Mamertinus *t. 1. 4–7 Fronto;* Mamertinus *t. 2. 3.* Praefectus Aegypti VI idus Martias a. 134 *t. 1 cf. 2.* Praefectus praetorio a. 139—143 cum M. Gavio Maximo *t. 4—7. In hoc magistratu mortuus videtur, cum collega eius diu post eum solus praefecturam retinuerit cf. vitam Pii 8, 6. 7.* Filius M. Petronii Surae *(n. 228)*, frater Antonini *(n. 199) t. 3. Pater videtur* M. Petronii Surae Mamertini *(n. 229)* et M. Petronii Surae Septimiani *(n. 230) cf. vit. Comm. 7, 5 cf. stemma subiectum.* Frontonis amicus *Fronto ad am. 1, 10 p. 180 Naber.*

228 M. Petronius Sura proc. Hadr.,

212 Sex. Petronius Mamertinus praef. praet., 199 Petronius Antoninus,

Commodi soror ⌣ 229 M. Petronius Sura Mamertinus cos. a. 182, 230 M. Petronius Sura Septimianus cos. a. 190.

200 Petronius Antoninus.

213 Q. Petronius Melior, Q. f., procurator annonae, adiutor curatoris alvei Tiberis et cloacarum, *tit. Ostiensis positus a. 184, 3. Febr., XIV 172 cf. add. Pater aut avus viri cognominis n. 214.*

214 Q. PETRONIVS MELIOR. *Tituli: VI 1984, 48 fasti sod. Aug. (1); XI 1595 Florentinus (2); XI 3367 (3); 3368 (4) Tarquinienses. Nomen integrum ubique.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus laticl(avius) leg(ionis) pr(imae) Min(erviae), sexvir turm(ae) pr(imae), sodalis Aug(ustalis) Claudial(is) *t. 3* cooptatus *a.* 230 *t. 1 cf. Dessau eph. epigr. 3 p. 75.* Quaestor, quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis kandidatus, praetor', legatus legionis VIII Aug(ustae), curator Pyrgens(ium) et Ceretanor(um), legatus legionis XXX Ulpiae, praefectus frum(enti) dandi, cur(ator) r(ei) p(ublicae) Tarquiniens(ium) et Graviscanor(um) *t. 3 inverso ordine.* Vir co(n)s(ularis) *t. 2. 3. 4.* Maritus Domitiae Melpidis clarissimae feminae *t. 4. Filius aut nepos viri cognominis n. 213.*

215 Q. Petronius Modestus, C. f., tribu Pup(inia), pr[oc(urator)] divi Nervae et imp. Caes. Nervae Traiani Aug. Germ. (a. 98—102) provinciae Hispaniae citer(ioris). Asturiae et Callaeciarum, flamen divi Claudi *tituli Tergestini V 534. 535.*

216 Petronius Musa *(sic Galen. 13, 502 Kühn;* Petronius *ib. 13, 831;* Musa *ib. 10, 356 seq.: 11. 87. 137: 12, 609. 955 seq. 989. 992: 13, 14. 263. 463, distinctus ab* Antonio Musa *12, 989)* medicus, de medicamentis scripsit *ib. 13, 502 cf. ll. cc.*

**217** PETRONIVS POLIANVS vir clarissimus, legatus legionis XIII [g(eminae)] Gord(ianae) (a. 238—244), leg(atus) Aug(usti) [pr. p]r. Raet(iae), i[te]m Belgicae *tit. Apulensis III 1017.*

**218** C. PETRONIVS PONTIVS NIGRINVS *(sic II 172. C.* Pontius Petronius Nigrinus *papers of the american school I p. 50 n. 26, C.* Pontius Nigrinus *Suet. Tib. 73,* Pontius Nigrinus *X 6774. Dio 58, 27, 1 et ind. lib. 59,* . . . ntius Ni . . . *fasti Arv., praeterea modo* C. Pontius *modo* Nigrinus), consul ordinarius a. **37** cum Cn. Acerronio Proculo. *Idem indice Borghesio 3 p. 365* P. Petronius pater Pontiae a Nerone necatus *schol. Iuv. 6, 638, adoptatus scilicet a C. Petronio Umbrino (cos. suff. a. 25?), at cf. Mommsen Hermes 13 p. 106 n. 2.* Pontiorum Nigrini et Labionis dispensator *VI 9338 fortasse huius et fratris. Cf. n. 197 et 236.*

**219** Petronius Priscus, exsilio multatus a. 65 *Tac. a. 15, 71.*

**220** Petronius Priscus, tribunus laticlavius *tit. Noricus III 5657.*

**221** P. PETRONIVS PRISCVS frater Arvalis a. 183. 184. 193 *acta Arval. VI 2099 II 28; 2115, 1; 2102, 7. 12.*

**222** T. Petronius Priscus, T. f., tribu Aniensi, procurator Augusti ferrariarum et annonae Ostis *tit. Ostiensis eph. epigr. 7 n. 1212. Pater fortasse Petronii Prisci n. 219.*

**223** CN. PETRONIVS PROBATVS IVNIOR IVSTVS vir clarissimus *t. Nolanus X 1254 (1) et Numidicus VIII 8327 (2).* Quattuorvir viarum curandarum, [cura]tor reipublicae Ardeatinorum, [quae]stor [provi]nciae [A]fric[ae], tribunus plebis, praetor fideic[om]missar(ius), legatus provinciae Achaiae, proconsul provinciae Cretae, legatus legionum duarum XII[II] Gemin(ae) et VIII Aug(ustae) Se[veriana(rum) Alexandrian(arum)] (a. 222—235), *t. 1 inverso ordine.* Legatus Aug. pr. pr. praeses *Numidiae t. 2, sub Alexandro vel Maximino. Filius fortasse Petronii Iunioris n. 208.*

**224** L. PETRONIVS RVFVS senator a. 737/17 mense Maio, *acta ludorum saecularium quintorum v. 51, eph. 8 p. 229 (= VI 877 b).*

**225** L. Petronius Sabinus, procurator Augg. stationis hereditatium, item provinciae Narbonensis, patronus coloniae *Anconae IX 5898.*

**226** T. Petronius Secundus. *Praenomen in titulo Thebano Aegypti III 37 = CIG 4720.* Praefectus Aegypti a. 95 mense Martio *tit.* Praefectus praetorio a. 96 cum Norbano *Dio 67, 15, 2; Eutrop. 8, 1; Oros. 7, 11.* Domitiani interfector *Vict. epit. 12, 8;* eius opera Nerva imperator factus *Eutrop. 8, 1; Oros. 7, 11.* A militibus Nerva invito necatus a. 97 *Vict. epit. 12, 8.*

— PETRONIVS SEVERVS *v.* PETRONIVS DIDIVS SEVERVS.

**227** L. PETRONIVS SEVERVS NO[VINI]ANVS sodalis Augustalis cooptatus a. 161 *VI 1984, 25.*

**228** M. Petronius Sura, procurator Hadriani *scil. aquarum VI 977 (ubi est praenomen), fistulae plumbeae Romanae ap. Lanciani silloge aquaria*

*n. 59. 60 = Bull. comun. 8, 1880 p. 19 n. 174.* Pater Mamertini *(n. 212)* et Antonini *(n. 199) VI 977 cf. stemma sub n. 212.*

229 M. PETRONIVS SVRA MAMERTINVS. *Titulus VI 1488 mutilus (1). Memoratur VI 21756 (2) et una cum fratre M. Petronio Sura Septimiano VI 23991 (3), item in fistula aquaria bull. comun. 1884 p. 51 n. 786 (4), item in tegula XIV 4089, 20 = XV 2159 (5); fortasse huius est tegula XV 523 (6).* Petronius Mamertinus *t. 1. 3. 5; vit. Comm. 7, 5,* Sura Mamertinus *t. 2,* Sura Mamer. *t. 4;* M. Petronius *dictus libertus eius t. 2;* M. Pet. Mam. *t. 6; in consulatu* Mamertinus. Allectus inter quaestorios, praefectus aerarii Saturni, quindecimvir sacris faciundis *t. 1.* Consul ordinarius a. 182 cum Q. Tineio Rufo. A Commodo occisus una cum filio Antonino ex sorore Commodi *(Cornificia? cf. Borghesi 5 p. 433)* genito *vit. Comm. 7, 5 cf. stemma sub n. 212.*

230 M. PETRONIVS SVRA SEPTIMIANVS. *Tituli VI 1979 (1); 1980 (2). Memoratur una cum fratre M. Petronio Sura Mamertino VI 23991 (3), item in fistula aquaria bull. comun. 1884 p. 51 n. 786 (4), item in tegula XIV 4089, 20 = XV 2159 (5).* M. Petronius Sura Septimianus *t. 1,* Petronius Septimianus *t. 2. 3. 5;* Petronius Sura *vit. Comm. 7, 5;* Sura Septim. *t. 4; in consulatu* M. Petronius Septimianus *XI 970,* Marcus Sura Septimianus *Boissieu inscr. de Lyon p. 31,* Petronius Septimianus *VI 2004, praeterea* Septimianus. Salius Palatinus factus a. 179 *t. 1,* exit a. 189 consul factus *t. 2.* Consul ordinarius a. 190 cum Commodo VI. Occisus a Commodo una cum *fratre* Mamertino *(n. 229) vit. Comm. 7, 5 cf. t. 3. 4. 5 et stemma sub n. 212.*

231 T. PETRONIVS TAVRVS VOLVSIANVS, T. f., tribu Sabatina, equo publico, tribunus cohortis primae praetoriae protect. Augg. nn. *(cf. Mommsen eph. epigr. 5 p. 121 sqq.),* praefectus vigilum p(erfectissimus) v(ir), praefectus praetorio em(inentissimus) v(ir), (consul) ordinarius (a. 261 cum Gallieno IIII *fasti*), v(ir) co(n)s(ularis), patronus Arretinorum *tit. Arretinus XI 1836.* Petronius Volusianus praefectus urbi a. 267—268 *chronographus. Pater fortasse L. Publii Petronii Volusiani n. 239.*

232 P. PETRONIVS TVRPILIANVS, triumvir monetalis sub Augusto *Cohen I² Augustus 476—496. Pater fortasse P. Petronii P. f. (n. 198), avus P. Petronii Turpiliani (n. 233) cf. stemma sub n. 198.*

233 P. PETRONIVS TVRPILIANVS *(praenomen ap. Phlegon. mir. 20),* consul ordinarius a. 61 cum L. Caesennio Paeto, eodem anno legatus Britanniae *Tac. a. 14, 39 cf. 29; Agr. 16.* Curator aquarum a. 63—64 *Frontin. aq. 102.* Insignia triumphalia accepit a. 65 *Tac. a. 15, 72.* A Nerone cum exercitu contra rebellantes praemissus cum Galba consensisse dicitur *Zon. 11, 13 p. 570 D* ('Petronius'). Ut dux Neronis inauditus atque indefensus a Galba interfectus a. 68 *Tac. h. 1, 6 cf. 37;*

Digitized by Google

*Plut. Galb. 15, 17,* senex inermis *Plut. Galb. 15. Filius fortasse P. Petronii P. f. (n. 198), nepos P. Petronii Turpiliani (n. 232) cf. stemma sub n. 198.*

234 L. PETRONIVS VERVS, legatus Aug. pr. pr. *scil. Galatiae*, c(larissimae) m(emoriae) v(ir), co(n)s(ul) desig(natus), praeses *t. Ancyranus III S. 6754 = 252 = Wadd. 1790. Defunctus igitur, antequam consulatum iniret (Mommsen ad l. c.).*

235 PETRONIVS VICTORINVS, c(larissimus) i(uvenis), maritus Setinae Iustae, pater Petronii Aufidii Victorini iun(ioris) *(n. 203) honoratus a. 256 tabula aenea Pisaurensi notizie degli scavi 1880 p. 261 (contulit Bormann).*

236 C. PETRONIVS VMBRINVS curator locorum publicorum iudicandorum ex s(enatus) c(onsulto) *VI 1266. Fortasse idem ac C. Pet(ronius) consul a. 25 (?) (n. 197) et pater adoptivus C. Petronii Ponti Nigrini consulis a. 37 (n. 218) cf. Borghesi 3, 364. Nipperdey ad Tac. a. 6, 45. Mommsen Hermes 13 p. 106,·2. Stemma fortasse tale est:*

196 C. Petronius praef. Aeg. a. 730/24—732/22,
|
(Petronius incertus),
|
236 C. Petronius Umbrinus (cos. a. 25 ?),
adopt.: |

218 C. Petronius Pontius Nigrinus cos. a. 37,
|
Pontia.

238 Q. Petronius Umb[rinus] leg. Galatiae c. a. 54/55,
|
237 M. Petronius Umbrinus cos. a. 81,
|
205 M. Petronius Cremutius puer.

237 M. PETRONIVS VMBRINVS consul suffectus a. 81 mense Septembri et Octobri cum L. Carminio Lusitanico *acta Arr. VI 2060;* . . . Umbrinus pater M. Petronii Cremutii *(n. 205) acta Arr. VI 2065 II 52. Cf. stemma sub n. 236.*

238 Q. PETRONIVS VMB[RINVS] legatus pr. pr. Neronis *scil. Galatiae c. a. 54/55, tit. ad Sagalassum rep., American journal of archaeology 1886 p. 129. Cf. stemma sub n. 236.*

239 L. PVBLIVS PETRONIVS VOLVSIANVS, c(larissimus) v(ir), quaest(or), sevir, praet(or), cons(ul), patronus col(oniae) *t. Puteolanus X 1706. Filius fortasse T. Petronii Tauri Volusiani n. 231.*

240 Petronius Urbicus (Petronius Urbi . . . *Tac.*, . . . us Urbicus *t.*), procurator Norici a. 69 *Tac. h. 1, 70; t. Noricus III S. 11551.*

241 PETRONIA, filia P. Petronii P. f. *(n. 198)*, uxor A. Vitellii imperatoris, mater (Vitellii?) Petroniani *(n. 195) Suet. Vit. 6.* Uxor Vitellii, dein (Cn. Cornelii) Dolabellae *Tac. h. 2, 64. Cf. stemma sub n. 198.*

242 Petronia, Tettii uxor *Val. Max. 7, 7, 3 (v. l.* caetronia).

— PASSENIA PETRONIA.

243 M. PETRVCIDIVS M. f., legatus propr. M. Lici(nii) *sub Augusto fere, tegula Baetica II 4967, 1.*

Digitized by Google

244 M. PETRVS (Μρ. Ρετρ· *Wadd.*, Αὐρ. Πετρ· *Richter*), legatus (ἡγεμών) *Arabiae* a. 278 279 *t. Bostrae rep. CIGr. 4649 = Waddington 1909.*

245 Phaedra, concubina Herodis Magni, mater Roxanes *Ios. ant. 17, 1, 3; bell. 1, 28, 4.*

246 Phaedrus, Augusti libertus, fabularum aesopiarum libros quinque scripsit, *qui exstant, cf. titulum.* Pierio iugo natus *3 prol. 17—23,* Thrax *ib. 54—56.* Scripsit post mortem Augusti *3, 10, 39* Seiano florente *3 prol. 41. Nominatur 3 prol. 1. Martial. 3, 20, 5. Avianus epistul. ad Theodos. Cf. Teuffel LG.*[5] *§ 284.*

247 MARCVS PHAEDRVS, c(larissimus) v(ir), consul, patricius, allectus inter praetorios, legatus *VI 1547 tit. corruptus.*

— Phago *v.* Fago.

248 Phaon, (Augusti) libertus, Neronem Roma fugientem ad suburbanum suum prosequitur a. 68 *Sueton. Nero 48. 49. Dio 63, 27, 3. Vict. epit. 5, 7.*

249 Pharasmanes, Mithridatis regis Hiberorum filius, patri in regno succedit ante a. 35 *Dio 58, 26, 4 cf. Tac. a. 6, 32* Mithridatem fratrem *(cf. Tac. a. 11, 8; 12, 44; Dio 58, 26, 4)* natu minorem *(cf. Tac. a. 12, 46)* bello contra Parthos suscepto adiuvat in occupando regno Armeniae *Tac. a. 6, 33–35 cf. Iosephus ant. 18, 4, 4,* item a. 47 in eodem regno recuperando *Tac. a. 11, 8.* Filiam collocat Mithridati *Tac. a. 12, 46.* A. 51 Radamistum filium incitat ad pellendum regno Armeniae Mithridatem *Tac. a. 12, 44–47;* captum Mithridatem cum uxore et filiis interfici iubet *ib. 47.* Radamistum interficit 'quasi proditorem', quo fidem in Romanos testaretur *Tac. a. 13, 37.* Partem aliquam Armeniae accipit a Nerone a. 60 *Tac. a. 14, 26.* Decedit ante a. 75, quo anno rex Hiberiae fuit Mithridates filius eius *tit. rep. in Hiberia ad flumen Cyrum, editus ad C. III 6052.*




250 Pharasmanes (Farasmanes *et* Frasmanes *vit. Hadr.*), Hiberorum rex, Hadriani invitationem superbe neglegit c. a. 130 *vit. Hadr. 13, 9, cf. 21, 13.* Bellum Albanorum movet c. a. 135, a Vologaeso apud Hadrianum accusatur *Dio 69, 15, 1–2 (= Zonar. 11, 24).* Ingentia munera Hadriano donat ab eoque accipit *vit. Hadr. 17, 11–12 cf. 21, 13.* Cum uxore et filio Romam profectus regnum auctum recipit

*Dio 69, 15, 3 (quod fragmentum non ad Hadrianum, sed ad Pium pertinet).* Ad Pium Romam venit plusque illi quam Hadriano defert *vit. Pii 9, 6.*

— Pharnataspates *v.* Parthamaspates *(n. 98).*

251 Pharsanzes rex Bosporanorum a. 253/4—254/5 *nummi, v. Sallet Ztschr. f. Numismatik 9, 1882 p. 154 (antea legebatur* Phareanses).

252 Phasaelus, Herodis Magni ex Pallade filius *Ios. bell. 1, 28, 14; ant. 17, 1, 3.*

253 Phasaelus, filius Phasaeli, fratris Herodis Magni (mortui a. 714/40 *Ios. bell. 1, 13; ant. 14, 13*), maritus Salampsionis, filiae Herodis Magni, pater quinque liberorum *Ios. ant. 18, 5, 4 cf. bell. 1, 28, 6.*

254 Phecianus (Φηκιανὸς *Galen. 16, 484;* Φικιανός *17, 1, 575;* Ἰφικιανός *18, 2, 654;* Ἐφικιανός *19, 58*), Claudii Galeni praeceptor *Galen. 16, 484,* Stoicus *Galen. 18, 2, 654 Kühn, cf. J. Müller progr. acad. Erlangen 1874 p. 25.*

255 Pheronactus, Claudii libertus, ab eo occisus *Senec. lud. 13 (codd.* pheronaotus, pheronatlus, pheronatius, *correxit Bücheler).*

256 Pheroras, Herodis Magni frater, ab eo tetrarches Peraeae constitutus a. 734/20 *Ios. bell. 1, 24, 5; ant. 15, 10, 3.* Mortuus a. 749/5 *Ios. bell. 1, 29, 4; ant. 17, 3, 3. Nominatur passim apud Iosephum.*

257 Philadelphus, rex Paphlagoniae a. 723/31 *Dio 50, 13, 5 (= Zonar. 10, 29).*

— Ptolemaeus Philadelphus.

258 Philagrus Cilix, sophistes, inimicus Herodis Attici, Romae docebat *Philostrati vit. sophist. 2, 8, cf. 2, 22.*

— Alexander Philalethes.

— Ulpia Phile.

259 Philemon, grammaticus Latinus, magister Maximi *vit. Max. 27, 5.*

— Philenides *v.* Philonides.

260 Philetus, puer delicatus Flavii Ursi, cuius mortem carmine celebrat Statius *Silv. 2, 6 (nomen v. 81. 103).*

261 Philetus *Phaedrus 5, 10, 10.*

262 Philinus, Plutarchi amicus *quaest. conviv. 1, 6; 2, 4; 4, 1; 5, 10; 8, 7; de Pythiae oraculis (p. 394 C); de sollertia animal. 23 (p. 976 B).*

— T. FL(AVIVS) PHILINVS.

— Aelia Caecilia Philippa.

— T. FLAVIVS SECVNDVS PHILIPPIANVS.

— T. FL(AVIVS) VICTORINVS PHILIPPIANVS.

263 Philippus tetrarches Gaulanitidis, Trachonitidis, Batanaeae a. 750/4—33/34 p. Chr. *nummi ap. Eckhel III 490 seq. Mionnet V 566 seq. n. 77—81. Madden coins of the Jews 1881 p. 123—127 cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volkes*[2] *p. 357 n. 10. — Nicol. Damasc. frg. 5. Strabo 16, 2, 46 p. 765. Philo in Flaccum p. 521. Ioseph. bell. 2, 6, 3; ant. 17, 8, 1; 18, 4, 6 alibi.* Herodis Magni ex Cleopatra filius *Ioseph.*



Digitized by Google

*bell. 1, 28, 4; ant. 17, 1, 3 alibi;* maritus Salomes Herodiadis filiae *Ioseph. ant. 18, 5, 4.* Caesaream (Philippi) et Iuliadem condit *Ioseph. bell. 2, 9, 1; ant. 18, 2, 1.* Mortuus vicesimo Tiberii anno *Ioseph. ant. 18, 4, 6 i. e.* 33/34 p. Chr. *cf. Schürer l. c. p. 357 n. 11.*

264 Philippus, Iacimi filius, dux Agrippae II *Ioseph. vita 11; 35 seq.; 74; bell. 2, 20, 1; 2, 17, 5; 3, 7, 21; 4, 1, 10; ant. 17, 2, 3.*

265 Philippus, medicus, haud ita multo ante Galenum *Galen. 7, 347; 530; 315; 685–694; 701; 9, 176; 247; 10, 495; 706; 722; 13, 14; 88; 105; 304; 502; 642; 16, 684; 17, 1, 640; 12, 735; 19, 16. Fortasse idem est* Philippus Macedo *Galen. 14, 149 Kühn, et is, qui nominatur a Iuvenale 13, 125.*

266 Philippus Prusensis, philosophus Stoicus, aequalis Plutarchi *quaest. conviv. 7, 7.*

267 Philippus ὁ συγγραφεύς, aequalis Plutarchi *de oraculorum defectu (p. 418 A).*

268 Philippus, Macedo, pater Antigoni *Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 888 = CIGr. 5822 (Suessae); Dio 77, 8, 2. Eosdem viros his locis nominari vidit H. Dessau.*

269 Philippus, nutritor Severi Alexandri *vit. Alex. 13, 4.*

270 . . . ltius Philippus, praefectus vigilum a. 241 *VI 1092.*

— Aurelius Philippus.

— C. IVLIVS PHILIPPVS.

— C. Iulius Philippus.

— IMP. CAES. M. IVLIVS PHILIPPVS AVGVSTVS.

— IMP. CAES. M. IVLIVS SEVERVS PHILIPPVS AVGVSTVS.

— L. MARCIVS PHILIPPVS.

— NONIVS PHILIPPVS.

271 Philiscus Thessalus, sophistes, Athenis per septem annos cathedram obtinuit Antonini (Caracallae) temporibus, mortuus est sex et septuaginta annos natus *Philostrati vit. sophist. 2, 30 cf. 2, 11, 1.*

272 Philistio mimographus *Hieronymus chron. a. Abr. 2023; Ammianus 30, 4, 21; Hesychius frg. 7, 70; Suidas s. v.*

273 Philo Iudaeus Alexandrinus philosophus *leg. ad Gai. p. 574 M. Ioseph. ant. 18, 8, 1. Euseb. chron. a. 35; hist. eccl. 2, 4, 2. Hieron. vir. ill. 11. Photius cod. 105. Suid. s. v.* Φίλων; de genere sacerdotum *Hieron. l. c. Photius l. c.* Alexandri alabarchae frater *Ios. ant. 18, 8, 1* vel potius patruus *cf. Zeller Philosophie der Griechen 3, 2³ p. 339, 3.* Uxor eius *Philo frgm. p. 673 n. 123 dubiae fidei cf. Zeller l. c.* Hierosolyma profectus, ut ibi sacrificaret *de prov. 2 § 107.* Legationem ad Gaium Augustum suscepit a. 39/40 *leg. ad Gai. p. 572 sqq. Ios. ant. 18, 8, 1. Euseb. chron. a. 40; hist. eccl. 2, 5, 1. Oros. 7, 5,* quo tempore δι' ἡλικίαν ceteris legatis praestabat *leg. ad Gai. p. 572, itaque natus fuerit c. a. 20—10 a. Chr.* Iterum sub Claudio Romam venisse ibique cum Petro collocutus esse *male*

Digitized by Google

*perhibetur Euseb. h. e. 2, 17, 1. Hieron. l. c. Phot. l. c. Suid. l. c. Permulta scripta reliquit theologica et philosophica cf. Zeller, Philosophie der Griechen 3, 2³ p. 338—418. Schürer, Gesch. d. jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi 1886 p. 831 sqq. Wendland, neu entdeckte Fragmente Philos 1891.*

274 PHILO proconsul Asiae (?) *teste nummo Smyrnaco Mionnet S. VI 335, 1603 ex Vaillanti opere sumpto* (ἐπὶ Φίλωνος Σμυρ.).

275 Philo Hyampolitanus, medicus *Plut. quaest. conviv. 4, 1; 6, 2; 8, 9; idemque ut videtur ib. 2, 7.*

276 Philo Tarsensis, medicus *Galen. 11, 114; 13, 267; 8, 84; 10, 53. 818; 13, 202. 269; cf. 18, 1, 257 Kühn; Aristides 25, 495.*

277 Philo, cui Lucianus librum 'quomodo historia conscribenda sit' dedicavit *c. 1 saepius; cf. etiam sympos. 1 sqq. 48.*

— Herennius Philo.

278 Philocommodus, puer delicatus Commodi *Herodian. 1, 17, 3.*

279 Philomelus, homo dives et senex *Martial. 3, 31, 6; 3, 93, 22; 4, 5, 10.*

280 Philonides, Catinensis, quem audivit Paccius Antiochus Tiberio regnante mortuus *Scrib. Larg. 97* (*v. l.* Philenides). Siculus, cuius liber duodevicesimus περὶ τῆς ἰατρικῆς *laudatur Galen. 8, 748 Kühn.* Commemoratur *Galen. 13, 978.*

— FIR . . . PHILOPAPPVS.

— C. IVLIVS ANTIOCHVS EPIPHANES PHILOPAPPVS.

281 Philopator (I), *Cilicum rex*, Tarcondimoti (I) filius, regno privatus a. 723/31 *Dio 51, 2, 2. Cf. nummos Eckhel III 83. Mionnet III p. 661 n. 639 seq.*

282 Philopator (II), Cilicum rex, defunctus a. 17 p. Chr. *Tac. a. 2, 42. Libertus quidam* βασιλέως Φιλοπάτορος, *tit. Anazarbis Ciliciae, Journal of hellenic studies 1890 p. 242 n. 11.*

283 Philopator Pergamenus, Stoicus, magister Claudii Galeni *Galen. 5, 41 Kühn = 1, 31 seq. Marquardt.*

284 Philositus, vilicus quidam Senecae philosophi *Seneca ep. 12, 3.*

285 Philostratus Aegyptius, philosophus et sophistes, Cleopatrae aetate *Philostr. vit. sophist. 1, 5; Plut. Anton. 80; Cato 57.*

286 Philostratus Lemnius sophistes, amicus Flavii Philostrati *Philostr. vit. soph. 2, 27, 3. 30. 31, 2. 33, 2–4.* Nerviani filius, nepos ex fratre itemque gener (Flavii) Philostrati *Suidas, qui tamen eum cum n. 287 confundere videtur.*

287 Philostratus iunior, nepos ex filia Flavii Philostrati *Philostr. iun. imag. prooem.*

— Flavius Philostratus.

— L. Fla(vius) Philostratus.

288 Philotas, Galeni amicus, versibus medicamenta descripsit *Galen. 12, 838 cf. 12, 752; 13, 542. 745 Kühn.*

289 Philotimus Augusti [libertus] a ration(ibus) *VI 8416.*

290 Philumenianus (Filuminian- *codex*): ei rescripserunt Severus et Caracalla *fragm. Vat. 234; fortasse praefectus annonae (Hirschfeld VG. 1 p. 135 n. 2), sed fieri potest ut fuerit pistor Ostiensis (Dessau).*

291 (P. Aelius) Phlegon, Trallianus *Suid. s. v.* Φλέγων. *Phot. bibl. cod. 97 p. 83b.* Hadriani Caesaris libertus *vit. Sev. 20, 1; vit. Saturn. 7, 6. Phot. l. c.; Suid. l. c. (qui male etiam de Augusto cogitat). Euseb. chron. I p. 265 Schoene (ubi perperam:* libertini Kaisaris), *unde* P. Aelio *nomen ei fuisse necesse est, sicut ipsius Phlegontis libertus* Helius *(i. e. Aelius)* Maurus *nominatur vit. Sev. 20, 1.* Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur *vit. Hadr. 16, 1.* Epistula Hadriani ex libris eius *affertur vit. Saturn. 7, 6 seq. Exstant eius libri* περὶ θαυμασίων *et* περὶ μακροβίων, *praeterea fragmenta ex libris* XVI Ὀλυμπιάδων *(Suid.; Steph. Byz.; Syncell. p. 614, 12 = Euseb. chron. a. 2048 = Hieron. a. 2047) vel* Χρονικῶν *(Steph. Byz. s. v.* Κρέμη) *vel* Ὀλυμπιονικῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγῆς *(Phot. cod. 97),* usque ad ol. 229 *(qua Hadrianus mortuus est) Suid. et Euseb. l. c. Fragmenta collegit Müller fr. hist. Graec. III p. 602—624.*

292 Phoebe, liberta Iuliae Augusti filiae, suspendio vitam finivit *Suet. Aug. 65. Dio 55, 10, 16.*

— T. FLAVIVS PHOEBIANVS.

293 Phoebus libertus, Vespasianum increpuit a. 65 *Tac. a. 16, 5.* Postea veniam Vespasiani imperatoris imploravit a. 70 *Dio 66, 11, 2. Idem videtur* Ti. Claudius Aug. l. Phoebus *VI 15207 cf. 15204—15206. Alius quidam* Phoebus *ap. Iuv. sat. 7, 233 schol.*

— Agrius Phoebus.

294 Phoenix Thessalus, sophistes, Philagri discipulus *Philostrati vit. sophist. 2, 22.*

— P. Caesius Phosphorus.

295 Phraataces *(sic Iosephus;* Φρατάκης *Dio;* βασιλεὺς βασιλέων Ἀρσάκης εὐεργέτης δίκαιος ἐπιφανὴς φιλέλλην, *omisso ex more nomine proprio, nummi ap. Gardner, Parthian coinage p. 45 seq.),* filius Phraatis (IV) et Thermusae (Theae Uraniae Musae *nummi l. c.*), patre interempto regnum Parthorum capessivit *Ios. ant. 18, 2, 4, c. a. 752/2 a. Chr., cuius anni mense Maio primum in nummis apparent.* Cum Gaio Caesare pacem iniit a. 1 p. Chr. *Dio 55, 10 a, 4 cf. Vell. 2, 101.* Mater (Thea Urania Musa) inde ab a. 2 p. Chr. cum eo in nummis *(l. c.)* nominatur, *ut ei nupsisse videatur cf. v. Gutschmid, Geschichte Irans p. 118.* Seditione facta regnum vitamque amisit *Ios. ant. 18, 2, 4 cf. Tac. a. 2, 2* c. a. 4 p. Chr. *cf. nummos l. c. Eundem esse* Phratem regis Phratis [filium], qui supplex ad Augustum confugit *(mon. Ancyr. 5, 54) ait v. Gutschmid l. c. p. 117 seq., negat Mommsen r. g. d. A.² p. 137 eum conferens cum Phraate Phraatis (IV) filio n. 297.*

296 Phraates *(sic scriptores;* Phrates *mon. Anc.;* βασιλεὺς βασιλέων Ἀρσάκης εὐεργέτης δίκαιος ἐπιφανὴς φιλέλλην, *omisso ex more nomine proprio,*

Digitized by Google

*nummi ap. Gardner, Parthian coinage p. 42 sqq.)* (IV), Orodis filius secundus *monum. Ancyr. 6, 4. Iustin. 42, 4, 16; Vell. 2, 91, 1; Plut. Crass. 33; Anton. 37; Dio 49, 23, 3.* Rex Parthorum a. 717/37, fratrum, quorum triginta habuit, plerosque interfecit *Dio 49, 29, 3–4.* Regno pulsus a Tiridate (II) a. 722/32 *(Gardner)* aut 727/27 *(v. Gutschmid)*, insequenti anno in regnum restitutus *nummi l. c. et ap. Mionnet V p. 656—663; Iustin. 42, 5, 4–5.* Signa capta Augusto remisit a. 734/20 *monum. Ancyr. 5, 40 (cf. Mommsen r. g. d. A.² p. 124 sqq., ubi omnes loci collati sunt). Strabo 16, 1, 28 p. 748; Liv. ep. 141; Vell. 2, 91, 1; Iustin. 42, 5, 9 seq.; Suet. Aug. 21; Dio 54, 8, 1 alibi cf. etiam nummos* („signis receptis“ *similiter) ap. Eckhel 6, 100, Cohen Aug. n. 298 alios multos. Iterum regno privatus c. a. 742/12—744/10 a Mithridate (IV) cf. Ioseph. ant. 16, 8, 4; v. Gutschmid Gesch. Irans p. 116.* Quattuor filios, Vononem (vetustissimum *Tac. a. 2, 1*), Seraspadanem et Rhodaspem *(cf. VI 1799)*, Phraatem *(cf. Tac. a. 6, 31; Dio 58, 26, 2; Petr. Patr. fr. 2)* totidemque nepotes, in his Meherdatem *(Tac. a. 11, 10) et fortasse Tiridatem (Tac. a. 6, 37)* ad Augustum obsides Romam misit *mon. Ancyr. 6, 3; Strabo 16, 1, 28 p. 748 cf. 6, 4, 2 p. 288; Iustin. 42, 5, 12; Vell. 2, 94, 4; Tac. a. 2, 1; Ios. ant. 18, 2, 4; Suet. Aug. 21, 43* c. a. 745/9 *cf. Mommsen r. g. d. A.² p. 124 not.; 141 seq.; v. Gutschmid l. c. p. 116.* Pater ex Thermusa (Thea Urania Musa *nummi*) Phraatacis, a quo interfectus est *Iosephus ant. 18, 2, 4* c. a. 752/2 *nummi. Stemma eius tale fuit:*

Phraates (III) † c. a. 57 a. Chr.

Orodes † a. 37 a. Chr. — Mithridates (III)

(filii Orodis:) Pacorus † a. 38 a. Chr. — Phraates (IV) † c. a. 2 a. Chr. — triginta alii filii

(filii Phraatis IV:) Vonones — Seraspadanes — Rhodaspes — Phraates † a. 35 p. Chr., — Phraataces † c. a. 4 p. Chr.

(filius Vononis:) Meherdates.

297 Phraates, Phraatis (IV) regis Parthorum filius, a patre cum tribus fratribus obses Romam missus c. a. 745/9 *Strabo 16, 1, 28 p. 748; Dio 58, 26, 2; Petr. Patr. fr. 2 cf. monum. Ancyr. 6, 3; Mommsen r. g. d. A.² p. 141 locosque ibi allatos.* A Tiberio rex Parthis datus in itinere apud Syriam morbo absumptus est a. 35 *Tac. a. 6, 31 seq.; Dio 58, 26, 2. Eundem esse* Phratem regis Phratis [filium], qui supplex ad Augustum confugit *(mon. Ancyr. 5, 54) ait Mommsen r. g. d. A.² p. 137 eum conferens cum* filio Phraatis (IV) natu minimo eo, qui a Tiridate c. a. 724/30 raptus et Romam ductus, ab Augusto Phraati remissus est *(Iustin. 42, 5, 6–9; Dio 51, 18, 3), negat v. Gutschmid Gesch. Irans p. 117 seq. eum conferens cum Phraatace (n. 295).*

298 Phraates, praefectus Parthus a. 36 *Tac. a. 6, 42 seq.*

299 Phraates rex Osrhoenorum *VI 1797 titulo sic concepto:* D(is) m(anibus) Abgar P(h)raates filius rex principis Orrh(o)enoru(m) Hodda coniugi benemerenti fec(it), *aut ita fere intelligendo:* Abgari Phraatis filio

Digitized by Google

regi (*vel* principi) Osrhoenorum Hodda uxor fecit (*cf. Mommseni adn.) aut ita fere:* Abgar (XI) Phraates rex (*a. 242–244*), filius (*Ma' nû IX*) principis Osrhoenorum, Hoddae uxori fecit (*cf. v. Gutschmid Gesch. d. Königreichs Osrhoene p. 45 seq.*).

— Phratamaspates *v.* Parthamaspates (*n. 98*).

300 Phyllis nutrix Domitiani *Suet. Dom. 17; Dio 67, 18, 2.*

— LATIN(IVS) PI... *vel* PL...

301 M. Pi...us, procurator Sardiniae sub .... mio Aug. *eph. 8, 792.*

— ATTIA PIA.

— Betitia Pia.

— Fulvia Pia.

— ARRIA PIARIA (*sic Bormann pro* PLARIA) VERA PRISCILLA.

302 M. PIAVONIVS VICTORINVS. *Nummi: Eckhel 7 p. 450—453; Cohen 6² p. 68—84 n. 1—139. Tituli: Trevir Brambach 776 ante imperium adeptum positus (1); Gallici collecti apud Decombe, Bézier et Espérandieu, les milliaires de Rennes: p. 47 n. 7 (2); p. 48 n. 8 (3); n. 9 (4); n. 10 (5); p. 49 n. 1 (6); n. 2 (7); p. 50 n. 3 (8); n. 5 (9); Britannici VII 1160 (10); eph. epigr. 7, 1097 (11).* M. Piavonius Victorinus *nummi et tituli* (Piaon- *t. 1,* Piavvon- *t. 3 itemque nummi ap. Cohen 33—35,* Pi. *vel* Piav. *nummi plerique; non Piavonium, sed Pium Avonium eum appellatum esse non recte conicitur revue épigr. du midi de la France 1890 p. 28*); Victorinus *scriptores.*

Victoriae (*vel* Vitruviae *trig. tyr.*) filius *Victor Caes. 33, 14; trig. tyr. 5, 3; 6, 3; 24, 1.* Tribunus pret[orian]orum *t. 1 cf. Mommsen et Hübner, Bonner Jahrbücher 1866 p. 7.* A (M. Cassianio Latinio) Postumo in participatum imperii vocatus esse dicitur *trig. tyr. 6, 1, vit. Gall. 7, 1, cf. Mommsen RG. 5 p. 150 not.* Postumo, (Corn. Ulp.) Laeliano, (M. Aur.) Mario occisis imperator Galliarum (c. a. 266) *Eutrop. 9, 9; Victor Caes. 33, 12, cf. nummos; epit. 34, 3* (*perperam:* Claudio imperante); *trig. tyr. 5, 3; 6, 3; 6, 6. Plene appellatur:* imp(erator) Caes(ar) Mar[cus] Piavonius Victorinus p(ius) f(elix) inv(ictus) Aug(ustus), p(ontifex) m(aximus), trib(unicia) p(otestate), co(n)s(ul), p(ater) p(atriae) *t. 9.* Imperavit biennium *Vict. Caes. 33, 12; Eutrop. 9, 9;* tr. pot. II *nummus ap. Cohen 95,* tr. pot. III *ib. 96.* Occisus Coloniae Agrippinae dolo actuarii cuiusdam c. a. 268 *Victor l. c.; Eutrop. l. c.; trig. tyr. 6, 3; 7, 1.* Belli peritus, libidinis nimiae *Eutrop. l. c.; Victor l. c.; trig. tyr. 6, 4.* Pater Victorini iunioris (*n. 303*), *trig. tyr. 6, 3; 7, 1.* Epitaphium eius et filii *trig. tyr. 7, 2,* testimonium de eo ex Iulio Hateriano *ib. 6, 6, utrumque ficticium.*

303 (PIAVONIVS) VICTORINVS, filius eius qui praecedit, puerulus patre interfecto Caesar appellatus ac statim occisus *trig. tyr. 6, 3. 7. Nummum cum inscriptione ...* ctorinus A. *et capite iuvenili ad eum refert Cohen 6² p. 85, in alio nummo p. 84 caput eius una cum capite patris repraesentari putat.*

Digitized by Google

304 PICA CAERIANVS, legatus Aug. pr. pr. Arabiae, interfectus ab Elagabalo a. 119 *Dio 79, 3, 4:* Πεῖκαν Καιριανόν, *Hirschfeld Verw. Gesch. p. 305:* Πεῖκαν Και[κιλ]ιανόν *ex posteris eum esse iudicans* Q. Caicili Cisiaci Septici Picae Caiciliani *V 3936. Male autem I. Klein Rh. Mus. 33, 1878 p. 129 seq. cum confert cum* P. Numicio Pica Caesiano *VI 3835.*
— Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caicilianus.
— P. NVMICIVS PICA CAESIANVS.
— C. MAESIVS PICATIANVS.
— M. HERENNIVS PICENS.
— ANTONIA PICENTINA.
— Plotius Pidancus?
305 Pieporus rex Costobocorum (Coisst- *tit.*) *VI 1801.* Uxor Zia Tiati filia, Daca *ib.*
— C. Betitius Pietas.
— Pontius Pilatus.
— C. SCOEDIVS NATTA PINARIANVS.
306 CN. PINARIVS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS *(sic dipl. 19;* Cn. Pinarius Aemilius Cicatricula *dipl. rep. a. 1891)* consul suffectus mense Decembri cum Sex. Marcio Prisco *dipl. mutilum rep. Romae a. 1891 (monumenti inediti pubblicati per cura dell' Ac. dei Lincei I p. 431), fortasse a. 79 (Mommsen).* Legatus Aug. propr. Pannoniae a. 98 mense Februario *III p. 862 dipl. 19.*
307 Pinarius Apollinaris a Tiberio missus ad ordinandas controversias inter Comenses et Bergaleos *V 5050 (edictum Claudii).*
308 CN. PINARIVS CORNELIVS CLEMENS. *Titulus Hispellas praecipuos honores eius enumerans XI 5271 (1); praeterea posuit in Alpibus Graiis terminum XII 113 (2); memoratur in miliario Germanico Brambach 1955, melius ap. Zangemeister, Westdeutsche Zeitschr. 3 p. 247 (3) et in diplomate militari 9, III p. 852 (4). Nomen integrum, t. 2. 4;* Cn. Pinarius Cor . . . *t. 1;* Cn. Cor[nelius Clemen]s *t. 3.* L. f., tribu Papiria *t. 1. Consul suffectus a. inc.* Curator aedium sacrarum locorumque publicorum *t. 1 (c. a. 66—68 cf. I Klein Rh. Mus. 36, 1881 p. 636).* Legatus Aug. propr. exercitus Germanici superioris *t. 1. 2. 3. 4,* a. 74 *t. 2. 4* mense Maio *t. 4.* Terminos posuit inter Viennenses et Ceutronas *t. 2.* Triumphalibus ornamentis honoratus ob res in Germania prospere gestas *t. 1.*
309 Pinarius Natta, Seiani cliens a. 25 *Tac. a. 4, 34.* Dictum eius quoddam *Senec. ep. 122, 11. Fortasse pater C. Scoedii Nattae Pinariani consulis a. 83 cf. Borghesi 5, 311.* Natta quidam *Iuvenal. 8, 95 seq.* L. Pinarius L. f. Natta pater et filius *in tit. Aquileiae rep. Pais suppl. ad CIL. V 275 cf. X 1129.*
310 L. PINARIVS RVSCVS, L. f., tribu Pupinia, tribunus militum, quaestor *VI 1489. Ex posteris videtur* M. Pinarii Ruscae *Cicero de orat. 2, 261; Livius 40, 18, 2. Cf. infra n. 314.*

Digitized by Google

311 PINARIVS SCARPVS. *Praenomen* L. *non est nisi in nummo suspecto Eckhel 5, 272, neque a Babelon monnaies de la république Romaine 2 p. 306 seq. neque a Cohen 1² Augustus n. 497—500 allato. In omnibus aliis cognomen solum est* Scarpus *addito* imp(erator). Pinarius Scarpus *Dio 51, 5, 6.* Legatus Antonii Cyrenaicae praefectus post proelium Actiacum ad Augustum transiit *Dio 51, 5, 6; 9, 1 cf. Plut. Anton. 69; Oros. 6, 19, 15. Nummorum altera pars est M. Antonii a. 723/31, altera Caesaris Augusti a. 724/30—727/27. Cum iam in illis* imperator *dicatur, non meruit hoc nomen sub Augusto, id quod affirmare videtur Mommsen r. g. d. A.² p. 171.*

312 CN. PINARIVS ... SEVERVS, Cn. f., salius Col[linus, quaestor candidatus] imp. Caesaris Nervae Traiani Aug., [praetor], consul (suffectus a. inc.), augur, rex sa[crorum] *t. Tiburtinus XIV 3604. Cf. fragmentum acephalum XIV 4246.*

313 Pinarius Valens praefectus praetorio a. 238 *vita Max. et Balb. 4, 4; 5, 5.*

314 Pinaria L. f. Metili (uxor) *VI 1489. Filia vel soror L. Pinarii L. f. Rusci (n. 310) ibidem nominati.*

— AVRELIVS VICTOR PINIVS (?).

315 Pinnes *(Dio) vel* Pinnetes *(Velleius)* dux Pannoniorum rebellantium a. 6—8 p. Chr. *Velleius 2, 110, 4; 114, 4; Dio 55, 34, 4. Cf.* Πίνναν *quendam in tit. Thracico Dumont inscr. de la Thrace p. 12 n. 15.*

316 C. Pinnius Iustus βουλευτὴς Ἀμαστριανός, νομικὸς συγκάθεδρος M. Ulpii Arabiani proconsulis Africae, vixit annos XXXVII *t. Siccensis VIII S. 15876 = 1640.*

317 Pipa *(Victor) vel* Pipara *(vita Gallieni)*, filia Attali *Vict. Caes. 33, 6,* regis Marcomanorum *epit. 33, 1 cf. vit. Gallieni 21, 3,* Gallieni concubina *ll. cc.*

— Caetronius Pisanus.

— C. CASSIVS INTERAMNANVS PISIBANVS PRISCVS.

— C. IVLIVS PISIBANVS MAXIMVS AEMILIVS PAPVS.

— C. IVLIVS PISIBANVS.

— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS *cet.* MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.

318 Pisitheus, medicus Faustinae iunioris *vita Avid. Cass. 10, 8 in epistula ficticia.*

319 Piso ab Augusto laudatus ob domum bene aedificatam *Plutarch. regum et imp. apophthegm. extr. p. 208 A.*

320 Piso, cui librum de fato dedicat Plutarchus *p. 568 C.*

321 Piso, ad quem rescripserunt Marcus et Commodus *Callistr. Dig. 29, 5, 2. Cf. etiam* senatus consultum Pisonianum *Paul. Dig. 29, 5, 8.*

322 Piso Galeni amicus, cuius puerum ille curat *Galen. 14, 210. 212 seq. 294 Kühn.*

Digitized by Google

323 (CALPVRNIVS?) PISO, Frugi dictus, imperator cognomento Thessalicus *vita trig. tyr. 21, 1; Gallien. 2, 3–4;* ex illa Pisonum familia ducere originem dicebatur, cui Cicero se sociaverat *trig. tyr. 21, 1;* nobilissimae tunc et consularis familiae vir *trig. tyr. 19, 2.* A (Fulvio) Macriano missus ad Valentem proconsulem Achaiae occidendum *trig. tyr. 19, 2; Gallien. 2, 2.* In Thessalia interfectus a. 261 *vit. Gallien. 2, 3.* Honores ei decreti a senatu *trig. tyr. 21, 3–7.* Vitam cum imperii usurpatione posuit *vita Pesc. Nigri 9, 2 (fortasse idem). Omnino fictus esse videtur.*

— CALPVRNIVS PISO.

— L. CALPVRNIVS PISO AVGVR.

— C. CALPVRNIVS PISO CRASSVS FRVGI LICINIANVS.

— CALPVRNIVS PISO FRVGI.

— L. CALPVRNIVS PISO FRVGI LICINIANVS.

— CL(AVDIVS) PISO.

— Domitius Piso.

— Iulius Piso.

— A. IVLIVS POMPILIVS PISO *cet.* LAEVILLVS BERENICIANVS.

— ROCIVS PISO.

324 Pisonianus ex Probi disciplina militari *vita Probi 22, 3.*

— Q. E. G. L. L. TARRONIVS PISONINVS.

325 PISTORIVS RVGIANVS, vir clarissimus, legatus legionis XIII G(eminae) Gord(ianae) *a. 238—244, tit. Dacicus III 1125.*

74 Salome, regis Herodis soror *Strabo 16, 2, 46 p. 765*, nupta Iosepho patruo ipsius et Herodis *Ioseph. ant. 15, 3, 9, bell. 1, 22, 4*, postea, cum hunc Herodes sustulisset, Costobaro Idumaeo *Ioseph. ant. 15, 7, 9, bell. 1, 24, 6*. Cum hoc discidium fecit *Ioseph. ant. 15, 7, 10*. Matrimonium Syllaei Arabis frustra expetit *Ioseph. ant. 16, 7, 6. 16, 10, 5. 17, 1, 1. 17, 5, 7; bell. 1, 24, 6. 1, 28, 6*. Invita collocatur ab Herode Alexae *Ioseph. ant. 17, 1, 1, bell. 1, 28, 6*. Herodem incitat in Mariammen uxorem *Ioseph. ant. 15, 3, 9. 15, 7, 3. 4, bell. 1, 22, 3. 5*, postea in Mariammae filios, quamvis alteri eorum, Aristobulo, filia ipsius nupta esset *Ioseph. ant. 16, 7, 2 seq., bell. 1, 24, 3. 1, 27, 1*. Alias quoque discordiarum in domo Herodis concitatrix *Ioseph. ant. 17, 2, 4, bell. 1, 29, 1*. Ab Antipatro fictae litterae, quae Herodem ei infensam redderent *Ioseph. ant. 17, 5, 7, bell. 1, 32, 6*. Testamento Herodis praeter pecuniam urbes quaedam regni ei relictae *Ioseph. ant. 17, 8, 1 cf. 17, 6, 1, bell. 1, 32, 7 (paullo aliter bell. 2, 6, 3)*. Mortuo Herode Romam navigat; contentione de successione regni orta, adversaria Archelai *Ioseph. ant. 17, 9, 3. 4, bell. 2, 2, 1. 3*. Quae Herodes ei legaverat, confirmata et aucta ab Augusto *Ioseph. ant. 17, 11, 5, bell. 2, 6, 3 cf. Strabo 16 p. 765*. Moritur M. Ambivio procuratore Iudaeae *(i. e. a. p. Chr. 10)*, herede instituta Livia Caesaris Augusti *Ioseph. ant. 18, 2, 2*. Filius Antipater *Ioseph. ant. 17, 9, 5. 18, 5, 4, bell. 2, 2, 5*. Filia (ex Costobaro *Ioseph. ant. 18, 5, 4*) Berenice *Strabo 16, 2, 46 p. 765; Ioseph. ant. 17, 1, 2. 18, 5, 4, bell. 1, 28, 1*.

75 Salome, Herodis Magni ex Helpide filia *Ioseph. bell. 1, 28, 4, ant. 17, 1, 3*. Memoratur *(nomine non posito) ant. 17, 2, 4. 17, 11, 5, bell. 1, 29, 1. 2, 6, 3*.

76 Salome, Herodis, unius ex Herodis Magni filiis *(supra H 108)*, et Herodiadis *(H 116)* filia, nupsit Philippo tetrarchae *(supra P 263)* et hoc defuncto (a. p. Chr. 33/4) Aristobulo *(supra A 864)* Herodis Chalcidis regis filio, cui peperit Herodem, Agrippam, Aristobulum *Ioseph. ant. 18, 5, 4. Nummus eius et mariti, inscriptus* βασιλέως Ἀριστοβούλου, βασιλίσσης Σαλώμης, *ap. Imhoof-Blumer Portraitköpfe auf ant. Münzen tab. VI 21. 22 cf. p. 44*.

77 SALONINA Caecinae Alieni *(supra C 71)* uxor *Tac. h. 2, 20 (nomine non posito memoratur Plut. Oth. 6)*.

— CORNELIA SALONINA AVG.

78 Saloninus, (Terentii) Prisci amicus, in Hispania mortuus *Martial. 6, 18*.

— ASINIVS SALONINVS.

— P. LICINIVS CORNELIVS SALONINVS CAESAR.

— SALONINVS GALLIENVS *vit. Gallien. 19. V. sub P. Licinio Cornelio Valeriano Caesare (supra L 124)*.

79 M. SALONIVS LONGINVS MARCELLVS clarissimus vir; quaestor candidatus, legatus provinciae Africae, tribunus plebis, legatus pro praet.

provinciae Moesiae, praefectus aerarii Saturni, patronus Terventinatum *t. Terventinus IX 2592 (pravis litteris scriptus et erroribus fabrilibus refertus).*

80 Q. SA[L]ONIVS [LO]NGVS *(nomen non certum, cf. Wilmanns ad VIII l. c.)* Q. f., tribu [Q]ui(rina) *vel* Ou[f(entina)], a. 138 scribendo adfuit senatus consulto de nundinis saltus Beguensis *VIII 270 = VIII S. 11451.*

81 C. SALONIVS MATIDIVS PATRVINVS *(sic semel in actis Arv., plerumque* C. Matidius Patruinus) frater Arvalis, magister collegii a. 78 atque eo ipso anno defunctus ante kal. Martias, quo die alius in eius locum suffectus est *act. Arv. Fortasse idem* Manlius Patruinus (*traditur* patruitus *vel* patrumitus), senator, anno 70 pulsatus in colonia Senensi *Tac. h. 4, 45 (ut scribendum sit* Matid- *pro* Manl-); *item fortasse non diversus (ut coniecit Rhoden)* Ma.... us *(praeterea ex nomine nihil legi potuit)*, a Claudio censore adlectus in senatum et inter tribunicios relatus ab eodem, adscitus in numerum saliorum *(haec non certa)*, a Salonia matre Vicetiae sepultus *t. Vicetinus V 3117 (vix huc pertinet* M. Saloniu[s] .... *V 2088). Patrem fuisse Matidiae Augustae (supra M 277), maritum Ulpiae Marcianae sororis Traiani, coniecit Marinius Arv. p. 158, cf. Borghesi opp. 3 p. 241 (accedit quod Matidia Vicetinis nescio quas liberalitates reliquit, cf. supra sub Matidia, ex quo municipio videtur fuisse Saloniae ille filius).*

82 SALONIA mater hominis a Claudio in senatum adlecti *(fortasse eius qui praecedit, cf. sub eo) t. Vicetinus V 3117.*

83 Salonia Palestrice, M. Ulpii Hermiae, procuratoris aurariarum, uxor *t. Dacicus III 1312.*

84 Salvianus, 'beneficio principis urbicam procurationem adeptus', sub Severo *Ulpian. Dig. 4, 4, 11, 2. Cf.* Salvius Salvianus.

— ANTONIVS FRONTO SALVIANVS.

— C. Aurel(ius) Salvianus.

— C. Caecilius Salvianus.

— Calpurnius Salvianus.

— Sal(vius?) Salvianus.

— L. SALVIDIENVS RVFVS SALVIANVS.

— SALVIDEN- *v.* SALVIDIEN-.

85 M. Salvidienus *(praenomen perscriptum in codicibus)* de oratione, quam habuit Saturninus, qui sub Probo rebellavit, cum purpura vestiretur, citatur *vit. Firmi Saturnini cet. 10, 4. Inter rerum scriptores habetur ap. Peterum hist. Rom. fragm. p. 363.*

86 M. SALVIDENVS ASPRENAS *(de cognomine cf. infra)* proconsul Bithyniae sub Vespasiano *nummi Bithyniae et urbium Bithynicarum cum capite et nominibus Vespasiani (Mionnet suppl. V 83, 423. 424; Numism. chronicle 13, 1873 p. 25; Brit. Mus. catal. Pontus Paphlag. cet. p. 104, 2),*

*Titi Caesaris (Num. chronicle 5, 1843 p. 192; Brit. Mus. l. c. p. 122, 1), Domitiani Caesaris (nummus ab Imhoofio indicatus) inscripti* ἐπὶ Μ. Σαλουιδήνου Ἀσπρήνα ἀνθυπάτου *(sic in nummo Bithyniae musei Parisiensis legit Pick, idemque, sed litteris* πρη *ex* Ἀσπρήνα *vocabulo contignatis, plene extat in nummo musei Britannici catal. p. 122, 1 cf. Head hist. numm. p. 438, itemque* Ἀσπρήν. *in duobus nummis museorum Italicorum a Borghesio lectum esse adfirmat Cavedonius ann. inst. 1861 p. 141; plerumque hoc nomen male vel imperfecte exceptum vel expressum:* Ἀσιπην. *num. chron. 13, 1873,* Ἀσινν. *ib. 5, 1843, cet.; non recte ex lectione unius nummi Sestiniana* ΑΣ + ΙΡΜΙΑΝΑ *Asprenatiani cognomen effecit Borghesius ap. Cavedonium l. c.). (In nummo musei Britannici p. 122, 1 ad Titi caput dicitur adscriptum esse* αὐτοκρα. Τίτος Καῖσαρ Σεβα[σ]τός *non recte, ut testatur Pick, qui ectypum vidit: est* Σεβα[σ. υ]ἱός). *Cf. praeterea sub M. Salvideno Proculo. — Aut ad hunc, aut ad Proculum (n. 89) pertinet nummus inter Palaestinenses editus a de Saulcy numismatique de la Terre Sainte [1874] p. 80, cf. Sallet Zeitschr. f. Num. 1, 1874 p. 391 not. 1..*

87 SALVIDIENVS ORFITVS *(sic Suet., Orfitus Tac.)* a Nerone interfectus *Suet. Ner. 37; cf. Tac. h. 4, 42. Videtur esse Ser. Cornelius Orfitus consul ord. a. 51, vide sub Ser. Cornelio (Scipione) Salvidieno Orfito.*

88 SALVIDIENVS ORFITVS *(sic Suet.; Orfiti solum nomen ponit Philostr.)*, consularis, a Domitiano primum relegatus, deinde interfectus *Suet. Dom. 10; cf. Philostratus vit. Apoll. 7, 8. 33; 8, 7, 10. Videtur esse filius eius qui praecedit, pater Ser. Salvidieni Orfiti consulis a. 110, avus Ser. Cornelii Scipionis Salvidieni Orfiti consulis a. 149, cf. sub his.*

— SER. CORNELIVS SCIPIO SALVIDIENVS ORFITVS.

89 M. SALVIDENVS PROCVLVS proconsul Bithyniae sub Vespasiano *nummi Bithyniae vel urbium Bithynicarum cum capite et nominibus Titi Caesaris (mus. Berol.) et Domitiani Caesaris (mus. Mediol. ap. Mionnet suppl. V 2, 5 = 174, 1011) inscripti* ἐπὶ Μ. Σαλουιδήνου Πρόκλου ἀνθυπ. *(Eodem pertinent, sed male lecti sunt nummus ap. Mionnet II 467, 311 = suppl. V 84, 425 inscriptus ut dicitur* ἐπὶ Μ. Σουλπικίου Πρόκλου ἀνθυπάτου, *et alter suppl. V 2, 4 inscriptus ut dicitur* ἐπὶ Μ. Μ... Πρόκλου ἀνθυπάτου; *in quibus etiam Titum* Σεβ. *dici, pro* Σεβαστοῦ υἱός, *refertur). — Eundem esse M. Salvidenum Asprenatem (n. 86), qui duobus cognominibus usus sit, coniecit Cavedonius ann inst. arch. 1861 p. 141.*

90/1 L. SALVIDIENVS RVFVS SALVIANVS *(sic dipl. mil. a. 52,* L. Salvidienus Salvianus Rufus *dipl. mil. a. 60)* consul suff. a. 52 mense Dec. cum Fausto Cornelio Sulla Felice *dipl. mil. (III p. 844).* Legatus Illyrici *(intellege Pannoniam, Momms. CIL. III p. 279 fin.)* a. 60 *dipl. mil. (III p. 845). Fortasse ex posteris Q. Salvidieni Rufi, qui a. u. c. 714 insidias struxisse Caesari dictus, a senatu damnatus est (Liv. 127, Dio 48, 33 cet.).*

92 Salvidiena Ruf(a) Q. f.: *ad sepulcrum familiae eius pertinebat VI 25810. Videtur fuisse femina nobilis, ex stirpe Q. Salvidieni Rufi (cf. sub eo qui praecedit).*

93 M. SALLV(V)IVS praetor aerarii cum L. Calpurnio Pisone *VI 1265. Praetor videtur fuisse temporibus Augusti, post a. 731, quo institutum ut praetores aerario praeessent (Dio 53, 32).*

94 SALVIVS legatus Aquitaniae sub Hadriano *Dig. 48, 3, 12. Fuisse Salvium Iulianum (infra n. 102) coniecit Borghesius opp. 7 p. 530.*

95 SALVIVS, Pergami degebat valetudinis curandae causa eodem tempore quo Aristides (ἐτύγχανε προσεδρεύων τῷ θεῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον); consul (ὁ νῦν ὕπατος) quo tempore Aristides scribebat orationes sacras *Aristides* ἱερῶν λόγος β' *(or. XXIV, t. 1 p. 467 Dind.). Borghesio (opp. 7 p. 530) creditur Salvius Iulianus consul a. 148, rectius Waddingtonio mém. de l'acad. des inscr. 26, 1, 1867 p. 251 (cf. not. 3 ad Borghesii opp. l. c.) Salvius Iulianus consul a. 175.*

96 Salvius: ei rescripsit divus Pius *cod. Iust. 6, 54, 1. Plane incertum, num is qui praecedit.*

97 P. Salvius Aper, praetorianis praepositus a. 752 una cum Q. Ostorio Scapula *Dio 55, 10.*

98 Salvius Aristo, (Salvium) Iulianum consuluit *Dig. 37, 5, 6. Salvii nomen delendum esse (et significari Titium Aristonem), putat Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9, 1870 p. 87 not. 13.*

99 SALVIVS CARVS proconsul Cretae sub Hadriano *Dig. 48, 16, 14.*

100 L. SALVIVS CARVS (Karus *lapis*) anno 170 desiit esse salius Palatinus, flamen factus *VI 1978.*

101 C. SALVIVS DOMITIVS RVFINVS (Gai *praenomen perscr. in lapide*) clarissimus puer *t. rep. prope urbem, Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1888 p. 171.*

102 SALVIVS IVLIANVS (Salvius Iulianus *Marcus et Verus impp. Dig. 37, 14, 17, Pomponius Dig. 1, 2, 2, 53, Eutrop. 8, 17, cod. Iust. 1, 17, 10. 3, 33, 15. 4, 5, 10, 1, plerumque* Iulianus; Didius Salvius Iulianus *Victor Caes. 19, sed confundens iuris consultum cum imperatore).*

Iurisconsultus *vit. Did. Iul. 1, 1,* 'summus auctor iuris scientiae' *cod. Iust. 3, 33, 15, similiter cod. Iust. 6, 61, 5,* 'sub divo Hadriano perpetuum composuit edictum' *Eutrop. 8, 17 (inde Hieronymus chron. ad a. Abr. 2147),* 'primus edictum, quod varie inconditeque a praetoribus promebatur, in ordinem composuit' *Victor Caes. 19,* 'praetorii edicti ordinator' *cod. Iust. 4, 5, 10, 1,* 'edicti perpetui subtilissimus conditor' *Iustinian. const. Tanta 18*; Hadrianus cum praetorum annuas leges in parvo libello componeret, usus est in ea re opera Iuliani viri egregii (τὸν κράτιστον Ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβών) *Iustinian. const.* Δέδωκε *18.* — Discipulus Iavoleni *(C. Octavii Tidii Tossiani L. Iavoleni Prisci leg. Germaniae a. 90) ipse Dig. 40, 2, 5, cf. Pomponius Dig. 1, 2, 2, 53.* Scripta eius adhibita in Digestis Iustiniani *Dig.*

*ind. Flor. et passim,* in his Digeston libri XC, quorum librum sextum videtur scripsisse ante annum 129 *(secundum ea quae ex verbis huius libri servatis Dig. 5, 3, 20, 4. 5, 3, 33, 1, collatione instituta cum senatus consulto Iuventiano facto anno 129, collegit Fitting über d. Alter der Schriften römischer Juristen p. 4, probante Mommseno Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9, 1870 p. 89),* etiam vicesimum septimum sub Hadriano *Dig. 38, 2, 22,* sexagesimum quartum scripsit imperante Pio *Dig. 4, 2, 18. Reliquias scriptorum eius collegit Lenel paling. iur. civ. I p. 317 seq.* — In consilio Hadriani *vit. Hadr. 18, 1. (Inter iuris peritos adhibitos a Pio enumeratur vit. Pii 12, 1 Salvius aliquis, sed minime certum num hic, cf. infra sub Salvio Valente).* Amicus imperatorum Marci et Veri *ipsi Dig. 37, 14, 17, ubi verba fieri de defuncto apparet, neque necesse est statuere, eum advixisse usque ad horum imperium, cf. Mommsen l. c. p. 88 not. 15.* (Ἰουλιανὸς νομοθέτης floruit Romae sub Marco et Vero *Syncellus p. 666 Bonn.;* Ἰουλιανὸς νομοθέτης occisus a Commodo *ib. p. 668, ubi apparet confundi iuris consultum cum Salvio Iuliano infra n. 104*). — Clarissimus vir *Marcus et Verus Dig. 37, 14, 17.* Praetor *ipse Dig. 40, 2, 5. (Fortasse idem, ut coniecit Borghesius opp. 7, 530,* Salvius legatus Aquitaniae sub Hadriano *Dig. 48, 3, 12. In Aegypto aliquamdiu fuisse Iulianum ex ipsius verbis Dig. 46, 3, 36 videtur colligi posse).* — Consul *ipse Dig. 40, 2, 5 (a plerisque idem putatur P. Salvius Iulianus consul ord. a. 148, id quod negavit Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9, 1870 p. 88 not. 15, qui putat verba illa Iuliani scripta esse Hadriani temporibus, l. c. p. 89; et sane mirum esset, Iulianum, iam mediis Hadriani temporibus florentem, anno demum 148 ad consulatum pervenisse).* — Bis consul et praefectus urbi *vit. Did. Iul. 1 (huius praefecturae praeterea nulla mentio: Borghesius tamen non diversum putavit Publium praefectum urbis, a quo de Felicitate christiana quaestionem habitam esse narratur in huius actis; et cum sibi persuasisset, id accidisse anno 162, cf. supra sub Q. Iunio Rustico, eo anno Salvium Iulianum praefectum urbis fuisse statuit, post Q. Lollium Urbicum, ante Q. Iunium Rusticum, cf. Borghesi opp. 7 p. 531, 9 p. 305; eodem fere tempore Iulianum consulem iterum suffectum fuisse statuit).* — Avus Didii Iuliani imperatoris *Eutrop. 8, 17,* proavus *vit. Did. Iul. 1 (illud verum putat Borghesius opp. 7 p. 532, scilicet Salvium Iulianum patrem fuisse Aemiliae Clarae, matris Didii Iuliani; et sane, si Salvius Iulianus praefectus urbi fuit a. 162, non potuit esse proavus Didii Iuliani nati anno 133; utrumque fictum putat O. Hirschfeld, cf. supra sub M. Didio Severo Iuliano). Confunditur cum Didio Iuliano, Vict. Caes. 19.* Monumentum eius *(sc. proavi Didii Iuliani)* via Labicana milliario quinto *vit. Did. Iul. 8, 10. — Ficticius est t. a Mediolanensibus Salvio Iuliano, utpote civi suo, dicatus, V 714*. — Non ad hunc sed ad alium Iulianum iureconsultum multo recentiorem spectat epigramma Theaeteti scholastici anth. Planud. (anth. Pal. ed. Dübner II p. 608 n. 32*).*

Digitized by Google

103 P. SALVIVS IVLIANVS consul ord. a. 148 (Salvius Iulianus *VI 855; in consulatu* P. Sal .... *VI 375*, Salvius Iulianus *XI 6481*, Sal. *XV 733, plerumque* Iulianus) cum C. Bellicio Torquato *fasti*. Curator operum publicorum a. 150 cum Popillio Pedone *VI 855. Non diversum a Salvio Iuliano iuris auctore putaverunt plerique, in his Borghesius (ut postea fuerit consul iterum et praefectus urbi); diversum, scilicet filium eius, Mommsen (Zeitschr. f. Rechtsg. 9, 1870 p. 87 not. 13). Praeterea hunc esse Iulianum proconsulem Asiae, quem Pergami vidit Aristides aegrotans (Arist.* ἱερῶν λόγ. δ', *or. XXVI t. 1 p. 532 Dind.), eum autem proconsulem fuisse inter annos 157 et 162, statuit W. Schmid mus. Rhen. 48, 1893 p. 78 cf. p. 69. 81 (Waddington cogitaverat de Claudio Iuliano).*

104 P. SALVIVS IVLIANVS *(filius ut videtur eius cui praecedit)* consul ord. a. 175 (Salvius Iulianus *vit. Comm. 3*, Ἰουλιανὸς ὁ Σάλουιος *Dio 72, 5*, Salvius *vit. Did. Iul. 2, 1*, Iulianus *vit. Comm. 4, 8, Syncell.; in consulatu* P. Salvius Iulianus *X 7457; t. urbanus Bull. com. 1885 p. 95; plerumque* Iulianus) cum P. Calpurnio Pisone *fasti. (Idem, iudice Waddingtonio, Salvius consul memoratus ab Aristide or. XXIV, 1 p. 467 Dindorf, cf. supra sub Salvio.)* Anno 180 magnis exercitibus praeerat *Dio 72, 5, vit. Comm. 3. (Legatum Germaniae inferioris eum fuisse ex t. quodam Rhenano, in quo mentio fit Salvii Iuliani, collegit Borghesius, cf. infra.)* Commodus, cum filium eius ad impudicitiam frustra temptasset, ipsi tetendit insidias *vit. Comm. 3*, insimulatum coniurationis interfecit *Dio l. c., vit. Comm. 4, 8, Syncellus p. 668 (ubi errore dicitur* Ἰουλιανὸς νομοθέτης); *cf. vit. Did. Iul. 2, 1.* Filius eius memoratur *vit. Comm. 3, 2. 4, 8. Fortasse hic* Salvius Iulianus, cuius amicus Q. Aelius Egrilius Euaretus philosophus sepultus prope Bonnam *t. Rhenanus ap. Brambach 449 (ut coniecit Borghesius opp. 7 p. 532, qui praeterea ex eodem t. collegit, Salvium Iulianum praefuisse Germaniae inferiori); nec diversus fortasse (ut coniecit Tillemont M. Aurèle c. XXXIII)* Iulianus consul sub M. Aurelio, cuius alumnus fuit Damophilus sophista *Suidas v.* Δαμόφιλος. *Incertum qua parentela cum his Salviis Iulianis coniunctus* L. Roscius Aelianus Paculus Salvius Iulianus, frater Nummiorum Variae et Albini, filius Vibiae Salviae Variae *V 4353. Vix ad hos Salvios Iulianos pertinet* Salvius Iulianus ἀρχιερεὺς καὶ ἐπὶ τῶν ἱερῶν totius Aegypti anno 185 *papyrus Berolinensis, Urk. n. 82 cf. Krebs Philolog. 1894 p. 581 0.*

— L. ROSCIVS AELIANVS PACVLVS SALVIVS IVLIANVS.

105 C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS *(sic passim in act. Arv.,* P. Salvius *cet. aliquoties in actis anni 101, errore ut videtur, semel in actis anni 87* C. Nonius Bassus Salvius Liberalis; ... ius Liberalis [Nonius] Bassus *IX 5533*, C. Salvius Liberalis *IX 5534, item aliquoties in actis Arv. anni 87;* Salvius Liberalis *Suet. Plin.). Tituli: Urbisalviensis*

*IX 5533 (1); memoratur in t. uxoris Urbisalviensi IX 5534 (2), et fortasse in fragmento IX 5535 (3).* C. f. *t. 1. Incertum num parentela coniunctus cum L. Flavio Silva Nonio Basso consule a. 81.* Tribu Vel. *t. 1.* Causas agit sub Vespasiano; quomodo reum aliquem divitem libere defenderit *Suet. Vesp. 13.* Allectus ab imp. Vespasiano et Tito inter tribunicios; ab iisdem allectus inter praetorios *t. 1.* Frater Arvalis *ib.*, cooptatus in collegium a. 78 kal. Mart. *act. Arv.* Legatus legionis quintae Macedonicae *t. 1, fortasse anno 80, cum non memoretur in actis Arv. eius anni (Borghesi opp. 3 p. 182).* Legatus Augustorum [iuridi]c(us) Britanniae *t. 1 (iuridici vocabulum recte supplevit Gsell mél. d'arch. et d'hist. 8, 1888 p. 69; significari iuridicum, non rectorem provinciae, monuit etiam Domaszewski mus. Rhen. 46, 1891 p. 601; Augusti fortasse intelleguntur Titus et Domitianus, quamvis paucis post Titi mortem diebus Romae fuisse Salvium constat ex actis Arv.; Domitianum et Nervam intellexit Domaszewski l. c., Nervam et Traianum Borghesius opp. 3 p. 188, sed cogitans de legatione consulari Britanniae).* Adest inter fratres Arvales anno 81 d. 30 Sept. 1 Oct., 86, 87, item anno incerto Domitiani *ib.*; promagister a. 87 *ib.* Proconsul provinciae Macedoniae *ib.* Consul *t. 1. 2, sub Domitiano ut videtur, cf. Waddington fastes n. 112; anno 96, Borghesi 3 p. 193.* Accusatus sub Domitiano *Plin. ep. 3, 9, 33 (et damnatus; nam id quoque ex Plinii verbis colligi vidit Borghesius opp. 3 p. 179; ob hanc fortasse causam non comparet inter fratres Arvales a. 89. 90. 91).* A. 100 defendit Marium Priscum *Plin. ep. 2, 11, 7*; paullo post in senatu agit *ib. 3, 9, 36.* Anno 101 adest inter fratres Arvales *act. Arv.* Sorte proconsul Asiae factus se excusavit *ib.* Quinquennalis quater Urbesalvia; patronus eiusdem coloniae *ib.* — Eloquentia eius praedicatur *Plin. ep. 2, 11, 17. 3, 9, 36.* — Uxor Vitellia Rufilla; filius C. Salvius Vitellianus *t. 2.*

106 Salvius Marcianus: ei divus Pius rescripsit *Dig. 48, 19, 9, 16. Praeses provinciae ut videtur.*

— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS *cet., v. sub* Nen- *(supra N 30).*

107 L. SALVIVS OTHO (L. Otho *Suet. Oth. 1,* Salvius Otho *Suet. Galb. 6,* .... Otho *act. Arv.*) M. Salvii Othonis *(n. 108)* filius, matre nobilissima; tam carus tamque similis facie Tiberio principi, ut plerique procreatum ex eo crederent *Suet. Oth. 1.* Post minores honores urbanos *Suet. l. c.*, consul suff. a. 33 *Suet. Galb. 6* (consularis *Tac. h. 2, 50 cf. ann. 13, 12*). Frater Arvalis, a. 39 flamen et pro magistro *act. Arv. (ed. Henzen p. XLVIII et p. 196; cf. Eph. ep. 8 p. 323).* Proconsul Africae *Suet. Oth. 1.* 'Extraordinaria imperia severissime administravit' *ib.* 'In Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli *(n. 42)* ex paenitentia praepositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores, occiderant, capite punivit, quamvis ob id ipsum promotos

in ampliorem gradum a Claudio sciret' *Suet. l. c. (legatum Illyrici fuisse Othonem nequaquam certum est).* Insidias ab equite quodam Romano Claudio structas detexit *Suet. ib. (fortasse a. 43, cf. Dio 60, 18).* Ideo a senatu honoratus statua in Palatio posita *ib.* A Claudio adlectus inter patricios *(a. 48),* et amplissime collaudatus *ib.* Uxor: Albia Terentia; filii: L. Titianus *(n. 111),* M. Otho *(n. 109);* filia, desponsa quondam, cum nondum nubilis esset, Druso Germanici filio *ib.*

108 M. SALVIVS OTHO ortus e municipio Ferentio *Suet. Oth. 1, Tac. h. 2, 50 (de loco cf. Bormann CIL. XI p. 454),* 'familia vetere et honorata, atque ex principibus Etruriae' *Suet. l. c.,* patre equite Romano, matre humili, incertum an ingenua *ib.,* per gratiam Liviae Augustae, in cuius domo creverat, senator est factus *ib.* Triumvir monetalis paullo post a. 742 *nummi aenei ap. Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 415, cf. supra sub P. Lurio Agrippa et M. Maecilio Tullo.* Ad praeturam usque pervenit *Suet. Oth. 1, cf. Tac. h. 2, 50.* Uxorem habuit nobilem *Suet. l. c.* Pater L. Salvii Othonis *(n. 107),* avus Othonis imperatoris *ib.*

109 M. SALVIVS OTHO = IMP. M. OTHO CAESAR AVG. L. Salvii Othonis *(supra n. 107)* ex Albia Terentia filius minor *Suet. Oth. 1* ('maternum genus impar nec tamen indecorum' *Tac. h. 2, 50;* 'materno genere nobilior quam paterno' *Eutrop. 7, 17, non recte*), L. Salvii Othonis Titiani frater, M. Salvii Othonis *(eius qui praecedit)* nepos *Suet. l. c.; cf. Tac. l. c.* Natus anno 32 *Suet. 2. 11, cf. Tac. h. 2, 49, Plut. Oth. 18, Dio 64, 15,* d. IIII kal. Mai. *Suet. 2, cf. Dio l. c.* 'A prima adulescentia prodigus ac procax' *Suet. 2; Tac. h. 1, 13; Plut. Galb. 19;* corpus eius molle et effeminatum *Suet. 12 cf. Iuvenal. 2, 99 seq., Mart. 6, 32, 2.* In familiaritatem Neronis pervenit *Suet. l. c., Dio 61, 11;* ei omnium consiliorum secretorumque particeps *Suet. 3; Tac. a. 13, 12;* 'gratus Neroni aemulatione luxus' *Tac. h. 1, 13; Plut. Galb. 19.* Quaestor *Suet. 3.* Frater Arvalis, adfuit in collegio a. 57 *act. Arv. (praeterea memoratur in fragmento incerto ad Neronis tempora spectante, ed. Henzen p. LXXXVI; videtur magisterio functus esse circa haec tempora, cum in actis anni 69 dicatur magister iterum).* In matrimonium duxit Poppaeam Sabinam, Rufrio Crispino nuptam, iam tunc Neronis amicam, quo facilius ea Nero frueretur *Tac. h. 1, 13, Suet. 3, Plut. Galb. 19, Dio 61, 11 (paullo aliter Tac. a. 13, 45).* 'Suspectum in eadem Poppaea' *(Tac. h. l. c.)* Nero eum seposuit in Lusitaniam legationis specie *Tac. l. c., Suet. l. c., Plut. Galb. 20* (nisi Seneca pro eo intercessisset, graviora in eum statuisset Nero *Plut. Galb. 19. 20*). Legatus Lusitaniae per annos decem (59—68) *Suet. l. c.;* provinciam egregie administravit *Suet. l. c., Tac. l. c., Plut. Galb. 20.* A. 68, cum Galba a Nerone deficeret, statim in partes eius transgressus est *ib.* Galbam Romam comitatur *Plut. l. c., Tac. l. c.* Frustra sperat a

Digitized by Google

Galba se adoptatum iri *Suet. 5, Tac. h. 1, 13, Plut. Galb. 21, Dio 64, 5 (Zonar. 11, 14), Victor Caes. 6.* Ad res novas inflammatus a Ptolemaeo (Seleuco *Suet. 4*) mathematico, Galbae insidias struxit; interfecto Galba imperator appellatus a militibus et a senatu XVIII kal. Febr. a. 69 *Tac. h. 1, 21–47, Suet. Galb. 19, Oth. 5 seq., Plut. Galb. 23–28; Dio 64, 5 (Zonar. 11, 14), cf. Victor Caes. 6, epit. 6; Eutrop. 7, 16.* Imp. M. Otho Caesar Aug. *vel* imp. Otho Caesar Aug, *nummi ap. Eckhel 6 p. 301, Cohen ed. 2 I p. 352 seq.; act. Arv. anni 69,* Nero a plebe appellatus, non recusavit *Suet. Oth. 7, Plut. Oth. 3. Tac. h. 1, 78;* in diplomatum quorundam praescriptionibus Nero appellari voluit *Plut. Oth. l. c. e Cluvio Rufo; cf. Suet. l. c.* (Neronis sibi nomen statim indidit *Dio 64, 8*). Statiliam Messallinam Neronis uxorem sibi destinavit *Suet. 10.* Consul creatur d. VII kal. Febr. *act. Arv.* Consul cum fratre L. Salvio Othone Titiano (iterum) usque in kal. Martias *Tac. h. 1, 77; act. Arv. (cf. X 7852).* Magister iterum fratrum Arvalium *act. Arv.* Cum exercitus eius ab exercitu Vitelliano Bedriaci victus esset, ipse Brixelli se interemit *Ioseph. bell. 4, 9, 9, Martial. 6, 32, Suet. 11, Plut. 16. 17, Tac. h. 2, 46 seq., Dio 64, 11 seq. (Zonar. 11, 15), chronographus a. 354 (chron. min. ed. Momms. I p. 146), Eutrop. 7, 17, Victor Caes. 7, epit. 7, schol. ad Iuv. 2, 106,* nonagesimo et quinto imperii die *Suet. 11, Eutrop. 7, 17,* cum imperavisset menses tres dies II *Ioseph. 4, 9, 9,* menses III *Plut. 18, Victor epit. 7,* dies nonaginta *Dio 64, 15, chronographus anni 354,* dies octoginta quinque *Victor Caes. 7.* Sepulcrum eius Brixelli *Tac. h. 2, 49, Plut. Oth. 18.* — *Huius ut videtur nondum imperatoris servus* actor M. Salvi Othonis *VI 9114.*

110 L. SALVIVS OTHO COCCEIANVS (L. Salvius Otho Cocce[ianus] *VI 2002,* Salvius Cocceianus *Tac. h. 2, 48, Suet. Dom. 10,* Κοκκήιος *Plut. Otho 16*). Othonis imperatoris fratris filius *Tac. h. 2, 48, Plut. Galb. 16, Suet. Dom. 10, (filius scilicet L. Salvii Othonis Titiani, consulis anno 52),* a. 69 adhuc 'prima iuventa' *Tac. l. c., cf. Plut. l. c.* A. 63 cooptatus in collegium aliquod sacerdotale *VI 2002.* Quomodo Otho, mori destinatus, a. 69 eum cohortatus sit *Tac. l. c., Plut. l. c., Suet. Oth. 10 (memoratur etiam Tac. h. 1, 75).* Interfectus a Domitiano, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebraverat *Suet. Dom. 10.*

111 L. SALVIVS OTHO TITIANVS. *Sic act. Arv. passim,* Salvius Titianus *Tac. h. 1, 90. 2, 60, Agr. 6,* L. Titianus *Suet. Oth. 1, alibi* Titianus; *in consulatu anni 52* L. Salvius Otho *amphora Pompeiana Eph. ep. 1, 176,* L. Salvius *apocha Pompeiana ap. de Petram n. 35 (nam hic potius significatur quam L. Salvius Otho consul suff. a. 33),* Salvius Otho *Tac. a. 12, 52,* Titianus *Frontin. aq. 13, alibi* Otho (Cato *fasti Hydat.*).

L. Salvii Othonis *(n. 107)* ex Albia Terentia filius, M. Othone maior *Suet. Oth. 1.* Consul ord. a. 52 cum Fausto Cornelio Sulla

Felice *fasti*. Frater Arvalis certe inde ab anno 57 *act. Arv.*; adfuit in collegio a. 57—60. 63, promagister collegii a. 57, magister a. 58 *ib.* Proconsul Asiae *Tac. Agr. 6* (quaestorem habuit Cn. Iulium Agricolam *ib., ex iis quae traduntur de vita Agricolae videtur colligi posse proconsulem eum fuisse a. 63/4, cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 91*), proconsul 'in omnem aviditatem pronus' *Tac. ib.* Rursus Romae inter Arvales a. 66 (item anno incerto Neronis), item a. 69; promagister collegii a. 69 *act. Arv.* Cum frater imperator appellatus esset, consul II cum eo usque ad kal. Mart. a. 69 *Tac. h. 1, 77; act. Arv.* Epistula Vitellii ad eum *ib. 1, 75.* Otho ad bellum profectus ei curam urbis mandavit *ib. 1, 90,* sed mox accitum bello praeposuit *ib. 2, 23; cf. ib. 2, 33. 39. 40. 44; Plut. Oth. 7, 8.* Victo Othone ipse nullum discrimen adiit, 'pietate et ignavia excusatus' *Tac. h. 2, 60.*

112 Sal(vius?) Salvianus, vir egregius, subpraefectus vigilum *VI 1226. Diversus puto a Salviano procuratore temporibus Severi (supra n. 84), quippe aliquanto recentior.*

113 .. [S]ALVIVS SATRIAN[V]S ..... MINICIVS .... decemvir stlitibus iudicandis, quaestor(?), ....... tiveri *(haec quo pertineant ignoratur)*, curator Ocriculanorum, ..... curator Bleranorum ... *t. Bononiensis vel potius Mutinensis XI 833. Parentela coniunctum fuisse cum L. Minucio Basilo qui fuit inter occisores Caesaris, qui ante adoptionem fuit M. Satrius (Cic. de off. 3, 18, 74), coniecit O. Hirschfeld.*

114 [S]alvius Severus, honoratus a Philadelphiensibus Lydiae *CIG. 3423. Fortasse magistratus Romanus.*

115 SALVIVS TVSCVS quindecimvir ut videtur sacrorum anno 204 *act. lud. saec., II 12 (Eph. ep. 8 p. 283 cf. p. 291). Fortasse hic* L. Cornelius Salvius Tuscus salius Palatinus factus a. 181 *VI 1979.*

116 SALVIVS VALENS praeses provinciae, ad quem divus Pius rescripsit *Dig. 48, 2, 7, 2.* Salvius Valens, inter iuris peritos quibus usus est Pius *vit. Pii 12, 1 (ubi de Fulvio Aburnio Valente cogitavit Mommsen Zeitschr. f. Rechtsgesch. 9, 1870 p. 90, 21, Salvium a Valente distinxit Peter, cogitans de Salvio Iuliano).*

117 C. SALVIVS VITELLIANVS C. Salvii Liberalis Nonii Bassi *(supra n. 105)* et Vitelliae Rufillae filius *IX 5534.*

— Vibia Salvia Varia.

— L. Cominius Vipsanius Salutaris.

— Marcius Salutaris.

— Sex. Pu[l]fennius Salutaris M. Luccius Valerius Severus Plotius Cilo.

— C. Vibius Salutaris.

118 Samachos (Σαμαχώς; *in optimo codice extat* Σαμαχώ..; *alibi* Σάμαχος) Abennerigi, regis Characenorum, filia, in matrimonium ducta ab Izate, Monobazi regis Adiabenum filio, postea rege Adiabenum *Iosephus ant. 20, 2, 1.*

Digitized by Google

119 Samius insignis eques Romanus, 'quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita praevaricatione', in domo ipsius Suillii ferro incubuit a. 47, *Tac. a. 11, 5.*

120 Samius Priscus (*fortasse* Sammius), quo medicamento usus sit ad calculosos *Galenus* περὶ εὐποριστῶν *lib. II (XIV p. 474 ed. Kuehn).*

121 L. Sammius Ae[m]ilianus, L. f., tribu Vol., equo publico, allectus in quinque de[cu]rias lupercus; praefectus cohortis II Hispanae Vasconum civium Romanorum; flamen provinciae Narbonensis *t. Nemausensis XII 3183 cf. add. p. 836.*

122 Sammonicus Serenus (Sammonicus Serenus *vit. Carac. 4, 4, Macrob.*, Serenus non Septimius sed Sammonicus *Sidon. Ap. 14*, Serenus Sammonicus *vit. Gordian.*, *Serv. ad georg. 1, 102*, Sammonicus *Arnob.*, *Serv. ad georg. 1, 30*, Serenus Sammonius *vit. Get. 5, 6*, Serenus ammonicus *vit. Alex. 30*); 'cuius libri plurimi ad doctrinam extant' *vit. Carac. 4, 4*, 'vir saeculo suo doctus', temporibus Severi, 'qui ostendebat duritiam morum' *Macrob. sat. 3, 16, 6.* Verba ex libro eius, quem dedit 'ad principem suum', citat *Macrob. sat. 3, 16, 6 seq., 17, 4 (sed ex quibus apparet, ad complures principes librum datum esse)*; verba ex libro quinto rerum reconditarum eius *id. 3, 9, 6*; praeterea scripta eius citant *Arnob. adv. g. 6, 7*; *Servius ad georg. 1, 30. 102.* Ab Augustis convivio adhibitus *ipse ap. Macrob. 3, 16, 7.* Libros eius, quos ad Antoninum *(Caracallam)* scripsit, familiarissimos habuit Geta *vit. Getae 5, 6.* Occisus a Caracalla *vit. Carac. 4, 4.* Eius libri, qui censebantur ad sexaginta et duo millia, a filio relicti Gordiano minori *vit. Gord. 18, 2.*

123 (Q.) Serenus Sammonicus, amicissimus Gordiani senioris, praeceptor Gordiani iunioris, cui moriens omnes libros patris sui qui censebantur ad sexaginta et duo millia reliquit *vit. Gord. 18, 2.* Hunc ut videtur noverat et dilexerat Severus Alexander *vit. Alex. 30, 2.* Poeta *ib. Eiusdem putatur esse* Quinti Sereni liber medicinalis *(sive quo alio nomine fuit, cf. Manitius mus. Rhen. 1895 p. 641)* qui extat, *ap. Baehrens poet. Lat. min. 3, 101 seq.*

124 Sampsigeramus, Emesenorum rex *(ex posteris sine dubio Sampsicerami memorati a Strabone 16 p. 753)*: eius filia Iotape nupsit Aristobulo *(supra A 863)*, Aristobuli filio, Herodis magni nepoti, Agrippae fratri *Ioseph. ant. 18, 5, 4.* Ab Agrippa rege una cum aliis regibus hospitio exceptus *ib. 19, 8, 1.* — *Ex huius fortasse stirpe* C. Iulius Sam(p)sigeramus, ὁ καὶ Σείλας, C. Iulii Alexionis filius, tribu Fabia, qui sepulcrum sibi fecit Emesae a. p. Chr. 78/79 *t. Emesenus Lebas 3, 2567. Alius* Sam(p)sigeramus a. p. Chr. 182/3, fortasse magistratu aliquo fungens *in t. eiusdem regionis Lebas 3, 2564. De nomine Sampsigerami cf. de Vogüé ad t. Palmyrenum inscr. sémit., Syrie centrale n. 75.*

125 Sampsigeramus, sacerdos Veneris Emesae, cum manu collecta Sapori restitit *Malalas lib. XII p. 296 ed. Bonn.*

Digitized by Google

126 Samso, Proculi tyranni 'uxor virago', antea dicta Vituriga *vit. Firm. Saturnin. Procul. 12, 3.*

127 Sanatruces, rex Armeniorum: eius virtutes praedicantur *Suidas s. v. Neque ex quo scriptore haec hausta sint a Suida apparet, neque ad quae tempora spectent. Regem Armeniae huius nominis (Sanadrug) novit Moses Chorenensis hist. Arm. II c. 34 seq., successorem Abgari, saeculo p. Chr. primo (vers. Langlois p. 98 seq.).*

128 Sanatrucius (Σανατρούκιος) filius Meherdatis, regis Persarum; cum pater bellum cum Romanis gerens occidisset, Sanatrucius ei in regno successit, sed a Traiano victus et occisus est, inque locum eius rex Persarum constitutus consobrinus eius Parthamaspates, Osrhois regis Armeniorum filius *Malalas lib. XI p. 270. 274 Bonn. Dubiae fidei narratio, quamvis citetur Arrianus* (Ἀρριανός), *cf. supra sub Meherdate (M 332) et sub Osrhoe.*

129 Sanatruces (Σανατρούκου), pater Vologaesis *Dio 75, 9 exc. de leg. Vulgo creditur pater Vologaesis regis Parthorum temporibus Severi, a nonnullis pater Vologaesis alicuius, quem regem Armeniae fuisse circa eadem tempora indicat Moses Chorenensis II c. 65 (vers. Langlois p. 113); sed verba Dionis pertinere ad tempora Traiani vel Hadriani observavit Boissevain Herm. 25 p. 330 seq., qui statuit hunc Sanatrucium non diversum fuisse ab eo qui praecedit. Cf. infra sub Vologaese.*

130 Sancta (Sancia *traditur, correxit Hirschfeld*), soror Considii Proculi, una cum hoc a. 33 maiestatis accusata a Q. Pomponio; ei aqua et igni interdictum *Tac. a. 6, 18.*

— Ateius Sanctus.

— AVRELIVS SANCTVS.

— Claudius Sanctus.

— IVLIVS SANCTVS.

— Minicius Sanctus.

— C. V(ALERIVS) V(ALERIANVS) SANCTVS.

131 Sandario *(acc.* Sandariorem *codex Palatinus, sed mutatum in* Sandarionem *fortasse manu prima)* ab Aureliano in praesidio positus Palmyrae, cum sexcentis sagittariis occisus a Palmyrenis *vit. Aurelian. 31.*

132 Sannius *(traditur* Sanius) mimus, Paris cognominatus *codex Leidensis Plinii in margine ad h. n. 7, 55 (de quo loco cf. Detlefsen mus. Rhen. 18, 1863 p. 231, ann. philol. 1867 p. 72). Incertum num L. Domitius Paris (D 135) clarus temporibus Neronis.*

133 Sanquinius (Sangunnius *codex*), accusator L. Arruntii, ob eam rem punitus (ante a. 32) *Tac. a. 6, 7.*

134 M. SANQVINIVS Q. f. *(patris nomen in nummis aeneis tantum)*, triumvir aere argento auro flando feriundo sub Augusto *nummi aurei argentei aenei ap. Eckhel 5, 299. 300, Babelon monnaies de la rép. romaine II p. 416 seq. n. 1–6,* paullo post ludos saeculares anni 737

*nummi ap. Eckhel l. c. et Babelon n. 1. 2 (nummus ap. Babelon n. 6, nuper illatus in museum Parisiense, in cuius antica Augustus dicitur pontifex maximus, genuinus omnino, ut mihi adfirmat Babelon, hybridus sit necesse est).*

135 Q. SANQVINIVS Q. f., tribu Stel., quaestor, tribunus plebis, praetor, proconsul *t. suburbanus I 640 = VI 1323. Aut frater eius qui praecedit (natu maior, cum retinuerit praenomen paternum), aut, id quod voluit Borghesius opp. 1, 244, pater.*

136 Q. SANQVINIVS MAXIMVS (Sanquinius Maximus *Tac. a. 6, 4,* Σαουίνιος Μάξιμος *Dio 59, 13,* Sanquinius *Tac. a. 11, 18; in consulatu* Q. [S]anquinius *X 905, ubi praenomen nuper demum lectum est). Filium fuisse M. Sanquinii (supra n. 134), nepotem eius qui praecedit, coniecit Borghesius.* Consul (suff.) *X 905,* ante a. 32 *Tac. a. 6, 4; fortasse, ut coniecit Henzen, hic* [M]axim(us) consul suff. a. 23 *fasti frat. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71), (Borghesi opp. 3 p. 326 coniecerat eum consulem fuisse anno 26).* Verba facit in senatu a. 32 *Tac. a. 6, 4.* A. 39 praefectus urbi *Dio 59, 13.* Consul iterum suff. a. 39 ex kal. Februariis *Dio l. c.* Legatus pro pr. Germaniae inferioris, in qua legatione decessit paulo ante a. 47 *Tac. a. 11, 18.*

137 Saoterus *(semel* sauter-, *bis* soater *traditur vit. Comm.),* Nicomediensis *Dio 72, 12,* Commodi cubicularius *ib.,* eiusdem subactor *vit. Comm. 3, 6,* multum potuit apud Commodum *Dio l. c.;* eius gratia Nicomediensibus a senatu concessum ut agonem instituerent *Dio l. c.* Commodus triumphans *(a. 180)* in curru eum post se locavit *vit. Comm. 3, 6.* Eius παιδικά Theocritus pantomimus *Dio 77, 21 (exc. Vales.).* Cum populus Romanus potentiam eius ferre non posset, praefecti praetorio clam eum occiderunt *vit. Comm. 4, 5* (occisus a Cleandro *Dio l. c.*). *Non plane certum num idem* Aelius Saoterus, inter sacerdotes domus Augustae Palatinae clarissimos viros recensitus *VI 2010 a 29 (id quod coniecit Borghesius opp. 3 p. 23); cf. supra A 172.*

— AELIVS SAOTERVS.

— C. APPIVS EVNOMIVS SAPIDIANVS.

— CLAVDIVS SAPILIANVS.

138 Sapor *(sic de mort. persec. 5, vit. Val. 4, 4, Victor Caes. 32, item de alio Sapore saepius Ammianus;* Σαπώρης *Graeci; de nomine Persico cf. Noeldeke p. 7 not. 3)* Artaxaris (Artaxerxis) regis filius *CIG. 4676; Syncellus p. 681 ed. Bonn.,* et successor *Zos. 1, 18, Agathias 4, 24. Nomen et appellationes quibus utebatur Graece versa in titulo CIG. 4676.* Regnavit annos unum et triginta *Agathias 4, 24; Syncellus p. 678. 680 ed. Bonn. (regnum eius duravisse computatum est ab a. p. Chr. 241 ad a. 272, testibus tabulis regum Persarum, ex quarum una pendet Agathias l. c., cf. Noeldeke p. 412. 412–416). De nummis eius cf. Longpérier essai sur les médailles des Sassanides [Paris, 1840]*

Digitized by Google

*p. 13 seq.; Numismatic chronicle 15, 1852 p. 181.* — Infeliciter bellum gerit cum Gordiano *vit. Gord. 26. 27, Zosim. 1, 18, Zonar. 12, 18, Syncellus p. 681, Ammian. 23, 5, 17.* Pacem facit cum Philippo *Zosim. 1, 19, Syncellus p. 683, Zonar. 12, 19, Cedrenus I p. 451 ed. Bonn.* Cum bellum renovasset temporibus Valeriani *Petrus Patricius fr. 9 (IV p. 187 Müll.), Zosim. 1, 36,* Valerianum in Mesopotamia vivum in potestatem suam redegit *Lactant. de mort. pers. 5, Zonar. 12, 23, Eutrop. 9, 7, Victor Caes. 32 epit. 32, Ruf. Festus 23, Agathias 4, 23, Syncellus p. 715 ed. Bonn., Cedrenus I p. 454 Bonn.* Macrianum (Μακριν· *traditur*) invitavit, ut ad Valerianum se conferret *excerpt. post Dionem (cf. supra sub M. Fulvio Macriano).* Antiochia ei a Mariade *(cf. sub hoc)* prodita *Malalas lib. XII p. 296 Bonn.; trig. tyr. 2, 3.* (Cum tractaret cum Sampsigeramo sacerdote Emeseno, a iaculatore quodam lapide percussus et statim exanimatus *Malalas l. c.*). Etiam Caesarea Cappadociae potitur *Zonar. 12, 23; Syncellus p. 716,* item Tarso *Syncellus l. c. cf. Agathias 4, 24.* Detrimenta ei infert Callistus; ideo in regnum suum se recipit *Syncellus l. c., Zonar. l. c.; cf. Petrus Patricius fr. 11.* Odaenathi legatos superbe tractat *Petrus Patricius fr. 10.* Victus ab Odaenatho *trig. tyr. 15, 4. 30, 6, vit. Gallien. 10, Zosim. 1, 39, Zonar. 12, 23. Persarum narrationes de bello Saporis cum Romanis vide ap. Noeldeke Tabari p. 32 cum notis.*

139 Sapphinius *(sic bell. 1, 14, 3 optimus codex, alii Σαπφήνιος, Σαφήνιος; Σαππῖνος, Σαππίνας scribitur in codicibus ant. 14, 14, 3, Σαπίννιος, Σαπίνιος, Σαπήνιος ib. 16, 8, 5),* Herodis amicus, a. u. c. 714 comitatur eum Romam *Ioseph. ant. 14, 14, 3, bell. 1, 14, 3.* Ab Alexandro, eius filio, insimulatur *Ioseph. ant. 16, 8, 5.*

140 Sardius Lupus, 'doctus et facundus vir', Frontonis discipulus; Sardii Saturnini filius *Fronto ad am. 1, 9. 10. 20 p. 180. 187 Naber.*

141 Sardius Saturninus, Caelio Optato et Petronio Mamertino commendatus a Frontone; pater Sardii Lupi qui praecedit *Fronto ep. ad am. 1, 9. 10 p. 180 Naber;* eum de morte alterius filii consolatur Fronto *ib. 1, 20 p. 187 Naber (alia epistula Frontonis ad eum periit, ad am. 1 ind., p. 172 Naber).*

142 Sardus, amicus Plinii, librum scripsit, in quo nonnulla de Plinio *Plin. ep. 9, 31.*

— C. Claudius Sardus.

— POST(VMVS) MIMISIVS SARDVS.

143 SARIOLENVS VOCVLA 'crebris apud Neronem delationibus famosus', eadem apud Vitellium molitus erat; a. 70 curia ut excederet coactus *Tac. h. 4, 41.*

144 Sarmentus, scurra Maecenatis *Hor. sat. 1, 5, 52,* et Caesaris Augusti *Plut. Ant. 59, Iuv. 5, 3.* Natione Tuscus, e domo M. Favonii, incertum libertus an servus; a Maecenate, ad quem sectio bonorum Favoni pertinuerat, libertas ei concessa; postremo 'eo fiduciae venit,

ut pro equite Romano ageret decuriamque quaestoriam compararet' *schol. Iuv. l. c.* Dictum eius *Quint. 6, 3, 58.* (Sarmentus seu P. Blessius *ap. Quintilianum l. c. duo codices optimi,* seu P. Blessus *codices recentiores; quid subsit, ignoretur*).

— IVLIVS SAS ...

— Q. TILLIVS SASSIVS.

145 Satellius Quadratus, stultorum divitum, in his Calvisii Sabini *(consulis ut videtur a. p. Chr. 26)*, 'adrosor, adrisor, derisor' *Seneca ep. 27, 7. 8.*

146 *AN. SATR.... SAL... tribu Lem., decemvir stlitibus i[udicandis]; tribunus legionis vicesimae Valeriae [victricis], quaestor urbanus, quaestor provinciae ..., tribunus plebis designatus *t. Suasae in Umbria rep. XI 6165 (ad duo apographa non optima ut videtur).*

— .. [S]ALVIVS SATRIAN[VS[ ..... MINICIVS .....

147 Q. Satrienus Pollio: *eius servi VI 23548. Homo certe dives, fortasse nobilis.*

148 L. Satrius Abascantus, libertus: ei ius Quiritium a Traiano petit Plinius *ep. ad Trai. 11.*

149 T. SATRIVS DECIANVS curator tabulariorum publicorum *(cf. Mommsen Staatsr. II² p. 558 not. 3)* una cum C. Calpetano Rantio Sedato et M. Petronio Lurcone, a. 46 *VI 916 = 31201.*

150 SATRIVS RVFVS causarum patronus; apud centumviros causam aliquam una cum Plinio contra M. Aquilium Regulum defendit *Plin. ep. 1, 5, 11.* A. 97 in senatu sententiam dicit *ib. 9, 13, 17. Fortasse hic* Sat...., amicus Dasumii *VI 10229 v. 22.*

151 Satrius Secundus, cliens Seiani *Seneca dial. 6, 22, 4, Tac. a. 4, 34. 6, 8,* a. 25 Cremutium Cordum accusavit *Tac. a. 4, 34; Seneca l. c.* Index coniurationis (Seiani) *Tac. a. 6, 47.* Eius uxor aliquando Albucilla, famosa multorum amoribus *Tac. l. c. — Vix huc pertinent puto* Q. Satrius Secundus *IX 2125;* C. Satrius Secundus *IX 3091. 3092.*

152 .. [S]ATRIVS SEP.... TVS Q. f., tribu Hor.; quattuorvir viarum curaudarum, tribunus militum legionis secundae Adiutricis Piae fidelis; donis militaribus donatus bello Suebico item Sarmatico *(sub Domitiano ut videtur, a. p. Chr. 90, cf. Momms. Herm. 3 p. 115)*; optio tribunorum legionum quinque *(de hoc munere praeterea non memorato cf. Mommsen ad t.)*, quaestor pro praetore provinciae Cretae et Cyrenarum, tribunus plebis, praetor; patronus municipii Potentinorum in Lucania *X 135.*

153 L. Satrius Silvinus, p. s. r. *(quas litteras Mommsenus dubitans legit* procurator summarum rationum, *sed non constat num recte, cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 34 not.) t. Tergestinus V 536ᵃ.* Uxor Caesidia Amabilis *ib.*

154 M. SATRIVS VALENS praetor urbanus a. p. C. 19 *fasti fratr. Arval.*

155 SATRIA L. f., uxor Iunci *(M. Iunii Iunci supra I 498) VI 3837ᵇ.*

— EGNATIVS SATTIANVS.

156 SATTIVS CRESCENS vir clarissimus, curator rei publicae Beneventanorum *IX 1588. Facile Diocletiano recentior.*

Digitized by Google

157 Saturius (*sic pars codicum, sed in optimis est* Satur), decurio cubicul ariorum, inter interfectores Domitiani *Suet. Dom. 17. Cf. infra sub Sigero.*

158 Saturius Firmus, gener Asinii Rufi, Plinio carus *Plin. ep. 4, 15, 3.*

— AEL(IA) SATVRNINA.

— ANTONIA SATVRNINA.

— FVLVIA SATVRNINA.

159 SATVRNINVS vir nobilis; maritus Paulinae, quae et ipsa claris natalibus; Tiberio defert scelus in Paulinam a Decio Mundo commissum *Ioseph. ant. 18, 3, 4.* (Saturninus maritus Fulviae, Tiberio defert fraudem contra Fulviam a Iudaeis quibusdam commissam *ib. 18, 3, 5. Probabile est, altero loco Saturnini nomen errore positum esse.) Fortasse unus ex Sentiis Saturninis infra n. 294. 295. 297.*

160 ...... SATVRNI[NVS] *(ex gentilicio* P *tantum littera enotata est)* consul suffectus *(cum Mamiliano quodam ut videtur, supra M 92)* temporibus Traiani *fasti fer. Lat. (fortasse anno 103, cf. supra l. c.). Vix idem Pompeius Saturninus amicus Plinii (supra P 491).*

161 ...... SATVRNINVS *(gentilicium in t. erasum)* Cn. f., quaestor, tribunus plebis, praetor ... *t. Saepinas IX 2460.*

162 SATVRNINVS 'optimus ducum Gallieni temporis, sed Valeriano dilectus'; 'cum dissolutionem Gallieni ferre non posset ...., ab exercitibus sumpsit imperium'; a militibus 'quod esset gravior et severior', occisus *trig. tyr. 23.* Diversus a Saturnino qui Probi temporibus fuit *vit. Firm. Saturn. cet. 11, 1.* Memoratur *vit. Gallien. 9, 1.*

163 SATVRNINVS consul ord. a. 264 cum Gallieno sextum fasti.

164 SATVRNINVS vir clarissimus *rescriptum Aureliani cod. Iust. 5, 72, 2.*

165 SATVRNINVS vir clarissimus *Eph. ep. 8, 839.*

166 SATVRNINVS origine Maurus *Zosim. 1, 66, Zonar. 12, 29,* origine Gallus *vit. Firmi Saturnini cet. 7,* Probo imperatori valde necessarius *Zosim. l. c., Zonar. l. c.,* et ab eo Syriae praepositus *Zosim. l. c.* (Aurelianus ei limitis orientalis ducatum dedit *vit. Sat. 7, 2). (De vita eius anteriore, vit. Saturn. 10, 4. 9, 5.)* Magister exercitus, novam civitatem Antiochiae orsus condere *Hieronymus chron. ad a. 2297; Syncellus p. 723 (sub anno sexto Probi).* Imperium in Oriente usurpare conatus, sed a Probo oppressus *Eutrop. 9, 17, Victor Caes. 37, 3, epit. 37, 2, Oros. 7, 24, 3,* a militibus occisus *Zonar. l. c.,* antequam Probus exercitum contra eum duceret, a militibus Orientis occisus *Zosim. l. c.,* Apameae a suis occisus *Syncell. l. c.,* Apameae occisus *Hieronym. l. c.;* in castro quodam ab is, quos Probus miserat, invito Probo iugulatus *vit. Saturn. 11, 3* (a Probo 'variis proeliorum generibus' superatus *vit. Probi 18, 4).* Memoratur *Polem. Silv. laterc. (chron. min. ed. Momms. I p. 522). — Huius ut videtur nummus aureus, qui nuper prodiit, cum capite imperatoris et inscriptione:* imp. C. Iul. Saturninus Aug. *(vente Serrure 29 Oct. 1895; vidi ectypum).*

Digitized by Google

167 ..... Saturninus *memoratur in t. Smyrnaeo CIG. 3210, fortasse ut proconsul Asiae.*

168 Saturninus, inter duces belli Parthici L. Veri *Lucian. quom. hist. conscr. 21.*

169 Saturninus, centurio (tribunus praetorianorum, origine Syrus *Herod. 3, 11, 4. 8*), Severo indicat, a Plautiano imperatum sibi, ut ipsum Severum et Caracallam occideret *Herodian. 3, 11. 12;* a Caracalla instigatus, Plautianum falso coniurationis indicio pervertit *Dio 76, 3* (interfecisset Severum, nisi auxilio venisset Caracalla *Ammian. 29, 1, 17*). Honoribus affectus; postea a Caracalla mori adactus *Dio 76, 6.*

170 [Sa]turninus, in rebus gestis a. 217 memoratur *Dio 78, 19, 5 (locus nimium mutilus, quam ut intellegi possit),*

171 Saturninus amicus Plinii, ad quem is scripsit *ep. 7, 7. 15; 9, 38,* et quem commendavit Prisco *ib. 7, 8. 15. Fortasse idem* Pompeius Saturninus, ad quem scripsit Plinius *ep. 1, 8. 5, 21* et de quo scripsit *ep. 1, 16 (cf. supra sub hoc).*

172 Saturninus, Comensis, qui heredes reliquit Plinium et Calvisium Rufum *Plin. ep. 5, 7. Diversus ab eo qui praecedit (nempe defunctus cum scriptae sunt ep. 5, 21. 7, 7 cet.).*

173 Saturninus (Σατορνιλ- *traditur*) vir φιλόκαλος καὶ φιλάρχαιος: ei dedicavit Plutarchus libellum *adv. Coloten (Moral. p. 1107 ed. Xyl., VI p. 422 ed. Bernardakis).*

174 ....VIVS (*vel* ....VVS) SATVRNINVS HONORATIANVS tribunus l aticlavius legionis?] *t. Lambaesitanus VIII 2741.*

— M. ACCENNA SATVRNINVS.

— Aelius Saturninus.

— Aemilius Saturninus.

— M. AEMILIVS SATVRNINVS.

— M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS.

— Agrius Saturninus.

— L. ALBINIVS SATVRNINVS.

— M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS.

— L. ANTONIVS SATVRNINVS.

— APONIVS SATVRNINVS.

— M. APONIVS SATVRNINVS.

— Q. Appaeus Saturninus Iuventianus.

— L. (?) ARADIVS ROSCIVS RVFINVS SATVRNINVS TIBERIANVS.

— M. AVRELIVS SATVRNINVS.

— *AVVLVIVS SATVRNINVS.

— Claudius Saturninus.

— TI. CLAVDIVS SATVRNINVS.

— CLODIVS SATVRNINVS.

— T. CLODIVS SATVRNINVS.

— Q. Decius Saturninus.

— T. FL(AVIVS) VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS.
— Fullonius Saturninus.
— Furius Saturninus.
— P. FVRIVS SATVRNINVS.
— TI. HATERIVS SATVRNINVS.
— IVLIVS SATVRNINVS.
— C. IVLIVS SATVRNINVS.
— T. Iulius Saturninus.
— Q. *EVTETIVS LVSIVS SATVRNINVS.
— P. MARTIVS SERGIVS SATVRNINVS.
— L. NOVIVS CRISPINVS MARTIALIS SATVRNINVS.
— P. NOVIVS SATVRNINVS MARTIALIS MARCELLVS.
— Pompeius Saturninus.
— C. Postumius Saturninus Flavianus *signo* Vindicius.
— Sallustius Saturninus.
— Sardius Saturninus.
— C. SENTIVS SATVRNINVS.
— CN. SENTIVS SATVRNINVS.
— L. SENTIVS SATVRNINVS.
— Venuleius Saturninus.
— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.
— Vitellius Saturninus.
— P. VITELLIVS SATVR[NI]NVS.
— Ulpius Saturninus.
— M. VLPIVS SENECIO SATVRNINVS.
— L. VOLVSIVS SATVRNINVS.
— Q. VOLVSIVS SATVRNINVS.

175 Satyr[i]o (Σατύρωνα *traditur*), M. Aurelio ut videtur notus memoratur *M. Ant.* εἰς ἑαυτόν *10, 31.*

176 Saufeius Trogus (Saufelus Trogus *traditur ap. Tac.;* Trogus *Seneca, ubi noli coniungere Trogi nomen cum eo quod praecedit M. Helvii*), conscius scelerum Messallinae occisus a. 48 *Tac. a. 11, 35; Seneca apoc. 13.*

177 Saufeia, mulier impudica *Iuvenal. 6, 320. 9, 117; similiter idem nomen ap. Martial. 3, 72.*

178 Saulus, Iudaeus, e genere regio, per affinitatem Agrippae regis gratiosus: is una cum Costobaro (fratre *bell. 2, 20, 1*), temporibus (Lucceii) Albini procuratoris, stipatoribus se circumdedit, quibus humiliores vexavit *Ioseph. ant. 20, 9, 4.* A. 66 a primoribus Hierosolymitanorum legatus destinatus ad regem Agrippam *id. bell. 2, 17, 4 cf. 6;* idem post Cestii ab urbe discessum una cum Costobaro aliisque ad Romanos transfugit; a Cestio Neroni in Achaiam missus *ib. 2, 20, 1.*

Digitized by Google

— Senianus *v.* Saenianus.
— Ti. Cla(udius) Senill(us?).

285 SENNIVS SABINVS *(nomen gentilicium fortasse corruptum, quamquam bis sic scriptum)* proconsul, ut videtur, certe praeses provinciae *Ulpianus libro VIII de officio proconsulis, Dig. 48, 18, 1 pr. et 5.*

— M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus.

286 Sentius, ut amicus Vespasiani adhuc privati memoratus una cum Thrasea et Sorano; sub Nerone ut videtur iudicio circumventus *Tac. h. 4, 7.*

287 Sentius, centurio, bello Parthico Traiani legatus ad Mebarsapem regem Adiabenes missus, et ab eo in vincula coniectus, adpropinquantibus Romanis Adenystra castellum eis aperuit *Dio 68, 22 (exc. de leg.).*

288 CN. SENTIVS: per hunc et A. Plautium Claudius Britanniam devicit *Eutrop. 7, 13. Videtur intellegi Cn. Sentius Saturninus cos. a. 41, sub quo cf.*

289 C. SENTIVS ABVRNIANVS unus ex pueris senatorum filiis qui fratribus Arvalibus a. 120 ministrabant *act. Arv.*

290 Sentius Augurinus *(sic ep. 4, 27,* Augurinus *ep. 9, 8),* carminum scriptor; recitantem eum audivit Plinius *Plin. ep. 4, 27.* Origine Veronensis ut videtur *ib. 4, 27, 4.* Familiaris (Vestricii) Spurinnae et (Arrii) Antonini 'gravissimorum senum', ipse adulescens *ib. 4, 27, 5. 6.* Ad eundem scripsit Plinius *ep. 9, 8. Cf. praeterea supra sub Q. Gellio Sentio Augurino.*

— Q. GELLIVS SENTIVS AVGVRINVS.

291 SEX. SENTIVS CAECILIANVS. *Titulus Amiterninus IX 4194 (1). Memoratur in milliario Africano VIII 10165 (2) et in termino item Africano, Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1894 p. 46 (3).* [S]ex. Sentius *(deinde hiatus traditur, vix recte)* Caecilianus *t. 2.* Se[nt]ius Caecil[ia]nus *t. 3,* .... ntius Caecilianus *t. 1.* Sex. f. *t. 1 (praenomen hoc patris probat, in t. 1 non alium intellegi).*

Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VIII Augustae, [quaestor pro pr]aet. *(vel* [quaestor prov. B]aet., *utrumque supplementum proposuit Mommsen),* aedilis plebis *t. 1.* Praetor *t. 1. 3.* [Leg. p]r. pr. prov. .... *t. 1.* [Cur. a]lvei Tiberis et riparum *t. 1.* L[eg. l]eg. XV Apollinaris *t. 1.* Legatus Augusti *(Vespasiani, ut ex vestigiis nominis in lapide relictis coniecit Hirschfeld act. acad. Berol. 1889 p. 431 not. 92)* pro pr. *(exercitus Africani ut videtur) t. 2;* ..... g. *(fortasse* [leg. Aug. leg. III Au]g.) *t. 1 (supplementum proposuit Cagnat l'armée d'Afrique p. 287).* Legatus praetorius *(vel fortasse* in ipsa praetura legatus, *sed illud potius significatur praetoris vocabulo adiecto in t. 3)* imp. Vespasiani in Africa, una cum Rutilio Gallico legato consulari fines provinciae Africae veteris et novae derigit *t. 3 (potest hoc munere functus esse ut legatus exercitus Africani).* Legatus pro pr. utriusque Mauretaniae *t. 1 (nescimus quam ob causam Mauretaniae procuratoribus ademptae, per aliquod tempus legato traditae sint).* Consul *t. 1. Uxoris nomen fuit, sed periit, in t. 1.*

292 Sentius Potitus: rescriptum divorum fratrum ad eum *Paulus libro singulari de officio praetoris tutelaris, fr. Vat. 245.*

293 C. SENTIVS SATVRNINVS cos. a. 735. *Tria nomina exhibent Vell. 2, 92, fasti Capitolini in notitia de ludis saecularibus (CIL. I ed. 2 p. 29), fasti Colotiani sub a. 735 (ib. p. 64);* Γάιος Σέντιος *Dio 54, 10. 55, 28,* C. Sentius *vel* Sentius *act. lud. saec.,* Sentius Saturninus *Vell. 2, 77. 105; cognomine tantum utuntur Iosephus et Appianus.*

C. f. *fasti Cap., Dio ind. l. 54,* C. n. *fasti Cap. Vix oriundus a L. Sentio C. f. triumviro monetali temporibus Sullanis, Mommsen röm. Münzw. p. 579 n. 207, sed ex eadem fortasse domo (quam domum Atina oriundam fuisse statuit Borghesius opp. 2, 276 collatis Cicerone pro Planc. 8, 19 et inscriptione urbana VI 2722); plane incertum num parentela coniunctus cum Sentia matre Scriboniae Caesaris.* Ad Sex. Pompeium confugit *(tempore ut videtur proscriptionis) Vell. 2, 77.* A. 714 iussu Pompeii Iuliam matrem M. Antonii ad filium deducit *Appian. b. c. 5, 52.* Pace Miseni facta rei publicae restituitur *Vell. 2, 77.* Consul ord. a. 735, primum solus *Vell. 2, 92,* cum alter locus Augusto absenti servaretur *Dio 54, 10,* deinde cum Q. Lucretio Vespillone *Dio l. c.; fasti.* In consulatu 'cuilibet veterum consulum gloriae comparandus' *Vell. 2, 92 cf. 105.* Quindecimvir sacris faciun-

dis, memoratur a. 737 in actis ludorum saecularium *Eph. ep. 8 p. 241;* magister quindecimvirum *fasti Cap.* Proconsul ut videtur Africae *(ut coniecit Borghesius opp. 8 p. 495)*, novae coloniae Karthagini 'sollemnia enarravit' *Tertullianus de pallio 1. (Cum L. Domitius Ahenobarbus, consul a. 738, proconsul Africae fuerit a. 742, hunc anno 740/1 proconsulem Africae fuisse coniecit Tissot fastes p. 40).* Legatus provinciae Syriae *Iosephus ant. 16, 9, 1. 2. 16, 10, 8. 17, 1, 1. 17, 2, 1. 17, 3, 2, bell. 1, 29, 3* eo tempore quo Herodes Alexandrum et Aristobulum filios interfecit, i. e. circa a. 747 *Ioseph. ant. 16, 11, 3. 17, 1, 1, bell. 1, 27, 2. 3. 1, 28, 1.* Censum egit in Iudaea *Tertullian. adv. Marcionem 4, 19.* Legatus olim Augusti, a. p. Chr. 4 (= a. u. c. 757) Ti. Caesaris in Germania *Vell. 2, 105 (consulem anni 735 intellegendum esse diserte ait Vell.);* res gestae eius in Germania a. 4—6 *Vell. 2, 105. 109. 110;* ob eas ornamentis triumphalibus ornatus *Dio 55, 28. Mortuum esse ante Augustum ex silentio Taciti colligi potest.* Pater trium filiorum *Iosephus ant. 16, 11, 3, bell. 1, 27, 3 (v. infra n. 294. 295. 297).* Frater eius memoratur *Iosephus ant. 17, 1, 1.*

294 C. SENTIVS SATVRNINVS cos. a. p. Chr. 4 *(sic plene in consulatu XI 1421 v. 52, item Dio ind. lib. 55, paene plene fasti Cap., fasti Arv.;* C. Sentius *fasti Gabini, kal. Amiterninum, alibi,* Saturninus *chronographus anni 354).* C. f. *Dio ind. Filius sine dubio eius qui praecedit, natu maximus, frater eius qui sequitur.* Patris, legati provinciae Syriae, comes (πρεσβευτής *Ioseph. ant.*), circa a. 747 una cum duobus fratribus interest consilio habito de regis Herodis filiis *Ioseph. ant. 16, 11, 3, bell. 1, 27, 3.* Consul ord. a. p. Chr. 4 cum Sex. Aelio Cato *fasti (ab his consulibus rogata lex Aelia Sentia, Gai. inst. 1, 13 seq., Dig. 40, 9, cet.). — Huius ut videtur libertus* C. Sentius Saturnin(i) l. *295. 297).* Primus *VI 6124.*

295 CN. SENTIVS SATVRNINVS cos. a. p. Chr. 4. Cn. Sentius *Tac. a. 2, 74. 3, 7,* Sentius *ib. 2, 76 seq.,* .... Saturninus *III S. 6703; in consulatu* Cn. Sentius Saturninus *fasti Cap., VI 1263. 1264,* Cn. Sentius *fasti fratr. Arv.,* Cn. Se... *fasti Gabini.* C. f., C. n. *fasti Cap. (filius sine dubio C. Sentii Saturnini consulis a. 735). Hic quoque videtur unus e tribus C. Sentii Saturnini filiis, quos a patre consilio de Herodis filiis adhibitos esse narrat Ioseph. ant. 16, 11, 3, bell 1, 27, 3.* Consul suff. a. p. Chr. 4 ex kal. Iul. cum C. Clodio Licino *fasti (cf. supra).* Comes Germanici in Syria; hoc defuncto a. p. Chr. 19 administrationem provinciae Syriae suscepit, Pisonem reppulit *Tac. a. 2, 74–81 cf. 3, 7.* Legatus Tiberii in Syria etiam a. p. Chr. 21 (vel etiam postea) *III S. 6703 (videtur a Tiberio successor datus esse Pisoni, cf. Mommsen ad III S. l. c.). Huius ut videtur* Cn. Sentii Saturnini servus *VI 6125; ancilla* Erato Cn. Senti *Bull. com. 1880 p. 61, 292.*

296 CN. SENTIVS SATVRNINVS cos. a. p. Chr. 41. *Tria nomina exhibent Ioseph. ant. 19, 2, 1, t. urbanus Notizie 1890 p. 214, item in*

*consulatu fasti fer. Lat., Dio ind. l. 59, VI 20141.* — Cn. f. *Dio ind. l. 59. Filius sine dubio eius qui praecedit. Fortasse hic* ..... iuus praetor urbanus a. p. Chr. 37 fasti fratr. Arv. *(sed potest etiam cogitari de C. Suetonio Paullino, Henzen act. Arv. p. 198).* Consul ord. a. p. Chr. 41 cum C. Caesare Augusto quartum *fasti*, deinde cum Q. Pomponio Secundo *Ioseph. bell. 2, 11, 1; Io. Antiochenus fr. 84 (Müller fr. h. Gr. IV p. 572); VI 20141.* Interfecto Gaio, auctor libertatis recuperandae *Ioseph. ant. 19, 2, 1–3 cf. bell. 2, 11, 1; Io. Antioch. fr. 84 Müller (ex Dione).* Per Cn. Sentium et A. Plautium Claudius Britanniam devincit *Eutrop. 7, 13; videtur fuisse inter primarios comites Claudii expeditione Britannica, cf. Hübner Herm. 16, 519.* Ex auctoritate Claudii nescio quod opus reficiendum curat *Notizie 1890 p. 214.*

297 L. SENTIVS SATVRNINVS: eius servus vestificus *VI 9979. Videtur fuisse nobilis homo, ex domo eorum qui praecedunt, fortasse tertius filiorum C. Sentii Saturnini consulis a. 735.*

298 C. SENTIVS SEVERVS QVADRATVS clarissimus vir, amicus et comes Augusti *t. Mediolanensis V 5811.*

299 SENTIA SABINA (Savina *lapis*), marito, 'oratori sui temporis primo' *(nomen periit)* titulum posuit *t. urbanus ineditus (v. CIL. VI add.).*

— [S]ATRIVS SEP ... TVS.

300 Septicius, amicus Torquati *(supra M 122) Horat. epist. 1, 5, 26.*

301 Septicius, a quo argentum Septicianum *Martial. 4, 88, 3. 8, 71, 6 cf. Friedländer ad 4, 88, 3.*

302 C. Septicius Clarus (Septicius Clarus *vit. Hadr., Plin. ep. 1, 15,* Septicius *Plin. ep. 1, 1. 7, 28. 8, 1,* Σεπτίμιος *Lydus;* C. Septicius *Plin. ep. 2, 9, 4; praenomen firmat t. Ostiensis XIV 1594).* Ad eum dedit Plinius *ep. 1, 1. 15. 7, 28. 8, 1;* eius hortatu Plinius epistulas suas collegit et edidit *Plin. ep. 1, 1.* — Ab Hadriano praefectus praetorio factus in locum (Sulpicii) Similis, una cum Q. Marcio Turbone *vit. Hadr. 9, 5.* Ei cum esset praefectus praetorio Suetonius Tranquillus vitas Caesarum dedicavit *Lydus de mag. 2, 6 p. 171 ed. Bonn.* Cum apud Sabinam uxorem Hadriani familiarius se egisset, praefectura ei ablata *vit. Hadr. 11, 3 (factum id esse cum Hadrianus in Britannia degeret, videtur colligi posse ex vit. l. c., cf. Tillemont 2, 238, videtur autem Hadrianus in Britannia degisse a. 121, Tillemont l. c., vel 122, Dürr Reisen des Hadrian p. 36).* Ab Hadriano primum ad summos honores evectus, postremo hostis loco habitus *vit. Hadr. 15, 2.* Avunculus Erucii Clari *Plin. ep. 2, 9, 4. Huius sine dubio* Septici Clari servus (cum filio C. Septicio) *XIV 1594 (Ostiae).*

— Q. Caicilius Cisiacus Septicius Pica Caecilianus.

303 Septicia, mater Trachalorum Ariminensium, irata filiis secundas nuptias cum Publicio quodam admodum sene contraxit, testamento etiam utrumque filium praeteriit, quam rem Augustus, aditus a filiis, correxit *Val. Max. 7, 7, 4.*

— C. SERVILIVS *SEPTIDIANVS FIRMVS.
— M. PETRONIVS SVRA SEPTIMIANVS.
— L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS *cet.*
— L. LICINIVS SEPTIMINVS.
— Porcius Septiminus.

304 Septiminus *(sic vit. Alex. 17, 2,* Septimius *48, 7),* scripsit vitam Severi Alexandri *vit. Alex. 17, 2. 48, 7.*

305 SEPTIMIVS (Ἐπτίμιος *traditur ap. Zosimum,* Septiminus *codices epitomae teste Opitzio act. soc. Lips. 2 p. 251),* Aureliani tempore apud Dalmatas imperator effectus, mox a suis obtruncatur *Vict. epit. 35, 3;* sub Aureliano, cum novas res moliretur, statim oppressus *Zosim. 1, 49.*

306 Septimius, amicus (et commilito *Porphyr.*) Horatii, eques Romanus *Porphyr. ad carm. 2, 6,* ad quem Horatius dedit *carm. 2, 6.* Eundem ut videtur commendat Ti. Neroni *ep. 1, 9. (Vix idem, quamquam id perhibent scholia Cruquiana,* Titius comes Ti. Neronis *Hor. ep. 1, 3, 9). Nec diversus* Septimius tam Horatio quam Augusto notus, memoratus in epistula Augusti ad Horatium *Suet. vit. Horat. (p. 45 ed. Reifferscheid).*

307 Septimius, centurio in exercitu Germaniae inferioris, a. p. Chr. 14 a militibus seditiosis occisus *Tac. a, 1, 32.*

308 Septimius, miles ut videtur, a. 69 una cum Nymphidio castra praetoria ingressus eum contra ictus defendit *Plut. Galb. 14.*

309 Septimius: libros observationum ab eo editos citat *Quintilianus 4, 1, 19. Cf. Teuffel Lit. § 315, 5.*

310 Septimius *vit. Sev. Alex. 48, 7. V.* Septiminus.

311 (SEPTIMIVS) AFER *(an* APER? *cf. infra sub Septimio Apro),* frater patruelis Caracallae, ab eo occisus post mortem Getae *vit. Carac. 3, 6.*

312 L. Sep(timius) Agathonicus, vir egregius *t. suburbanus, ap. Tomasettium bull. com. 1895 p. 161.*

313 L. Sep(timius) Agrippinus, eius qui praecedit filius *t. suburbanus, ap. Tomasettium l. c.*

314 Sept(imius) Aistomodius *(de Aistomodii nomine cf. Th. v. Grienberger Beiträge zur Gesch. der deutschen Sprache u. Litteratur 18, 1894 p. 393),* rex Germ(anorum) *(i. e. regulus gentis alicuius Germanicae, a Severo civitate donatus),* Carnunti a fratribus Septimio Philippo et Septimio Heliodoro sepultus *t. Carnuntinus III 4453.*

— D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAESAR.

315 [Sep]timius Amandus, [vir] perfectissimus, rationalis *t. Aquileiensis V 858. Fortasse sub Diocletiano demum vixit.*

316 SEPTIMIVS ANTIPATER clarissimus vir, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae (temporibus ut videtur Commodi) *VI 2010. Eundem esse Antipatrum sophistam, magistrum Caracallae et Getae, Septimio Severo ab epistulis, postea inter senatores adlectum et Bithyniae prae-*

*fectum, de quo Philostratus vit. soph. 2, 24, cf. sub Antipatro (supra A 583), coniecit Borghesius opp. 3, 23.*

317 L. Sep(timius) Antonius Agath[o]nicus, vir perfectissimus, a rat. h.... (*vix* a rat. h[ereditiatium]; *ceterum non certum num haec ad hunc spectent, quippe quae in t. non statim nomen eius sequantur, sed post nepotis demum vocabulum adiecta sint*); pater L. Septimii Agathonici viri egregii *t. suburbanus, Bull. comun. 1895 p. 161 (cf. sub filio).*

318 (SEPTIMIVS) APER patruus magnus *(ex emendatione probabili Madvigii)* Septimii Severi, consularis *vita Severi 1, 2. Idem videtur qui sequitur.*

319 P. SEPTVMIVS APER consul suffectus cum M. Sedatio Severiano *II 2008 (temporibus Antonini Pii, cf. sub collega). Idem videtur qui praecedit.*

— L. FLAV(IVS) SEPTIMIVS APER OCTAVIANVS.

— Septimius Apsaeus. *V. supra sub Apsaeo (A 791).*

320 SEPTIMIVS ARABIANVS *(sic altero loco,* Arabinus *altero),* 'famosus crimine furtorum et sub Heliogabalo iam liberatus', cum ad Alexandrum venisset salutatum, hic graviter in eum exarsit *vit. Alex. 17, 3.*

— Tyrius Septimius Azizus.

321 (SEPTIMIVS) BASSIANVS = M. AVRELIVS ANTONINVS CAESAR = IMP. CAES. M. AVRELIVS (SEVERVS) ANTONINVS AVGVSTVS, qui et CARACALLA. L. Septimii Severi filius maior *Herod. 3, 10, 5, vit. Sever. 10, 3, vit. Get. 1, 4,* ex Iulia Domna *Dio 78, 24, Oppian. cyneg. 1, 4* (ex priore matrimonio *vit. Sev. 20, 2 cf. vit. Carac. 10, 1, vit. Get. 7, 3, Vict. Caes. 21, Eutrop. 8, 20, Oros. 7, 18, 2, male),* Bassianus dictus ex nomine avi materni *Vict. epit. 21,* natus Lugduni *Vict. epit. 21 cf. vit. Sever. 3, 8. 9,* d. 4 Apr. *Dio 78, 6 (quod confirmatur papyro Aegyptiaca Herm. 20, 1885 p. 438 cf. Wilcken ib. p. 473, item titulo Ostiensi XIV 119 cf. Hirschfeld Wiener Studien f. class. Phil. 1884 p. 120 not.;* d. 6 Apr. *vit. Carac. 6, 6),* anno 186 (quippe annum decimum tertium agens, cum particeps imperii paterni diceretur *vit. Sev. 16, 3, vit. Diad. 6, 8; annum 188 indicat Dio 78, 6 [Zonar. 12, 12], sed cf. Wirth quaest. Severian. [diss. Bonn. 1888] p. 19, annum 174 vit. Carac. 9, 1, Eutrop. 8, 20, omnino male).*

A patre, cum iret contra Clodium Albinum (a. 196), in itinere apud Viminacium 'adposito Aurelii Antonini nomine' Caesar appellatus *vit. Sev. 10, 3* (a patre pro Bassiano Antoninus appellatus, ut Marci nomen ferret *Herod. 3, 10, 5; Victor Caes. 20;* Antonini nomen ei a senatu impositum ex voluntate patris *Eutrop. 8, 19*). Iussu Severi Caesar a senatu appellatus 'decretis imperatoriis insignibus' *vit. Sev. 14, 3. Bassiani nomen deinde, dum vivit, numquam de eo usurpatum, nisi in nummo Ceretapensium in Phrygia (Löbbeke Zeitschr. f. Num. 17, 1890 p. 20), in quo est* αὐτ. Και. Μ. Αὐ. Ἀν. Βασσιανός, *mortuo eo resuscitatum, Dio 78, 9. Ad celebrationem diei, quo Bassianus Caesar*

Digitized by Google

*et Antoninus dictus est, verba lacera papyri cuiusdam Aegyptiacae pertinere coniecit Wilcken Herm. 20 p. 455.* — M. Aurelius Antoninus Caesar *tituli, in his X 3341 anni 196; gratulatio Aezanitarum in Phrygia, cum nuntium accepissent, imperatoris Severi filium* Μάρκον Αὐρήλιον Ἀντωνεῖνον ἐπιβαίνειν ἀγαθῇ τύχῃ τῶν τῆς ἀρχῆς ἐλπίδων καὶ τετάχθαι μ[ετὰ] τοῦ πατρός. *et responsum Severi, tribunicia potestate tertium (i. e. ante finem anni 195), ap. Lebas-Waddington 874 (ubi aut error commissus in numero tribuniciae potestatis Severi — et ita videtur esse, cum etiam imperatoriae acclamationis numerus ad annum 196 ducat — aut statuendum iam ante finem anni 195 Bassianum Antoninum appellatum et ad spem imperii admotum esse).* — Imperator destinatus *VIII 5699* (a. 197). *5700* (a. 197). *6048. 6994. 7062. VIII S. 17870. 18256. IX 4880. X 5174; nummi ap. Eckhel 7, 200, Cohen ed. 2 IV p. 147 n. 53. 54,* imperator designatus *VIII S. 14394.* (Caesar destinatus *VI 1984* (a. 197), *VII 210, errore credo descriptorum, qui omiserunt* imp.).

Bello Parthico *(a. 198)* particeps imperii dictus *vit. Sev. 16, 3, vit. Get, 5, 3,* a militibus *vit. Sev. l. c.* Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Augustus *tituli (post mortem patris* Severus Antoninus *vel* M. Aurelius Severus Antoninus *tituli urbanus unus VI 1063, Italicus IX 3608, provinciales multi, potissimum Africani, sed et Aegyptii CIG. 4989 cet., Boeotii Inscr. Gr. sept. I 2239. 2250, Asiatici CIG. 3484. 3485, item nummi Alexandrini cusi anno 212/3, ap. Mionnet VI p. 356, Feuardent p. 169, item papyri Aegyptiacae). Tribuniciam potestatem eius coepisse a. 198 colligitur ex titulis ei et patri communibus, ut VI 1033. 1035. 1259 dipl. mil. III p. 890, aliis; patri aequiperatur iam in titulo scripto mense Mai. 198, VIII 2465.* — Togam virilem sumpsit in Syria, simul consul designatur; consulatum statim iniit in Syria *vit. Sev. 16, 8.* Consul ord. a. 202 cum patre tertium *fasti.* Eodem anno uxorem duxit Fulviam Plautillam *Dio 76, 1, vit. Sev. 14, 8, Herod. 3, 10, 5. 7.* Archiereus Byzantiorum *nummi ap. Mionnet I p. 380 n. 118, suppl. II p. 254 seq. n. 298. 304. 312. 340. 343* (maritus iam Plautillae *I p. 380, 118. suppl. II p. 360. 343*), quibus interventu suo iura vetusta restituerat *vit. 1, 7 (cf. Herm. 25, 1890 p. 159 not. 2, Pick Wiener num. Zeitschr. 27 p. 52).* — Consul II ord. a. 205 cum P. Septimio Geta fratre *fasti.* — Consul III ord. a. 208 cum fratre iterum *fasti.* — Post mortem patris imperator cum fratre *Dio 77, 1, Herod. 3, 15,* post huius caedem *(cf. sub fratre)* imperator solus *Eutrop. 8, 20.* Consul IIII ord. a. 213 cum D. Caelio Balbino iterum *fasti.* Occisus a. 217 cum iter faceret Edessa Carras *Dio 78, 5, vit. Carac. 6, 6, Vict. epit. 21, Oros. 7, 18, 2, Syncell. p. 672, Hieronym. chron. ad a. 2233,* prope Carras *Herod. 4, 13,* excessit inter Edessam et Carras *chronographus anni 354 (ap. Momms. chron. min. I p. 147),* apud Edessam *Eutrop. 8, 20,* d. 8 Apr. *Dio 78, 5* (d. 6 Apr. *vit. Carac. 6, 6*).

Digitized by Google

Post mortem ab aliis dictus nomine priore Bassianus *Dio 78, 9*, ab aliis nomine gladiatoris cuiusdam Tarautas *Dio 78, 9 cf. 10. 13. 17. 18. 21. 23. 27. 28* [Taras *Zonar. 12, 13*], ab aliis a vestimento quod populo dederat (quo usus erat *Dio 78, 3*) Caracallus *(sic vit. Sev., vit. Carac., Dio) vel* Caracalla *vit. Sev. 21, 11, vit. Carac. 9, 9, Dio 78, 9 [Zonar. 12, 13], Vict. Caes. 21, epit. 21, Hieronym. chron. ad a. 2229* (Caracalla *Eutrop. 8, 20, Vict. Caes. 21, epit. 21. 23, Hieronym. chron. ad a. 2229. 2235, Oros. 7, 18*).

— C. IVLIVS SEPT(IMIVS) CASTINVS.

322 L. SEPTIMIVS FLA . . . . consul suff. a. 183 cum T. Pactumeio Magno *act. Arv.*

323 Septimius Flaccus, cum exercitu a Garama profectus, post iter trium mensium ad Aethiopes pervenit *Marinus ap. Ptolem. geogr. 1, 8, 4. 6.*

324 Q. Septimius Florens Tertullianus (Tertullianus *ipse de se, de bapt. c. 20 fin.*, Septimius Tertullianus *ipse de virgin. vel. fin. et Lactantius inst. 5, 1, 23, Hieronymus ep. 64, 23 ad Fabiolam, commentar. in Abdiam prophetam prolog.; quattuor nomina in codicibus operum eius sed recentioribus tantum, in antiquioribus, teste Wissowa, solum Tertulliani nomen est, nisi quod in apologetici codice Parisiaco 1623 saec. X subscriptum est* Quinti Tertulliani). Afer *Hieronymus de vir. ill. 53, chron. ad a. 2224*, Carthaginiensis *Optatus de schism. Don. 1, 9, Hieronymus de vir. ill. l. c. (Afra origo passim ex scriptis eius apparet, Carthaginiensis fortasse indicatur apolog. c. 9).* Centurionis proconsularis filius *Hieron. vir. ill. l. c. (sed vide ne hoc fluxerit ex male intellecto loco apologetici c. 9).* Vir legum Romanarum peritus (τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκὼς ἀνήρ), τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν *Euseb. hist. eccles. 2, 2, 4. Fortasse igitur non diversus* Tertullianus iuris auctor, recentior Pomponio *Dig. 29, 2, 30, 6*, antiquior Ulpiano, in cuius libris ad Sabinum citatur *Dig. 28, 5, 3, 2. 29, 2, 30, 6. 38, 17, 2, 44*, qui scripsit quaestionum libros octo *Dig. ind. Flor. et 1, 3, 27. 41, 2, 28 cf. 29, 2, 30, 6*, item de castrensi peculio librum singularem *Dig. ind. Flor. et 29, 1, 23. 33. 49, 17, 4; cod. Iust. 5, 70, 7, 1ª (locus Dig. 49, 17, 4 non video cur non scriptus esse possit sub M. Aurelio vel sub Commodo; nam sine causa ut puto statuit Fitting das castrense Peculium [Hal. 1871] p. 36, a Severo demum institutum esse ut peculio castrensi cederent ea quae euntibus in militiam a parentibus donata essent).*

Presbyter, *et paullo post* presbyter ecclesiae *Hier. de vir. ill. l. c.* 'Sub Severo principe et Antonino Caracalla maxime floruit, multaque scripsit volumina' *ib.* Libros ad nationes scripsit post victoriam Severi de Clodio Albino (Febr. 197), sed non multo post *ad nat. 1, 17*, eodem fere tempore apologeticum adversus gentes *apol. c. 35 (bello Parthico commoto ut puto vel certe imminente, ib. c. 37; vindemiae mentio c. 36 non ad anni tempus spectat)*, librorum adversus Marcionem

qui extant primum a. 207 *adv. Marc. 1, 15,* librum de pallio tribus Augustis imperantibus, i. e. a. 208—211 *de pallio 2,* adversus Scapulam post mortem Severi *ad Scap. c. 4 (fortasse, ut coniecit Schmidt, anno 212/3, cf. supra sub Scapula Tertullo); librum de pudicitia constat scriptum esse postquam Callistus urbis Romae episcopus in disciplina ecclesiastica quaedam novarit, i. e. non ante annum 217, de pudic. 1 (cf. Hippolyt. haer. ref. 9, 12 p. 458 ed. Duncker). Etiam aliorum scriptorum Tertulliani tempora definire studuerunt multi, in his Nöldechen die Abfassungszeit der Schriften Tertullians (ap. Gebhardt et Harnack Texte u. Untersuchungen V 2, 1888).* 'Fertur vixisse ad decrepitam aetatem' *Hier. de vir. ill. l. c. De scriptis Tertulliani tam extantibus quam deperditis cf. Harnack Gesch. der altchr. Lit. I p. 667 seq., „Tertullian in d. Litt. d. alt. Kirche", act. acad. Berol. 1895 p. 541 seq.* — Tertulliani scripta lectitavit Cyprianus *Hieron. l. c. (cf. Harnack act. acad. l. c. p. 562),* citat primus Lactantius *inst. 5, 1, 23. 5, 4, 3.*

325 L. SEPTIMIVS GETA = L. *vel* P. SEPTIMIVS GETA CAESAR = IMP. CAES. P. SEPTIMIVS GETA AVGVSTVS. L. Septimii Severi et Iuliae Domnae filius minor *vit. Sever. 16, 4. 20, 2, vit. Get. 1, 5. 3, 1, Dio 77, 2,* natus Romae *vit. Sever. 4, 2* (Mediolani *vit. Get. 3, 1*), anno 189 (quippe qui vixerit annos XXII menses novem) *Dio 77, 2 (Zonar. 12, 12),* 'Severo et Vitellio consulibus' *vit. Get. 3, 1,* d. 27 Mai. *ib.* Geta dictus vel ab avo paterno *vit. Get. 2, 1, Victor Caes. 20, 32* vel a patruo *vit. l. c.* — Geta *scriptores;* L. Septimius Geta *nummi in urbe cusi non multi, antiquiores omnes anno 205 (Cohen ed. 2 t. 4 p. 258 n. 43–49, p. 273 n. 187. 188. 192–194), praeterea* L. *praenomen agnitum est in titulis III 218. III S. 10616. VI 227. VIII 9828. 10337. 10362 anno 205 utique antiquioribus, dicitur lectum esse arch. ep. Mitth. 10, 1896 p. 243, item ib. 8, 1884 p. 29. 30, sed vix recte cf. III S. 7603. 7604;* P. Septimius Geta *nummi plerique, item papyri, item tituli non pauci, in his X 1585. XIV 1982, CIAtt. III 633, Bull. inst. arch. 1884 p. 11 nulla rasura temptati. (Praenomina* L. P. *coniuncta dicuntur esse vel fuisse in t. Dacico III 1174, sed vix recte, ut observavit editor l. c., item in nummis quibusdam Neocaesareae Ponti ap. Eckhel 7, 235, sed in simili nummo ap. Mionnet II p. 353 n. 1126, non* Λ. Π. Σεπτ. *lectum est, sed* ἀ. Π. Σεπτ., *in alio simili ib. n. 1127* Π. Λ. Σεπτ.; *in nummo Gytheatium, quem ex Pellerinio citat Eckhel l. c., omnino non fuit* Λου. Π. Γέτας, *sed* Λου. Σεπ. Γέτας, *ut Mionnet II p. 227 n. 86. 87, suppl. IV p. 233 n. 71–75, Brit. Mus. cat. Peloponn. p. 134).* — Severus Geta *t. Africani VIII S. 14395. 14457. 14793 (in papyris Berol. n. 45. 63. 216 primum lectum est* Πόπλιος Σεπτίμιος Γέτας Καῖσαρ Σεουῆρος, *sed secundis curis* Καῖσαρ Σεβαστός, *cf. Urk. aus d. k. Mus. I Add. p. 354. 355. 358).* — *De Antonini cognomine v. infra.*

Post Parthicum bellum, Bassiano fratre participe imperii appellato, ipse Caesaris nomen accepit *vit. Get. 5, 3; vit. Sev. 16, 4* (eodem

Digitized by Google

tempore etiam Antoninus appellatus *ib.*, 'ut quidam tradunt' *vit. Get. 5, 3,* 'ut plerique in litteras tradunt' *vit. Sev. 16, 4, cf. vit. Sev. 10, 5, vit. Get. 1, 6; inde* Geta Antoninus *vel* Antoninus Geta *vit. Get. 1, 1. 2, 2 et praeterea in inscriptione et subscriptione cf. vit. Macrin. 3, 4,* Antonini ipse et frater *vit. Sev. 23, 3, vit. Carac. 8, 3, vit. Get. 1, 6; rectius* Getam multi Antoninum negant dictum *vit. Diad. 6, 9).* — L. *(inde ab anno 205* P., *cf. supra)* Septimius Geta Caesar *nummi, tituli.*

Togam virilem sumpsit *(eodem ut videtur anno quo frater uxorem duxit, i. e. a. 202) vit. Sev. 14, 8.* Consul ord. a. 205 cum fratre iterum *fasti.* Consul iterum ord. a. 208 cum fratre tertium *fasti.*

Imp. P. Septimius Geta Aug. *XIV 1982,* imp. Caes. P. Septimius Geta Pius Augustus *Brambach 1432,* imp. Caesar P. Septimius Geta, tr. p. II *V 4317,* imp. Caes. P. Septimius Geta Pius Aug. tr. p. *vel* tr. p. II *vel* III *vel* IIII *nummi ap. Eckhel 7, 230 seq. Getam, qui caesus esse videtur ineunte anno 212, cf. infra, patri et fratri aequiperatum esse anno p. Chr. 209 vel fortasse mense Dec. a. 208, apparet ex nummis qui docent ab eo quartum annum tribuniciae potestatis inchoatum tantum esse, extant enim nummi cum tribunicia potestate eius quarta pauci (Cohen ed. 2 IV p. 275 n. 204, p. 276 n. 212), cum quinta nulli, cum tertia multi (Cohen l. c. p. 258 n. 50–259 n. 62, p. 269 n. 149–270 n. 155, p. 274 n. 197–203); cf. Eckhel 8, 427. Certe per partem anni 208 tribunicia potestate nondum eum praeditum fuisse ostendit diploma militis eo anno datum a solis Severo et Antonino (III p. 890 = V 4055), item VIII S. 17727.* Augustus, Caesar Augustus *dicitur etiam ante annum 208 in titulis provincialibus III S. 7604. VIII 6. 9035 cet., item in papyris Aegyptiacis Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin n. 45 (cf. add.). 63 (cf. add.). 216 (cf. add). 220. 345. 382, sed ita ut patre et fratre inferiorem fuisse adpareat. Etiam mense Ian. 209 non plene aequiperatur cum patre et fratre in papyro Aegyptiaca Urkunden aus den königl. Museen zu Berlin n. 2. Decretum Atheniensium, cum nuntiatum esset Getam a Severo et Caracalla adsumptum esse* [πρὸς τὴν τῆς] αὐτοκράτορος ἀρχῆς ἰσηγορίαν, *CIAtt. 10 (decretum factum mensis Posideonis die ut videtur tricesimo, qui dies, si fides Plutarcho Caes. 37, incidit in mensem Ianuarium, quo sane potest Athenas pervenisse nuntius de tribunicia potestate d. 10 mensis Dec. qui praecedebat a Geta adsumpta; ceterum diem prytaniae et diem mensis huic decreto praescriptos quadrare tantum in annum Atheniensem 209/210, non in annum 208/209, contendit Ad. Schmidt Handb. d. gr. Chronologie p. 742).* A patre moriente (d. 4. Febr. 211) pari imperio cum fratre relictus *vit. Sev. 20, 1 cf. 23, 6, vit. Carac. 2, 7, Getae 6, 1,* a patre successor imperii una cum fratre relictus *Eutrop. 8, 19, Zosim. 1, 9.* A fratre, qui ei insidias tetenderat iam Saturnalibus (a. 211) *Dio 77, 2,* occisus in Palatio *ib., vit Carac. 2, 4, Herodian. 4, 4, Zosim. 1, 9,* hostis

publicus iudicatus confestim periit *Eutrop. 8, 19 (a. 212, mense Febr., si vere novem menses vixit ultra vicesimum alterum annum, Dio l. c., et si vere natalis eius fuit d. 27 Mai., cf. supra; fortasse d. 19 Febr., quo die pro salute Caracallae in Aegypto sacrificatum esse docet papyrus ap. Wilcken Herm. 20 p. 434 cf. p. 465).* Imperavit menses X d. XII *chronogr. a. 354, ap. Momms. chron. min. I p. 147, quod ducit ad d. 16 Dec. a. 211.*

326 P. SEPTIMIVS GETA. *Tituli, Cretensis CIG. 2591 (1); Dacici III 905 (2). III S. 7794 (3); Siccensis VIII S. 15856 (4). Tria nomina in t. 1–4, item in mentione consulatus VI 220* (Septimius Geta *VIII 2655, item in fastis Graecis,* Sept. Geta *III 5802, praeterea* Geta [*vel* Zeta]).

Frater imp. L. Septimii Severi *Dio 76, 2; vit. Severi 8, 10. 10, 3. 14, 10; cf. t. 3. 4.* Quaestor pro pr. provinciae Cretae et Cyrenarum *t. 1.* Consul suff. a. inc. Provinciam *(Daciam ut videtur, quam certe rexit a. 195, cf. infra)* regebat a. 193, cum frater ad imperium evectus est; ei occurrit Romam relinquenti, maiora sperans, sed in provinciam redire iussus est *vit. Sever. 8, 10.* Legatus pro pr. trium Daciarum *t. 2. 3 (iam anno 193 ut videtur, cf. supra),* a. 195 *t. 2.* Ut eum a spe imperii, quam conceperat, summoveret, Severus filium suum maiorem Caesarem appellavit *vit. Sev. 10, 3.* Consul iterum *t. 4,* ord. a. 203 cum C. Fulvio Plautiano *fasti.* Moriens fratri indicat Plautiani scelera *Dio 76, 2.* A fratre elatus (funere publico?) *vit. Sever. 14, 10,* statua in foro honoratus *Dio l. c. Errore nomen erasum vel rasura temptatum (anno scilicet 212), in mentionibus consulatus III 5802. VI 220. VIII 2557. XIV 328. (Vix ad hunc pertinet t. Anconitanus IX 5899.)*

327 P. Septimius Geta *fistula plumbea rep. ad viam Cassiam, XVII mill. ab urbe, V mill. a Veiis, XI 3816. Fortasse is qui praecedit; sed potest cogitari etiam de alio antiquiore eiusdem nominis ex eadem familia, praesertim cum Septimius Severus ex eadem familia praedium habuerit in agro Veiente (infra n. 345.)*

328 P. Septimius Geta, L. f. *(tria nomina et praenomen patris ex t. Cirtensi;* Geta *vit. Sever. 1, 2 cf. vit. Get. 2, 1, Victor Caes. 20, 32),* pater L. Septimii Severi Augusti imperatoris *t. Cirtensis VIII S. 19493; vita Severi 1, 2 (item pater P. Septimii Getae eius qui praecedit, cf. sub hoc).* 'De eius vita et moribus in vita Severi Marius Maximus primo septenario satis copiose rettulit' *vit. Getae 2, 1.* Maritus Fulviae Piae *vit. Severi 1, 2.* Mortuus in Africa, Severo filio quaestore *vit. Severi 2, 3.*

329 SEPTIMIVS HAERANES (Αἱράνης), Odaenathi filius, ὁ λαμπρότατος συγκλητικός, princeps Palmyrenorum (ἔξα[ρχος Παλμυ]ρηνῶν *Graece,* 'caput Palmyrae' *Syriace*), statua honoratus Palmyrae a milite quodam legionis tertiae Cyrenaicae, a. 251 mense Oct. *t. Palmyrenus ap. Waddington n. 2600 cum versione Syriaca ap. de Vogüé n. 22 (cum add. p. 153). Filium fuisse putat Waddington Septimii Odaenathi infra*

Digitized by Google

*n. 338 (Odaenathi senioris), fratrem maiorem Odaenathi mariti Zenobiae; contra Mommsenus Roem. Gesch. V p. 427 not. 3 statuit eum fuisse patrem Odaenathi iunioris.*

330 Septimius Heraclitus, praefectus Aegypti (ὁ λαμπρότατος ἡγεμών) anno 215 *papyrus Aegyptiaca ap. Wilcken Herm. 20, 1885 p. 436 cf. p. 469 [= aeg. Urk. aus d. k. Mus. n. 362 p. VII]. Cf. supra sub Heraclito (H 62).*

— Antonius Septimius Heraclitus.

331 Septimius Honoratus *(nomen restitutum quattuor apographorum ope)* procurator Augustorum duorum et Caesaris (Severi, Caracallae, Getae) *XII 2491 (in Sabaudia).*

332 L. Septimius Leon[t]icus *(traditur* Leoniicus), egregius vir, procurator Sardiniae sub Claudio Gothico *miliarius Sardus eph. ep. 8, 745 = Notizie degli scavi 1891 p. 213.*

333 (L. Septimius) Macer *(praenomen ex t. Cirtensi filii VIII S. 19493),* L. Septimii Severi imperatoris avus maternus *(immo paternus; nam alterum avum Septimii Severi, Fulvium Pium, quem paternum fuisse traditur, ex nomine ipsius apparet fuisse maternum, patrem Fulviae Piae, matris Septimii Severi; pater igitur P. Septimii Getae) vit. Severi 1, 2.*

334 Septimius Macro, epistrategus (Thebaidos) a. 151 *t. extans in Oasi Thebarum CIG. 4955, correxit Schweinfurth in Petermanni geogr. Mittheilungen 1875 p. 392.*

335 L. SEPTIMIVS MANNVS clarissimus vir, (statua) honoratus a concilio provinciae Hispaniae citerioris *t. Tarraconensis II 4127. Fortasse oriundus ex regia stirpe Osrhoenorum, cf. supra M 128 fin.*

336 .. [S]ept(imius) Maria[nus], L. f., procurator ut videtur complurium provinciarum aliisque muneribus equestribus functus *(post alia fortasse* [proc. vice le]g. pro pr. Pont.) *fragmentum tituli urbani VI 1630 perexiguum.*

337 Septimius Ni[g]rinus (Nicr- *eph. 8, 796,* Necr- *ib. 775*), vir egregius *(sic 775,* vir perfectissimus *796),* procurator Sardiniae sub Aureliano *miliarii Sardi eph. ep. 8, 775. 796.*

338 SEPTIMIVS ODAENATHVS ὁ λαμπρότατος συνκλητικός, Hacranis f., Vaballathi nepos, Nasori pronepos, sepulcrum sibi fecit Palmyrae et filiis et nepotibus *t. Palmyrenus CIG. 4507 = Waddington n. 2621 (cum versione Syriaca ap. de Vogüé n. 21). Iudice Waddingtonio (ad n. 2600) pater Odaenathi qui sequitur (nam eum filium Odaenathi fuisse videtur tradi in excerptis post Dionem, cf. infra); nec diversus Odaenathus pater Septimii Hacranis, principis Palmyrenorum anno 251 (supra n. 329).* Occisus a Rufino quodam *exc. post Dionem (Dio ed. Dind. 5 p. 224). — Regulum quendam Arabum eiusdem vel similis nominis, quem auctores nescio qui Arabes tradunt fuisse amicum et socium populi Romani, item partium quarundam Syriae et Mesopotamiae dominum (cf. Caussin de Perceval essai sur l'histoire des*

*Arabes avant l'islamisme 2, 190 seq.), fuerunt qui non diversum puta verint ab hoc Septimio Odaenatho vel ab eius filio, sed vix recte, cf. de Vogüé Syrie centrale p. 35 et Waddington ad inscr. 2308, qui ad regulum illum referri posse putat inscriptionem sepulcri in Auranitide extantis:* 'Οδαίνατος Ἀννήλου τὴν στήλην Χαμ ράτῃ τῇ αὑτοῦ γυναικί *(ib. n. 2320; de Vogüé p. 89), nescio quam recte.*

339 SEPTIMIVS ODAENATHVS. *Tituli Palmyreni: Graecus ap. Waddington 2602 cum versione Syriaca (Aramaeica) ap. de Vogüé n. 23, positus mense Apr. 258 (1); Syriace tantum scriptus, ap. de Vogüé n. 28, positus ei post mortem mense Aug. 271 (2).*

'Οδαίναθος *cognomen scriptum est in t. Palmyrenis ap. Waddington 2600. 2621 spectantibus ad eiusdem familiae homines (in ipsius t. 1 cognomen extat Syriace tantum), item in codice Vaticano Zosimi uno loco (altero* 'Οδάναιθος*), idemque ex codicibus sine dubio editur ap. Libanium ep. 925. 998, cf. praeterea infra sub Septimia Pataviniana Balbilla Odaenathiana;* 'Οδέναθος *Graeci codices plerique* ('Ωδέναθος *editur ap. Syncellum et Zonaram),* 'Οδονάθης *Procop. bell. Pers. 2, 5,* Odenatus *codices Latini paene constanter* (Odinatus *codex unicus Polemii Silvii*); Ἔναθος *Malalas. — Gentilicium innotuit ex t. 1. 2.*

Palmyrenus, cuius iam maiores ab imperatoribus honoribus affecti erant *Zosim. 1, 39.* Odaenathi filius *excerpta post Dionem, ap. Müller fr. hist. Gr. 4 p. 195, 7 = Dio ed. Dindorf 5 p. 224, nam vix dubium quin hic intellegendus sit Odaenathus iunior, qui interfectorem patris, Odaenathi senioris, Rufinum quendam, coram Gallieno accusasse narratur exc. l. c. (ita iam Borghesius opp. 3, 253), quamquam in hac narratione sunt quae offendunt (Waddington ad n. 2600 coniecit erratum esse in nomine imperatoris, nam Odaenathi patrem iam ante Gallieni imperium videri occisum, et pro Gallieno intellegendum Trebonianum Gallum). Patrem hunc Odaenathum Waddington (ad n. 2600) putat Septimium Odaenathum qui praecedit; eundem autem fuisse Odaenathum patrem Septimii Haeranis principis Palmyrenorum anno 251 (supra n. 329), ut Odaenathus iunior Haerani fratri maiori in principatu Palmyrae successerit post id tempus. Aliter Mommsenus (RG. V p. 427 not. 1), qui Septimium Haeranem Odaenathi patrem putat. —* Decurio Palmyrenus *Ruf. Festus 23, Hieronymus ad a. Abr. 2282.* Ὁ λαμ[πρότατος ὑπατικ]ός *(supplementum certum ex versione Syriaca) t. 1 (mense Aug. 258). —* Rex Saracenorum (βασιλεὺς Σαρακηνῶν βαρβάρων) *Malalas l. XII p. 297. 298 ed. Bonn.*

Persis, qui capto Valeriano in provincias Romanas inruperant, 'collecta Syrorum agrestium manu' restitit *Ruf. Festus l. c. cf. Hieronymus l. c., Orosius 7, 22, 12;* Persas e terra Romana redeuntes in regione Euphratensi aggressus, multos ex iis cecidit *Syncellus p. 716; Zonaras 12, 23; cf. Malalas l. XII p. 297 Bonn.* Saporis thesauros et concubinas cepit *vit. Valeriani 4;* eius atque Ballistae timore Sapor in

regnum suum ocius se recepit *vit. Valeriani l. c.* Ob has res bene gestas στρατηγὸς τῆς ἑῴας a Gallieno appellatus *Syncellus p. 716; Zonar. 12, 23 (idem iterum narratur a Zonara 12, 24 post victoriam de Quieto); vere videtur appellatus esse in Oriente* στρατηγὸς Ῥωμαίων, *cf. infra.* Iussu Gallieni *Zonar. 12, 24*, 'quasi Gallieni partes vindicaret' *trig. tyr. 14*, contra Quietum et Ballistam profectus *vit. Gallien. 3, 1, Zonar. 12, 24*, eos Hemesae obsedit *exc. post Dionem (Dio ed. Dindorf 5 p. 225); Zonaras l. c.*, et Ballistam interfecit *Zonar.*; Quietus ab Hemesenis occisus *vit. Gallien. 3, Zonar. l. c.* (utrumque interfecit *trig. tyr. 14, 1;* Quieto occiso Ballistae veniam dedit *trig. tyr. 15, 4. 18, 1 cf. vit. Gallien. 3*). 'Totius prope igitur Orientis factus est imperator' *vit. Gallien. 3, 3.* 'Odaenathus rex Palmyrenorum obtinuit totius orientis imperium' *vit. Gallien. 10, 1; cf. ib. 1, 1; trig. tyr. 15, 1.* 'Inter haec, quasi Gallieni partes ageret, cuncta eidem nuntiare ex veritate faciebat' *vit. Gallien. 3, 5.* Adsumpto nomine regali cum uxore et filiis contra Persas profectus *trig. tyr. 15, 2*, statim bellum Persis indixit *vit. Gallieni 10, 2 (sub anno 264).* Nisibim et Carrhas occupavit *vit. Gallien. 10, 3 cf. 12, 1, trig. tyr. 15, 3* (Nisibim vi cepit et diruit *Zos. 1, 39*), Mesopotamiam recepit *Eutrop. 9, 10 (inde Oros. 7, 22, 12), trig. tyr. 15, 3 cf. vit. Gallien. 12, 1.* Ctesiphontem usque penetravit *vit. Gallien. 10, 6. 12, 1, trig. tyr. 15, 4. 30, 6, Eutrop. 9, 10, Ruf. Festus 23, Hieronymus l. c., Oros. l. c.*, bis Ctesiphontem usque processit *Zosim. 1, 39;* Ctesiphontem obsidione ad deditionem coegit (πολιορκίᾳ παραστησάμενος) *Syncellus p. 716 ed. Bonn.* Captos satrapas Gallieno misit *vit. Gallien. 10, 4.* Memorantur res gestae Odaenathi contra Persas *Libanius ep. 925, Procop. bell. Pers. 2, 5, Agath. 4, 24.* (Dona Sapori misit et litteras excusatorias; quae a Sapore repudiantur *Petrus Patric. fr. 10, ap. Müller fr. h. Graec. IV p. 187*). Post reditum de Perside cum ipso filius eius Herodes imperator appellatus *trig. tyr. 15, 5.* A. 265 Gallienus certior factus de rebus ab Odaenatho gestis, participato imperio Augustum eum vocavit eiusque monetam, qua Persas captos traheret, cudi iussit *vit. Gallien. 12, 1. Sed neque tales nummi extant neque ulli alii cum nomine Odaenathi (cf. Sallet die Fürsten von Palmyra p. 8), unde apparet Odaenathum ab Augusti et honoribus et vocabulo abstinuisse. Vere videtur appellari voluisse* βασιλεύς, αὐτοκράτωρ, στρατηγὸς Ῥωμαίων, *quibus appellationibus post mortem eius filius quem parvulum reliquit usus est (cf. infra sub Septimio Vaballatho). Post mortem a suis appellatus* 'rex regum' *t. 2.* — Occisus ab alio quodam Odaenatho *Syncell. p. 717*, occisus inter epulas a fratris (vel sororis) filio *Zonar. 12, 24*, qui et ipse mox interfectus *Syncell., Zonar.;* periit Emesae per insidias, cum diem festum aliquem ageret *Zosim. 1, 39;* interemptus insidiis consobrini sui *vit. Gallien. 13, 1*, a consobrino suo Maeonio *trig. tyr. 15, 5. 17 (Mommsenus R. G. V p. 436*

*not. 2 hunc putat Odaenathum seniorem, quem a Rufino quodam occisum esse narrant excerpta post Dionem).* — A Gallieno bello superatus et occisus *Malalas l. XII p. 298 Bonn. — Occisus videtur inter 29 Aug. 266 et 28 Aug. 267, si quidem eius filius ab eo tempore annos potestatis numerabat (cf. infra sub Septimio Vaballatho).* Uxor: Zenobia *(v. infra sub Septimia Zenobia).* Filii, ex priore uxore Herodes *trig. tyr. 15, 2. 16. 17,* qui cum ipso interemptus est *trig. tyr. 15, 5, vit. Gallieni 13, 1 (cum Odaenatho maiorem filiorum eius interemptum esse narrat etiam Zonaras 12, 24),* ex Zenobia Herennianus et Timolaus *trig. tyr. 15, 2. 17, 2. 24, 4. 30, 2,* quos parvulos reliquit *vit. Gallieni 13, 2, trig. tyr. 27. 28:* eorum nomine Zenobia imperium tenuit *trig. tyr. 27. 30, 2; verum vit. Aurelian. 38 narratur non Herenniani et Timolai, sed Vaballathi filii sui nomine imperium gestum esse a Zenobia, idque confirmatur nummis et inscriptionibus (cf. infra sub Septimio Vaballatho), ut dubitari possit, num Herennianus et Timolaus umquam extiterint.* Memoratur *Polem. Silv. laterc. imp. (ap. Momms. chr. min. I p. 521).* Ex posteris eius Eusebius, quem Anatolio commendavit Libanius *ep. 925;* ab hoc Eusebio Ὀδαίναθον τὸν λόγον, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος, petivit Libanius *ep. 998 (videtur igitur Longinus panegyricum scripsisse in Odaenathum).*

340 T. SEPTVMIVS SABINVS *(sic VI 26258,* .. Septumius [S]abinus *Bull. com.,* T. Septimius Sabinus *Plin.),* aedilis curulis *t. urbanus Bull. comunale 1885 p. 100 n. 1018; alius t. urbanus, quem memorat Plinius h. n. 34, 93. Eiusdem ut videtur servi et liberti, VI 26258. Videtur vixisse circa tempora Augusti, vix postea.*

341 Septimius Serenus *(sic Marius Victorinus Gr. Lat. ed. Keil 6 p. 122, 5,* Septimius *Terentianus Maurus v. 1891 et alibi, sed tamen oratione procedente v. 1991* Serenus; *praeterea* Serenus), qui scripsit opuscula ruralia (opuscula *Terentianus v. 1891, item Nonius passim,* 'ruris opuscula' *Terentianus v. 1975,* ruralia *Nonius p. 212, 23*), citatus a *Terentiano Mauro, Servio, Nonio, aliis. Reliquias composuit Baehrens fragm. poet. Rom. p. 384 seq.* Scripsit paullo ante Terentianum Maurum *Terentian. Maur. v. 1891 cf. 1973.*

342 (SEPTIMIVS) SEVERVS, patruus magnus *(sic ex emendatione probabili Madvigii)* L. Septimii Severi qui imperavit, consularis *vit. Severi 1, 2. Fortasse idem qui sequitur.*

343 SEPTIMIVS SEVERVS adfinis Septimii Severi qui imperavit, bis iam consularis, cum huic latum clavum impetraret a Marco *vit. Sev. 1, 5. Fortasse hic ....* Severus *(gentilicium periit)* consul suffectus cum L. Iulio Severo mense Dec. a. 155 *act. Arv.*

344 (SEPTIMIVS) SEVERVS Caracallae patruelis (ἀνεψιός), ab eo occisus post mortem Getae *Herodian. 4, 6, 3. Cf. supra sub Septimio Afro.*

345 Septimius Severus, amicus Statii, ad quem hic dedit carmen *silv. 4, 5.* Eques Romanus *silv. 4, praef. cf. 4, 5, 42.* Natus Lepti (magna)

in Africa *silv. 4, 5, 29*, sed puer in Italiam translatus *ib. v. 37 seq.* Condiscipulus (Vitorii) Marcelli *silv. 4 praef.* Causas agit *silv. 4, 5, 49 cf. 3.* Villas habet in agro Veiente *v. 55 (hanc a patre ut videtur acceptam)*, item Curibus, item in agro Hernico *v. 56. Plane incertum num hic* Severus, amicus Martialis, qui ipse carmina faciebat *Martial. 11, 57 (cf. infra sub Severo). Fortasse hic* C. Septimius Severus, C. f., tribu Pup., patronus municipii *XIV 3004 (Praeneste).*

346 L. SEPTIMIVS SEVERVS = IMP. CAESAR L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVGVSTVS. Natus Lepti *vit. Sev. 1, 2, Eutrop. 8, 18, Victor Caes. 20, 19 epit. 20, 8 (originem Leptitanam videtur significare etiam Philostratus vit. soph. 2, 20, 2, locus tamen fortasse corruptus*; Afer *Herodian. 2, 9, 2, Ruf. Festus 21)*, patre P. Septimio Geta *VIII S. 19493, vit. 1, 2*, matre Fulvia Pia *vit. l. c.*, anno 146 *vit. 1, 3* (*annum 145 indicat Dio 76, 17 [Zonar. 12, 10], item Victor epit. 20, annum 122 vit. Sever. 22, 1, vit. Pescenn. Nigri 5, 1, cf. Eutrop. 8, 19:* decessit admodum senex), d. III idus Apr. *Dio 76, 17; papyrus ap. Wilcken Herm. 20, 1885 p. 439 cf. p. 473; fasti Philocaliani et Silviani (CIL. I ed. 2 p. 255. 262. 263 cf. p. 301); cf. Dio 78, 11. 17*; *qui dies confirmatur titulis sub imperio eius eo ipso die dedicatis XI 1322. XIV 168. 169, ut observavit Hirschfeld Wiener Studien f. class. Phil. 1884 p. 120* (VI idus Apr. *vit. 1, 3, minus recte*). — Octavo decimo anno publice declamavit *vit. 1, 5.* Postea studiorum causa Romam venit. latum clavum a divo Marco petit et accepit, favente sibi Septimio Severo adfini suo, bis iam consulari *vit. 1, 5.*

Advocatus fisci *Eutrop. 8, 18, Vict. Caes. 20, 30, vit. Carac. 8, 3, vit. Get. 2, 4*, factus a M. Aurelio *Vict. l. c.*, ab Antonino Pio *vit. Get. l. c.* Sub (Q. Cervidio) Scaevola professus cum (Aemilio) Papiniano, qui ei in advocatione fisci successit *vit. Carac. l. c. (de quo loco cf. Mommsen Herm. 25, 288).* 'Primo litteris, deinde imbutus foro' *Vict. Caes. 20.* Post advocationem fisci tribunus militaris *Eutrop. l. c. (sed tribunatum omissum esse a Severo narrat vita 2, 3, cf. infra). Tota haec narratio de advocatione fisci Severi suspecta, quippe ignota ei scriptori, qui iuventutem Severi accurate enarravit vit. Sever. 1 seq.*

'Iuventam plenam furorum, nonnumquam et criminum habuit; adulterii causam dixit absolutusque est a Iuliano proconsule' *vit. 2, 1 (videtur significari Iulianus aliquis proconsul Africae, in qua provincia Severus adulescentiam egisse putandus est; non recte autem additur vit. l. c. ad Iuliani nomen* 'cui et in proconsulatu successit et in consulatu collega fuit et in imperio item successit'; *nam Didius Iulianus, cui Severus in imperio successit, proconsul Africae fuit multo postea, neque ei successit Severus in proconsulatu neque huius neque ullius Iuliani collega fuit in consulatu; ipse Didius Iulianus Pertinacis collega fuerat in consulatu et successor in proconsulatu, quod*

Digitized by Google

*falso translatum in Septimium Severum et Didium Iulianum). Hirschfeld Wiener Studien 6, 1884 p. 123 coniecit Severum absolutum esse a Didio Iuliano praetore.*

'Quaesturam diligenter egit omisso tribunatu [omnis sortibus natu *traditur; emendavit Hirschfeld Herm. 3, 230*] militari' *vit. 2, 3* (tribunus militaris *Eutrop. 8, 18, sed cf. supra*). Post quaesturam sorte Baeticam accepit atque inde Africam petit, ut mortuo patre rem domesticam componeret; sed dum in Africa est, pro Baetica ei Sardinia attributa est, quod Baeticam Mauri populabantur'; quaestor igitur provinciae Sardiniae *vit. 2, 3–5 (de duplici quaestura cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 259 not. 2)*. Legatus proconsulis Africae *vit. 2, 5*. Tribunus plebis candidatus imp. M. Aurelii *vit. 3, 1*. — Uxorem duxit Pacciam Marcianam *vit. 3, 2 cf. VIII S. 19494. Ex hac ut videtur uxore* pater duarum filiarum, quas princeps factus Probo et Aetio *(sed cf. Hirschfeld Herm. 25, 276 not. 1)* collocavit *vit. 8, 1*. — Praetor designatus a Marco non in candida, sed in competitorum grege, anno aetatis XXXII (a. 178) *vit. 3, 3*. In ipsa praetura in Hispaniam missus *(legatus iuridicus?)*, ludos absens edidit *vit. 3, 4. 5*. Legatus legionis IIII Scythicae *vit. 3, 6* (circa Massiliam *ib.*, circa Samosatam *coniecit Hirschfeld, cf. t. Samosatens. III 6048, it. Ant. p. 186, ubi* leg. IIII *scribendum*). 'Post hoc Athenas petit studiorum sacrorumque causa et operum ac vetustatum' *vit. 3, 7*. Legatus pro pr. provinciae Lugdunensis *vit. 3, 8; vit. Pescennii Nigri 3, 3; Dio 74, 3*. Amissa Marciana uxore Iuliam Domnam uxorem petiit e Syria et accepit interventu amicorum *(in Gallia ut videtur)*; ex qua statim pater factus est *(Bassiani, qui natus est Lugduni a. 186 ut videtur, cf. sub Septimio Bassiano) vit. 3, 9 (legatus Lugdunensis videtur igitur fuisse circa a. 185—187)*. A Gallis dilectus *vit. 4, 1*. ('Dein Pannonias proconsulari imperio rexit' *vit. 4, 2 male*). 'Post hoc Siciliam proconsularem sorte meruit' *vit. l. c.* 'Suscepitque Romae alterum filium' *(a. 189, cf. sub L. Septimio Geta) vita l. c.* 'In Sicilia, quasi de imperio vel vates vel Chaldaeos consuluisset, reus factus, sed a praefectis praetorio, quibus audiendus datus fuerat, absolutus' *vit. 4, 3*. Consul designatus a Commodo 'inter plurimos' *vit. 4, 4*; unus e viginti quinque consulibus, quos in unum annum Cleander fecit *Dio 72, 12*; consul cum Apuleio (*scr.* Atuleno) Rufino *vit. 4, 4 (anno 189, vix postea, si vere hoc anno Cleander occisus est). Incertum an hic Severus sub quo consule natus Geta, mense Mai. 189, vit. Getae 3; nam non solum collega huius dicitur fuisse Vitellius, quod nomen corruptum potest esse ex Atuleno vel Apuleio, sed etiam si Severo filius natus esset in consulatu, scriptor, cui narrationem de vita Severi nondum principis debemus, puto id annotasset.*

'Post consulatum anno ferme fuit otiosus' *vit. 4, 4*. 'Dein (Q. Aemilio) Laeto suffragante exercitui Germano praeponitur' *vit. l. c. (non Ger-*

*maniae sed Pannoniae praepositum esse Severum ex mentione Carnunti apparet in ipsa vita paullo post 5, 1).* Legatus (Pannoniae *Dio 73, 14,* legatus Pannoniae utriusque *Herod. 2, 9, 2* (Pannonias rexit *vit. 4, 2, ante proconsulatum Siciliae, cf. supra*). (Legatus Syriae *Victor Caes. 19 cf. vit. Did. Iul. 5, 2, errore*). *Vere videtur fuisse superioris tantum Pannoniae legatus, cum tres tantum legiones habuerit (Dio 73, 14, 3) cf. Fuchs Geschichte des Kaisers L. Septimius Severus (Wien 1884) p. 8 seq.*

549 Soranus, Ephesius, medicus *Galenus XIV 684 ed. Kühn, Suidas*, 'methodicae medicinae instructissimus auctor' *Tertullian. de anima 6*, Alexandriae et Romae medicinam professus est temporibus Traiani et Hadriani *Suidas s. v.* Discipulus eius Attalus aequalis Galeni *Galen. X 910. Scripta eius complura ad medicinam spectantia enumerat Suidas, sed tribuens ea Sorano iuniori, dubitatur num recte, alia citat Galenus XII 493 et alibi, denique feruntur nonnulla sub eius nomine* (περὶ γυναικείων παθῶν *ed. Ermerins, Trai. ad Rh. 1869, item V. Rose, Lips. 1882;* περὶ σημείων καταγμάτων, *item* βίος Ἱπποκράτους, *ap. Ideler physici et medici Graeci minores I p. 248 seq.*). Ex eius scriptis in Latinum sermonem versi Caelii Aureliani celerum et tardarum passionum libri *Cael. Aurel. acut. 2, 1. 28, chron. 2, 7; cf. Teuffel 463, 1.* Memoratur *Cyprian. ep. 69, 13; Augustin. contra Iulian. Pelag. 5, 14, 51, retractat. 2, 62.* Praeterea scripsit de anima libros quattuor quos adhibuit *Tertullianus de anim. c. 6 cf. 8. 14. 15. 25. 44; cf. Diels doxogr. p. 206 seq.*

— BAREA SORANVS.

550 Sornatius, auctor adhibitus a Plinio ad libros XXXI et XXXII, quibus continentur medicinae ex aquatilibus *Plin. h. n. 1, 31. 32*, citatur *32, 68. Incertum quo tempore vixerit.*

Digitized by Google

551 .. [SO]RNATIVS, C. *vel* P. [f.] *(sed potest etiam fuisse cognomen a* G *vel* P *littera incipiens)*, legatus (πρεσ[βευτής], *provinciae Asiae ut videtur)*, honoratus a Pergamenis *t. Pergamenus ap. Fränkel Inschr. v. Perg. n. 431. — Incertum an hic* C. Sornatius C. f. *IX 6080, 21.*

— MEMMIA SOSANDRIS.

— ANTISTIVS SOSIANVS.

— C. MACRINIVS SOSSIANVS.

552 Sosibius, Brittannici educator *Tac. a. 11, 1;* ei a. 47 sestertium decies decreta a senatu *ib. c. 4.* Ab Agrippina interfectus, tamquam Neroni insidias faceret *Dio 60, 32 (Zonar. 11, 10).*

553 SOSIPATRA Ti. Claudii Hermae *(supra C 709)* clarissimi viri filia, Ti. Claudii Dracontis clarissimi viri soror *t. Ephesius Greek inscriptions in the British Museum III p. 200 n. DLXII.*

554 SOSIVS salius Palatinus usque ad a. 189 *VI 1980 (cf. infra sub M. Sosio Laeliano Pontio Falcone).*

555 Sosii, fratres *(sic Porphyr. ad ep. 1, 20, 2)*, bibliopolae celeberrimi tempore Horatii *Horat. epist. 1, 20, 2, de arte poet. 345 cum Porphyrione.*

556 C. SOSIVS (*vel* SOSSIVS). *Nummi aenei, Zacynthi omnes cusi, ap. Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 463 n. 1–4 = Percy Gardner numismatic chronicle 1885 p. 104.*

C. Sosius *nummi, t. agri Sabini IX 4855, fasti triumphales Capitolini (CIL. I ed. 2 p. 50), act. lud. saec. v. 150, item in consulatu anni 722 fasti Venusini aliique fasti minores (CIL. I ed. 2 p. 66. 68), item Cic., Nep. Att. 23, 3, Tac. h. 5, 9, Suet. Aug. 16.* C. Sossius *fasti triumphales Barberiniani (CIL. I ed. 2 p. 76), item in consulatu fasti Cuprenses (CIL. I ed. 2 p. 62), Dio ind. l. 50, Cassiod.,* Γάιος Σόσσιος *Dio in contextu,* Σόσσιος *Iosephus, Appiani b. c. 5, 73 certe codices plerique;* C. Sunius *traditur ap. Senecam,* Κοθλιος *ap. Plutarchum.* — C. f. *fasti Cap., Dio ind.,* T. n. *fasti Cap.* (C. n. *Dio ind.*). — Quaestor M'. Lepidi *(consulis a. 688) Cic. ad Att. 8, 6, 1,* praetor a. 705, non secutus est Pompeium, ut hic expectaverat, sed Romae ius dixit *ib. 8, 6, 1. 9, 1, 2 (hunc praetorem et consulem anni 722 eundem esse, non plane certum est, cf. infra).* A. 715 consul designatur cum (Cn. Domitio) Ahenobarbo *Appian. b. c. 5, 73.* Consul designatus *nummi ap. Babelon n. 3.* Quindecimvir sacris faciundis *act. lud. saec. anni 737 (eodem videtur spectare tripus in nummo ap. Babelon n. 3, ut monuit Wissowa eph. ep. 8 p. 241).* M. Antonium secutus (quaestor, scilicet M. Antonii *nummi cum capite M. Antonii ap. Babelon n. 1, sed tunc diversus fuerit necesse est a praetore anni 705; fortasse* Q. *littera in nummis illis aliud significatur*), a. 716 ab Antonio Syriae (et Ciliciae *Dio*) praeponitur; simul ei bellum contra Iudaeos mandatum *Ioseph. ant. 14, 15, 9, bell. 1, 17, 2; Dio 49, 22.* (Proconsul *fasti triumph. Capit.;* Ἀντωνίου στρατηγός *Plut. Ant. 34; etiam Livius*

Digitized by Google

*epit. 128 ait Iudaeos ab Antonii legatis subactos esse*). Res feliciter gerit in Syria *Plut. Ant. 34* (*ubi pro* Σόσιος *traditur* Κοῖλιος); Aradios expugnat *Dio 49, 22*. (*Ab eo ut videtur tunc temporis* Seleucia ablatus Apollo dictus Sosianus *Plin. h. n. 13, 53. 36, 28*). Hierosolyma una cum Herode obsidet et expugnat a. 717 *Ioseph. ant. 14, 16, 1 seq., 15, 1, 1, bell. 1, 18, 2 seq., Dio l. c., Africanus ap. Syncellum p. 579, 22. 582, 13 ed. Bonn., cf. Ioseph. bell. 5, 9, 4. 6, 10, 1, Seneca suas. 2, 21, Tac. h. 5, 9*. Triumphat ex Iudaea d. 3 Sept. 720 *fasti triumph. Cap. et Barb. (CIL. I ed. 2 p. 50. 76)*; 'triumphalis' *IX 4855*. Imperator *nummi ap. Babelon n. 2*. Consul *nummi ib. n. 4*, ordinarius a. 722 cum Cn. Domitio Ahenobarbo *fasti*. Ipsis kal. Ianuariis in senatu graviter in Caesarem invectus, paullo post clam se confert ad Antonium *Dio 50, 2 cf. Suet. Aug. 16*. A. 723 paullo ante pugnam Actiacam conflixit cum parte classis Caesarianae, sed victus est *Dio 50, 14* (et periit *ib., aperto errore, cf. infra*). Pugna Actiaca parti navium Antonianarum praeerat *Vell. 2, 85 cf. Plut. Ant. 65* (*ubi traditur* Κοῖλιος). Post pugnam cum per aliquod tempus latuisset, postea comprehensus est *Dio 51, 2*, sed a Caesare incolumis dimissus *Vell. 2, 85, Dio 51, 2. 56, 38* (*non igitur periit ante pugnam*). Superstes fuit a. 737, quo anno interfuit sacris saecularibus *act. lud. saec. v. 150 (eph. ep. 8 p. 233)*; *nisi alius C. Sosius significatur (filius eius praeterea ignotus)*. — Pronepos eius L. Nonius Quintilianus *IX 4855*.

557 Q. SOSIVS FALCO (Σόσσιος Φλάκος *Dio 72, 22*, Falco *vit. Pert. et Dio 73, 8; in consulatu* Q. Sosius Falco *II 4125. X 4760*, Q. Sossius ..... *VI 1173*[c], Falco *plerumque*, Flacco *fasti Hydat.*, Φλάκος *chron. Pasch.*, Φλάκκος *fasti Graeci*).

Genere et opibus excellens *Dio 78, 2. Videtur fuisse frater Sosiae Falconillae, filius Q. Pompeii Sosii Prisci consulis a. 169. Cf. stemma propositum supra sub Q. Pompeio Falcone Sosio Prisco.* — Consul ord. a. 193 cum C. Iulio Erucio Claro *fasti*. De occidendo eo et collega cogitaverat Commodus *Dio 72, 22*. Verba eius in senatu contra Pertinacem *vit. Pert. 5*. Insidias parat Pertinaci *vit. Pert. 10, 1*. Imperium ei contulerunt praetoriani *Dio 73, 8 (Zonar. 12, 6)* ('multi nescisse dicebant Falconem imperium sibi parari' *vit. Pert. 10, 6*). Pertinax ei pepercit *vit. Pert. 10, 4*, impunitatem eius a senatu petiit *ib.; Dio l. c. (Zonar. l. c.)*. 'In rebus suis secure vixit et herede filio perit' *vit. Pert. 10, 5*. — *Avus ut videtur Q. Pompeii Falconis Sosii Prisci, quaestoris sub Caracalla vel Elagabalo (P 459)*.

558 M. SOSIVS LAELIANVS PONTIVS FALCO (*sic v. 12*, Pontius Falco *v. 17*), salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978 v. 12*; desiit esse salius Palatinus anno insequenti *ib. v. 17*. *Diversus* Sosius qui desiit esse salius Palatinus a. 189 *VI 1980 v. 10*. *Incertum qua parentela coniunctus cum M. Pontiis Laelianis (supra P 598–600) et Q. Sosio Falcone qui praecedit.*

Digitized by Google

559 SOSIVS PAPVS senator, cuius amicitia utebatur Hadrianus nondum imperator *vit. Hadr. 4, 2. Possis cogitare excidisse quaedam et intellegi Sosium Senecionem (infra n. 560) et nescio quem Papum.*

— Q. POMPEIVS FALCO SOSIVS PRISCVS.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS *cet.* .... SOSIVS PRISCVS.

560 Q. SOSIVS (*vel* SOSSIVS) SENECIO. *Memoratur in t. filiae quem ed. Mommsen ad III S. 12260 (1), in t. proneptis Cirtensi VIII 7066 (2), in testamento Dasumii VI 10229 v. 127 (3).* — Q. Sosius Senecio *t. 2,* Sosius Senecio *ap. Plinium ep. 1, 13, 4, 4 singuli certe codices* (*plerique* Sosius *tantum*), Σόσσιος Σενεκίων *t. 1, Plut. Thes. 1, Dio 1, quaest. conv. 1, 1. 2, 1. 3, 1. 4, 1. 4, 3. 5, 1. 6, 1. 7, 1. 8, 1. 9, 1. 9, 15, quomodo quis suos in virt. sent. prof. in.,* [So]sius Senecio *t. 3,* Σόσσιος *Plut. Demosth. 1. 31, Dio 68, 16. In consulatu plerumque* Senecio; Sossius Senecio *bull. com. 1886 p. 97 (inscriptio ponderis, quam memorat Borghesius opp. 1, 507, ficticia est, ut iudicat Dressel; cf. C. X 1488*).*

*Tribunum militum legionis XXI Rapacis eum fuisse anno 84 coniecit Bergk ann. Rhen. 58, 1876 p. 144 ex titulo rep. Friedberg ap. Brambach n. 1416, sed in quo neque Sosii Senecionis mentio videtur fuisse, verum Sosii Severi, neque tribunus hic fuit, sed potius centurio.* — Consul ord. a. 99 cum A. Cornelio Palma *fasti.* Tribunatum ab eo petit amico cuidam Plinius; praeerat igitur provinciae exercitumque regebat *Plin. ep. 4, 4 (epistula scripta circa a. 102–105).* Consul II *t. 1. 2* (consul IIII *fastorum quidam laterculi, ap. Momms. chron. min. I p. 285, Prosper, male*), ord. a. 107 cum L. Licinio Sura III *fasti.* Traianus statuam ei posuit *Dio 68, 16 (sed a Reimaro intellegitur Sosius Papus is qui praecedit).* — Amicus Plinii, qui ad eum dedit *ep. 1, 3. 4, 4.* Amicus Dasumii *t. 3.* — Ei Plutarchus dedicavit vitas parallelas complures *Plut. Thes. 1, Demosth. 1. 31, Dio 1,* item quaestiones convivales *q. conv. 1, 1 cet.,* item libellum de profect. in virtute *Plut. moral. p. 75 B.* Interest nuptiis Autobuli Plutarchi filii *q. conv. 4, 3 (p. 666), ex quo loco praeterea videtur colligi posse, eum tunc domicilium habuisse Chaeroneae* (παρὼν ἐκ Χαιρωνείας ὁ Σόσσιος Σενεκίων). Athenis commoratur *ib. 1, 1.* — Gener Sex. Iulii Frontini ter consulis *t. 1. 2.* Pater Sosiae Pollae, uxoris (Q. Roscii) Pompeii Falconis *t. 1;* avus Q. Pompeii Sosii Prisci, proavus Sosiae Falconillae *t. 2. Cf. stemma propositum supra sub Q. Pompeio Falcone Sosio Prisco (P 459).*

561 SOSIA FALCONILLA Q. Pompeii Sosii Prisci *(P 492)* consulis *(a. 169)* filia, Q. (Rosci) Pompeii Falconis *(R 68)* consulis neptis, Q. Sosii Senecionis consulis iterum *(a. 107)* proneptis, Sex. Iulii Frontini *(I 216)* cos. III *(a. 100)* abneptis *t. Cirtensis VIII 7066. Soror videtur fuisse Q. Sosii Falconis consulis a. 193 (supra n. 557). Cf. stemma propositum sub Q. Pompeio Falcone Sosio Prisco (P 459).*

Digitized by Google

562 Sosia Frontina: *eius servi, VI 17461. Nomen indicat fuisse eam filiam Q. Sosii Senecionis, neptem Sex. Iulii Frontini.*

563 SOSIA GALLA uxor C. Silii (Caecinae Largi, consulis a. p. Chr. 13) *Tac. a. 4, 19.* Agrippinae percara *ib. et c. 52.* A. p. Chr. 24 una cum marito accusata, et cum hic manus sibi intulisset, in exilium pulsa *ib. 4, 19. 20 cf. c. 52.*

564 SOSIA IVNCINA Q. Antoni Isaurici *(A 671)* legati Aug. uxor *t. Eburacensis VII 233.*

565 SOSSIA MAXIMA virgo Vestalis *VI 2148.*

566 SOSSIA POLLA. *Tituli: Samius III S. 7163 (1) et Graecus Apameae ad Maeandrum rep., quem descripsit Ramsay, ed. Mommsen III S. 12260.* (Q.) Sossii Senecionis *(supra n. 560)*, bis consulis filia, (Sex.) Iulii Frontini ter consulis neptis *t. 2.* (Q. Roscii) Pompeii Falconis, proconsulis Asiae, uxor *t. 1. 2. Cf. stemma propositum supra sub Q. Pompeio Falcone Sosio Prisco (P 459).* Ἡρωίς *appellatur in t. 2; nec tamen inde collegerim, eam tunc defunctam fuisse.*

567 .... SOSP[E]S *(non* So[ller]s, *de quo cogitaverat Borghesius)*, P. f., tribu Stel.; triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus legionis XXII *(errore* XXIII) Primigeniae, quaestor Cretae et Cyrenarum, aedilis curulis, praetor, curator coloni[a]r. et municipior. *(nescio quorum)*; legatus legionis XIII Geminae, donatus donis militaribus expeditione Suebica et Sarmatica *(anno 90 ut videtur, cf. Mommsen Herm. 3 p. 115)* coronis tribus hastis puris tribus vexillis tribus; legatus Augusti pro pr. provinciae Galatiae regionumque finitimarum (Pisidiae Phrygiae Lucaoniae Isauriae Paphlagoniae Ponti Galatici Ponti Polemoniani Armeniae); fetialis *t. Antiochenus Pisidiae III S. 6818. — Incertum an ex huius stirpe A. Iunius Pastor L. Caesennius Sospes consul a. 163.*

— A. IVNIVS PASTOR L. CAESENNIVS SOSPES.

— Sossianus *v.* Sosianus.

— Sossius, Sossia *v.* Sosius, Sosia.

568 Sostratus, sacerdos Veneris Paphiae, Tito futura aperit, initio anni 69 *Tac. h. 2, 4.*

569 Sostratus, poeta *Iuvenal. 10, 178 (fortasse Augusto multo antiquior).*

570 Soteridas, medicus imperatoris Marci *vit. Avid. Cassii 10, 8 (epist. fictic.).*

— Ancharia (?) Soteris.

571 SEX. SOTIDIVS STRABO LIBVSCID(IVS) *(Libuscidiorum nomen praeterea invenitur in titulis quibusdam Canusinis et Rhodiis, cf. Hiller v. Gärtringen inscr. Rhod. p. 8)*, Sex. f., curator riparum et alvei Tiberis (sub Tiberio ut videtur) *VI 1237.*

572 Sotio, philosophus (stoicus *Hieronym. chron.*), praeceptor Senecae *Seneca ep. 49, 2. 108, 17 seq., cf. Lactant. inst. 6, 24, 14, Hieronymus de vir. ill. c. 12,* Alexandrinus *Hieronymus chron. ad a. Abr. 2029*

Digitized by Google

*(p. Chr. 13), Syncellus p. 602 (ubi traditur Σιτίων). Fragmenta libri eius de ira servavit Stobaeus, cf. Nietzsche mus. Rhen. 23, 1868 p. 639, Diels doxograph. p. 256. — De alio Sotione philosopho, multo antiquiore, cf. Diels l. c. p. 147.*

573 Spadagas (Σπαδάγας *codex unicus Arriani,* Σπεδαγᾶς *codex Anonymi),* rex Sanigum (in ora Ponti Euxini) constitutus ab Hadriano *Arrianus peripl. Ponti Eux. c. 15 (inde ut videtur Anonym. peripl. c. 10, ap. Mueller fr. hist. Gr. V, 1 p. 178).*

574 Sparsus, amicus Martialis, possessor domus Petilianae *Martial. 12, 57. Fortasse non diversus Iulius Sparsus amicus Plinii, ut coniecit Friedländer Sittengesch. III*[5] *p. 448.*

— Fulvius Sparsus.

— Iulius Sparsus.

— C. LVSIVS SPARSVS.

— C. Iulius Spartiacus.

575 Spatale, meretrix: actiones pro ea Vibii Crispi, contra eam Galerii Trachali citat *Quintil. inst. 8, 5, 17. 19.*

— Aelius Spectatus.

— C. ARRIVS SPEDIVS ACTIANVS.

576 Spendophorus, puer formosus, dominum comitatus in Africam *Martialis ep. 9, 56 cf. 10, 83, 7.*

577 Speratus *(delator ut videtur sub Commodo; nomen fortasse corruptum):* eius supplicium postulat senatus a Pertinace *vit. Comm. 18, 10 (acclamationes ex Mario Maximo transcriptae).*

578 Spicius Antigonus *(sic Dig.,* Antigona *traditur cod. Iust.; nomen gentilicium videtur corruptum,* S[ul]picius *coni. Hirschfeld):* ei rescripsit Severus de servis contra dominos non torquendis deque indiciis eorum admittendis *Ulpianus de officio proconsulis (Dig. 48, 18, 1, 16), cod. Iust. 9, 41, 1,* a. 196 *cod. Iust. Praeses provinciae, vel certe iudex aliquis.*

579 Spiculus, gladiator (myrmillo *Suet.*), a Nerone ditatus *Suet. Ner. 30.* Eum sub finem vitae requisivit Nero, ut eius manu periret *ib. c. 47.* Eum post mortem Neronis plebs irata occidit *Plut. Galb. 8. — Hic puto* Spiculus decurio corporis custodum Neronis *VI 8803; idem* Ti. Claudius Spiculus *in fistula Antii rep., X 6690.*

580 C. SPLATTIVS praetor urbanus a. 29 p. Chr. *fasti fratr. Arval. (CIL. I ed. 2 p. 71).*

581 Sporaces, Anthemusiae regulus, Traianum cum Parthis bellum gerentem convenire recusat *Dio 68, 21 (exc. Urs.).*

582 Sporus, puer, quem Nero in muliebrem naturam transfigurare conatus pro uxore habuit *Suet. Ner. 28. 29 (inde Victor epit. 5, 7, item nomine non posito Vict. Caes. 5, 15), Dio 62, 28 (Zon. 11, 12), 63, 22;* eum in Graeciam secum duxit Nero *Suet. 28, Dio 63, 12,* ibique eae nuptiae celebratae *Dio 63, 13,* Sabinae nomen ei inditum propter similitudinem Poppaeae Sabinae *Dio 62, 28. 63, 12. 13 cf. Plut. Galb. 9.*

Memoratur *Suet. Ner. 46.* Neronem fugientem comitatur *Suet. Ner. 48. 49 (inde Victor Caes. 5, 15, epit. 5, 7), Dio 63, 27 (Zon. 11, 13).* Post mortem Neronis Nymphidius Sabinus eo utebatur *Plut. Galb. 9,* deinde Otho *Dio 64, 8.* Iussus a Vitellio, sub persona puellae raptae in scaenam prodire, sua manu mori maluit *Dio 65, 10.*

— VESTRICIVS SPVRINNA.

— Glyco Spyridion.

— M. GAVIVS SQVILLA GALLICANVS.

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.

— L. CALPVRNIVS SQVILLIVS.

583 Spurius Maximus, egregius vir: heredes eius *fistula plumbea Romae rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 139. Fortasse idem* L. Spurius Maximus tribunus cohortis quartae vigilum sub Severo *VI 643.*

584 Staberius, dives, heredes summam patrimonii sui sepulcro incidere iussit *Horat. sat. 2, 3, 84 seq. cum Porphyrione.*

585 Stachemphax (Σταχέμφαξ *codex unicus Arriani*, σταχεμφλας *codex Anonymi*), Zilchorum (sive Zicchorum) populi Pontici rex ab Hadriano constitutus *Arrianus (sive a quo alio haec pars peripli adiecta) peripl. Ponti Euxini c. 27; Anonymi peripl. c. 15, ap. Mueller fr. h. Gr. V, 1 p. 180. Cf. Brandis mus. Rhen. 51, 1896 p. 110. 120.*

586 Staius, tribunus (cohortis praetoriae), a. 24 tumultum quendam servilem iussu Tiberii oppressit *Tac. a. 4, 27.*

— TI. CLAVDIVS STASITHEMIS.

— FL(AVIA) STATIANILLA.

— SERVA(E)A F[L(AVIA)] STATIANILLA VALERIANA.

587 Statianus, vir egregius, amicus Frontonis *Fronto ad am. 1, 5 p. 177/8 Naber.* Filius eius Faustinianus *ib.*

— Caesernius Statianus.

— T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STATIANVS MEMMIVS MACRINVS.

— C. Calvisius Statianus.

— MANLIVS STATIANVS.

588 Statilius: Germanici Caesaris epistula ad eum de computatione vectigalium in Syria *t. Palmyrenus Herm. 19, 1884 p. 503 (IVa 42) cf. p. 532. Videtur fuisse procurator Caesaris in Syria anno p. Chr. 18 vel 19.*

589 Q. STATILIVS tribunus plebis designatus, ab Augusto cum senatum legeret (a. 725/6) tribunatu prohibitus *Dio 52, 42.*

590 STATILIVS BARBARVS clarissimus vir: eius servus *IX 3053 (in Paelignis). Fortasse idem qui sequitur.*

591 T. STATILIVS BARBARVS. *T. urbanus VI 1522 (1); memoratur in titulis Thracicis, ap. Dumont inscr. de la Thrace n. 72^c, quem servavit Cyriacus (2), arch. ep. Mitth. 15, 1892 p. 104 n. 42 (3), ib. 18, 1895 p. 118 n. 35 (4). Nummi urbium Thracicarum, cusi Anchiali, Bizyae, Hadrianopoli, Pautaliae, Philippopoli, Serdicae, Augustae Traianae,*

Digitized by Google

*Traianopoli, ap. Mionnet suppl. II 219, 81. 82. 234, 171. 375, 1023. 1024. 462, 1533. 1534. 466, 1566. 485, 1661. 1662. 507, 1785. 508, 1786–1789. 510, 1801. 1803; Brit. Mus. cat. Thrace p. 164, 28. 171, 2. 177, 3. 4; Mus. Berol., Beschr. d. Münzen I p. 132, 6. 139, 5. 225, 30; alibi. Cf. Borghesi opp. 3, 263 seq.*

Στατίλιος *vel* Στατείλιος Βάρβαρος *t. 2. 3,* ..... τείλιος Βάρβαρος *t. 4,* ..... Barbarus *t. 1; in nummis plerumque est* ἡγ. (*vel* ἡγε. *vel* ἡγεμ.) Στ. *vel* Στα. *vel* Στατ. *vel* Στατι. *vel* Στατει. *(sic in nummo Serdicae, ap. Mionnet 485, 1662) vel* Σ[τα]τιλίου *(sic in nummo Pautaliae ap. Mionnet 375, 1023)* Βαρβάρου, *plene* Τ. Στα. Βαρβάρου *in nummo Philippopolitanorum ap. Imhoofium* (ἡγε. Τιβ. Βαρβάρου *in nummis Philippopolitanorum ap. Mionnet 462, 1533. 1534. 466, 1566 male lectum est, teste Imhoofio, pro* ἡγ. Στα. Βαρβάρου; *similiter sine dubio male lectum est,* ἡγε. Τ. Βάρβαρος *Mionnet 508, 1786,* Λ. Ειτει. Βάρβαρου *Mionnet 485, 1661,* Αἰλ. Βαρ .... *Mionnet 375, 1024). Pro* ἡγεμ. Στατει. Βαρβάρου *in nummo Serdicensi supra laudato legendum esse* ἡγε. Μ. Στατει. Βαρβάρου *coniecit Borghesius opp. 3, 271, minus recte ut iam constat.*

Sevir equitum Romanorum, decemvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius [legionis] ...., [quaestor] provinciae Africae, [tribunus plebis *vel* aedilis, praetor] *t. 1.* [Donatus donis militaribus b]ello Parthico Mesopotamico *t. 1 (priore expeditione Mesopotamica Severi, circa a. 195).* Legatus provinciae Thraciae *t. 1. 2. 3;* *nummi,* sub Severo *t. 3,* *nummi,* Severo Augusto et Caracalla Caesare (a. 196–198) *t. 2;* legatus Augustorum duorum *(ita dici potuit Caracalla etiamtum Caesare) t. 1.* Consul designatus, cum esset legatus Thraciae *t. 3. 4.* Consul *t. 1.* Legatus Augustorum duorum provinciae Germaniae superioris *t. 1 (inter Germaniae et Thraciae legationes mentio muneris alicuius periit in t. 1).* — Uxor: [M]arciana *(supra A 836)* clarissima femina *t. 1.*

592 Statilius Capella, eques Romanus Sabratensis ex Africa: eius delicata aliquando fuerat Flavia Domitilla, uxor Vespasiani *Suet. Vesp. 3.*

593 [STAT]ILIVS CASSIVS TAVRINVS, frater Arvalis, magister factus a. 155 *act. Arv. (VI 2086 v. 39) (genti Statiliae eum adscripsit Henzen propter cognomen Taurini).*

— Valerius Statilius Castus.

594 STATILIVS CORFVLENVS, senator, Clodio Albino eiusque fratri honores decrevit *vit. Clod. Alb. 12, 11.*

595 TAVRVS STATILIVS CORVINVS (= T. STATILIVS TAVRVS CORVINVS?) cos. a. 45. Taurus Statilius Corvinus *act. Arv. (plene nomina extant VI 2027 et saepius in actis anni 38;* Statilius [Corvinus] *fragmentum actorum eph. ep. 8 p. 326, 8), item paene plene III S. 6983;* Statilius Corvinus *Suet. Cl. 13. In consulatu:* Taurus Statilius Corvinus *Notizie 1887 p. 210,* Taurus Statilius *X 825,* Στατίλιος Κορουῖνος *Dio 60, 45,* [T.] Cor. *tessera gladiatoria XIV 4126,* Corvinus *X V 4612*



Digitized by Google

*(nam hic videtur significari, cf. Dressel ad t.), chronogr. a. 364,* Corbinus *fasti Hydat.,* Cornelius *alii quidam fastorum laterculi;* Τίτος Στατίλιος Ταῦρος ὁ Κουρβῖνος ἐπικληθείς *Phleg. mir. fr. 35 Müll. (III p. 619).*

Messallae oratoris nepos *Suet. Cl. 13; filius videtur T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, natus ex M. Valerii Messallae Corvini oratoris, consulis a. u. c. 723, filia, frater minor T. Statilii Tauri consulis a. 44, cf. stemma propositum infra (p. 264) sub T. Statilio Tauro.* — Frater Arvalis *act. Arv.,* adest in collegio a. 35 *VI 2025,* magister anno inc. sub Tiberio *VI 2027,* promagister a. 38 *VI 2028,* adest in collegio a. 39 *eph. ep. 8 p. 322,* a. 40 *ib. p. 324,* item sub Claudio annis incertis *VI 2032. 2033. 2035 (= eph. ep. 8 p. 326, 8).* Quindecimvir sacris faciundis *(si quidem libertus eius fuit calator quindecimvirum) VI 3878 = 6244.* Consul ord. a. 45 cum M. Vinicio iterum *fasti,* deinde cum Ti. Plautio Silvano Aeliano *X 825; XIV 4126* (ab eo consule praefectus fabrum factus C. Iulius Aquila *III S. 6983).* Conspiravit in Claudium una cum Asinio Gallo *Suet. Cl. 13 (a. 46 ut videtur, cf. Dio 60, 27). Huius sine dubio Corvini libertus T. Statilius appellatus, VI 3878 = 6244, liberta Statilia VI 6559, servi VI 6273. 6417. 6473. 6595 (tituli reperti in monumento urbano Statiliorum, vel prope id); item huius ut videtur* Cor(vini) vest(iarius) T. Statilius T. l. Hilarus *VI 6373; praeterea huius fortasse (non T. Statilii Tauri cos. a. 44)* Tauri Statilii servus *VI 6604.*

596 Statilius [C]ritonianus (Στατείλιος Χριτωνιανός *traditur in t. Perinthio,* Στα .... Τριτωνιανός *in t. Laodicensi),* procurator (ὁ κράτιστος ἐπίτροπος) Augusti (in Thracia) *t. Perinthius, quem servavit Cyriacus cod. Vat. 5250 f. 6. 7, ed. Dumont inscr. de la Thrace p. 37 n. 72ᵇ.* Uxor eius Larcia *t. Laodicensis bull. de corr. hell. 11, 1887 p. 352.*

596ᵃ Statilius Flaccus (Στατύλλιος Φλάκκος): eius epigrammata Graeca *anth. Pal. 5, 5. 6, 196. 7, 290. 9, 45 cet.*

597 Statilius Homullus, T. Statilii Optati *(infra n. 606)* filius maior *t. suburbanus (v. sub patre).*

598 T. STATILIVS IVLIVS SEVERVS, legatus pro pr. Moesiae inferioris anno 159 *III S. 12513 (miliarius ad oram Ponti Euxini rep.). Cf. supra sub L. Iulio Statilio Severo (I 382).*

599 Statilius Maximus, idiologus Aegypti: eius meminit Aegyptius quidam, cum sepulcra regia Thebarum visitaret; aequalis Philopappi regis *(supra I 99),* cuius simul Aegyptius ille meminit (vixit igitur circa tempora Traiani) *CIG. 4815ᶜ et melius ap. Wescher comptes rendus de l'acad. des inscr. n. s. 7, 1871 p. 291. Cf. infra n. 603.*

600 Statilius Maximus, epistrategus (septem nomorum) sub Antonino Pio, non ante annum 149 *papyrus Berol., Urk. aus den kgl. Mus. n. 340.*

601 Statilius Maximus *(sic Charisius p. 194, 11. 196, 4. 209, 4. 217, 3. 218, 6. 240, 1, alibi* Maximus), scripsit de singularibus apud Ciceronem *Charisius lib. II p. 194, 11. 218, 6 cf. 196, 4. 209, 4. 212, 6.*

*213, 13. 214, 17. 217, 3. 8. 219, 24. 25 ed. Keil*, item simile ut videtur opus de Catone *ib. p. 202, 11. 215, 22. 217, 14. 220, 16. 240, 1.* Emendavit orationem Ciceronis contra legem agrariam *codices quidam Ciceroniani (cf. supra sub Laccaniano).*

602 T. STATILIVS MAXIMVS consul ord. a. 144. *T. Pannonicus III S. 10336 = Eph. ep. 4, 425 (1); memoratur in t. urbano VI 1008 (2).* Statilius M .... *t. 2*, ..... Maximus *t. 1; in consulatu* T. Statil[ius M]aximus *XIV 490, praeterea* Maximus. — *T. Statilium Maximum Severum Hadrianum (infra n. 604), qui memoratur in tegulis urbanis certe ab anno 124 ad a. 138, eundem iudicavit de Rossi, diversum putat Mommsen (ad t. 1), propterea quod in t. 1 post Maximi cognomen nullum aliud sequitur.*

Quattuor[vir viarum curandarum], tribunus legionis quartae Scythicae, donis militaribus a divo Traiano donatus, quaestor urbanus, ab actis senatus, tribunus plebis, praetor, curator viae Aureliae, legatus legionis primae Adiutricis *t. 1.* Iuridicus pro pr. utriusque Pannoniae *(anno 136 vel 137, sub L. Aelio Caesare, utramque Pannoniam proconsulari imperio regente, ut vidit Hirschfeld) t. 1.* Consul *t. 1*, ord. a. 144 cum L Lolliano Avito *fasti.* Sodalis Augustalis *t. 1.* Curator aedium sacrarum *t. 1* = curator operum publicorum *t. 2*, a. 146, cum eodem Lolliano Avito *t. 2.*

603 T. Statilius Maximus Se[ve]r(us), Memnonem audiit d. 18 Febr. 136 *III 46. Idem ut videtur* Maximus Statilius *(Statilii nomen non omnino certum), et paullo post* Maximus 'vates', qui eum Memnonem audisset, statuae eius versus inscripsit *III 47 (= Buecheler carm. epigr. n. 227); nec diversus fortasse, ut coniecit Buecheler mus. Rhen. 38, 1883, p. 132,* Maximus, qui cum pyramidas vidisset, uni earum carmen inscripsit quod servavit *schol. ad Clementis Alex. protrept. 4, 49 (prolatum a Buechelero l. c.; Preger inscr. Graecae metricae ex script. coll. n. 222). Fortasse idem* Statilius Maximus idiologus Aegypti *(supra n. 599); nec diversus fortasse (sed res plane incerta)* Statilius Maximus grammaticus *(supra n. 601). — Vix ad hos pertinet* Statilius Maximus *III S. 6689 (Beryti).*

604 T. Statilius Maximus Severus Hadrianus. *Quinque nomina, sic:* T. Stat. Max. Severus Hadr. *(in tegula anni 125) XV 1452,* T. S. M. S. Hadr. *(anno 126) XV 39,* T. Statil. Max. Sev. Hadr. *(anno incerto) XV 41; brevius* Statilius Severus *vel* Stat. Sev. *(in tegulis anni 123) XV 286. 1451,* Statil. Sever. [H]adrian. *vel* Stat. Severus Hadrian[us] *(anno 124) XV 38. 287,* Stat. Muxim. Severus *(anno 127) XV 40,* T. S. M. Severus *(in tegulis anni 124 vel etiam posterioribus) XV 1453–1455,* T. Statilius Maximus Severus *(in tegula anni incerti) XV 292,* Statil. Max. *(in tegula anni 134) XV 288,* T. S. M. *(in tegula eiusdem anni) XV 289,* Stati. Max. *(in tegula anni 138) XV 1456, praeterea* T. Stat. Maxim. *(XV 290. 1457) vel* Statilius Maximus *vel* Statil. Max. *vel*

Digitized by Google

*similiter in tegulis annorum incertorum*, T. Satil. *(sic)*, Maximus *XV 299; nude* Hadrianus *in tegulis annorum incertorum XV 291. 295. 296*, [H]adrianus Severus *XV 294. Non unum eundemque sed complures homines significari non est probabile. Incertum qua parentela coniunctus cum Statiliis Maximis qui praecedunt.*

Dominus figlinarum urbanarum, Brutianarum certe ab a. 124 ad a. 127, Macedonianarum certe ab a. 123 ad a. 134, aliarum *tegulae urbanae XV 38–41. 286–300. 1451–1459*, etiam anno 138 *XV 1456 cf. Dressel ib. p. 17. 87.*

605 Statilius Optatus, eius qui sequitur filius minor *t. suburbanus (v. sub patre).*

606 T. Statilius Optatus, praefectus cohortis primae Lucensium, tribunus legionis VI Ferratae, tribunus legionis VI Victricis, praefectus alae Afrorum; procurator Aug. ad census Brit[t.] (= Brittanniae), procurator Aug. ad cens[us] Gallorum, procurator Aug. ferrariarum, procurator Aug. ad patrimonium, procurator Aug. hereditatium, flamen C[erialis] *vel* C[armentalis]; p[raef. et] proc. Aug. A[lpium] *(supplevi) t. suburbanus, rep. loco dicto Roma Vecchia, quem ed. Tomassetti b ill. comunale 1893 p. 84, qui litteras esse ait aetatis Claudii.*

607 STATILIVS SECVNDVS legatus *(provinciae, ut videtur)*, cui Hadrianus rescripsit *Callistratus libro quinto de cognitionibus (Dig. 48, 3, 12).*

608 STATILIVS SEV .... frater Arvalis (a. 221 ut videtur) *fragmentum actorum ad a. 221 relatum ab Henzen, VI 2106 a 3.*

— L. IV[L]IVS STATILIVS SEVERVS.

609 STATILIVS SEVERVS: ei Traianus rescripsit, consultus ab eo de testamento militis cuiusdam *Florentinus lib. X inst. (Dig. 29, 1, 24). Praeses provinciae ut videtur. — Incertum qua parentela coniunctus cum Statiliis Maximis Severis supra n. 603. 604. Fortasse (ut coniecit Borghesius opp. 3, 280) pater, vel potius avus eius qui sequitur.*

610 T. STATILIVS SEVERVS (*sic VI 1978, praeterea* Severus), consul ordinarius a. 171 cum L. Alfidio Herenniano *fasti.*

611 Ti. Statilius Severus: eius praefectus *(cf. Momms. Staatsr. II*[3] *p. 828 not. 5)* Capuae vel Calibus *X 3910. Homo nobilis sine dubio.*

612 T. STATILIVS SILIANVS *(tria nomina VI 2086, 3. 10. 29. 2105, 4)*, frater Arvalis, proflamen a. 213, flamen factus in annum insequentem, adest in collegio etiam a. 218. 220. 221 *acta Arv. (VI 2086. 2104–2106).*

613 SISENNA STATILIVS TAVRVS (= T. STATILIVS SISENNA TAVRVS?) cos. a. 16. *In consulatu* Sisenna Statilius Taurus *fasti Antiates (CIL. I ed. 2 p. 72), Tac. a. 2, 1 (ubi tamen Tauri nomen delevit Nipperdey)*, Sisenna Statilius *fasti Lunenses (CIL. l. c. p. 73), Cassiod.*, Sisenna Statili(us) *VI 10051*, Sisen[na Stati]lius *XV 4610*, Sisenna Taurus *VI 10237*, Στατίλιος Ταῦρος *Dio 57, 15*, Statilius et Taurus *(tamquam duo essent, nomine alterius consulis omisso) coll. leg. Mos. et Rom. 8, 7, 1.* Taurus *VI 7479, chronogr., fasti Hydat.*; T. Στατίλιος

Digitized by Google

Σισέννας Ταῦρος *solus Dionis ind. l. 57.* — *In titulis libertorum et servorum* Sisenna [St]atilius Taurus *(sed fortasse inter Sisennae et Statilii vocabula plura perierunt) V 332,* Sisenn[a Statilius] Taurus *XI 669,* Sisenna Statilius *VI 6358*, Sisenna Taurus *V 409. 878,* Sisenna *VI 6217. 6312. 6328. 6543 (nisi in t. 6217 intellegitur L. Sisenna aliquis, scilicet L. Cornelius Sisenna). Praeterea* Σεισέννα(ς) [Στατίλιος] Ταῦρος *t. Thespiensis Inscr. Graec. sept. I 1854,* Statilius Sisenna *Vell. 2, 14.*

*Titi praenomen ei tribuit solus ind. Dionis (liberti Titi praenomine utebantur V 409. VI 6543).* T. f. *Dionis ind. l. 57. Nepos videtur T. Statilii Tauri consulis a. 717. 728, filius fortasse Tauri triumviri monetalis a. 742, frater minor T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, natum autem esse ex Cornelia aliqua Sisennae filia, fortasse filia eius qui memoratur Dio 54, 27, ostendit praenomen (Borghesi opp. 2, 325). Cf. stemma propositum infra p. 264.* — Consul ord. a. p. Chr. 16 cum L. Scribonio Libone *fasti.* Pontifex *V 332. 878.* Domum habet in Palatio quondam Ciceronis *Vell. 2, 14. Memoratur in titulis libertorum servorumque repertis Romae in monumento in quo Statiliorum Taurorum liberti et servi mortui condi solebant ab Augusti temporibus usque ad Claudium VI 6217. 6312. 6328. 6358. 6543 (nisi in horum uno alterove intelligendus est filius is qui sequitur), praeterea in Histricis V 332. 409, Aquileiensi V 878.* — Uxor: Cornelia *t. Thespiensis Inscr. Graec. sept. I 1854 (vel fortasse filia, si statuere licet,* θυγατέρα *omissum esse more Graeco, cf. infra n. 623* Statilia Cornelia).

614 SISENNA (STATILIVS TAVRVS), *filius ut videtur eius qui praecedit (cf. Mommsen CIL. VI p. 995, 6): huius scilicet* Sisennae f(ilii) conlacteus (servulus defunctus annorum quattuor) *VI 6324, item huius ut videtur* Sisennae strator paternus *VI 6352. Praeterea hic, iudice Mommseno,* Sisenna [aug]ur, cuius liberta *VI 6570 (nam consul anni p. Chr. 16 fuit pontifex). Videtur defunctus esse adulescens, sacerdotio ornatus ad honores non pervenisse.*

615 T. STATILIVS TAVRVS cos. a. 717. 728. *Tituli: Vulceianus Lucaniae X 409 (1); Ilicitanus Hispaniae II 3556 (2).*

T. f. *t. 1; fasti triumph. Cap.* Homo novus *Vell. 2, 127 (notandum, avum non memorari in fastis Capitolinis)*; nihilominus eo adiutore usus est Augustus, proxime a M. Agrippa *ib.* Consul suff. a. 717 *fasti Biondiani (CIL. I ed. 2 p. 65),* cum M. Agrippa *IV 2437.* (A. 718) dux Caesaris bello Siciliensi contra Sex. Pompeium *Appian. b. c. 5, 97–99. 103. 105. 109. 118; Oros. 6, 18, 21. 32;* per eum, deiecto Lepido, Africam Caesar recepit *Dio 49, 14 (fortasse tunc primum appellatus imperator, cf. infra).* Circa haec puto tempora 'moenia Karthagini imposuit' *Tertullian. de pallio 1* (*ubi* tastil- *traditur pro* statil-). Proconsul triumphavit ex Africa d. 30 Iun. 720 *acta triumph. Cap. et. Barb.* (triumphalis *Suet. Ner. 35*). Eodem anno bellum gessit cum Dalmatis *Appian. Ill. 27, Dio 49, 38 (fortasse*

*tunc appellatus imperator iterum, cf. infra).* A. 723 apud Actium copiis pedestribus Caesaris praeest *Vell. 2, 85, Plut. Ant. 65, Dio 50, 13 (Zonar. 10, 29).* A. 724 amphitheatrum in campo Martio extruxit et dedicavit *Dio 51, 23; Suet. Aug. 29; cf. Tac. a. 3, 72;* propterea ei tributum a populo ut quotannis unum e praetoribus facere ei liceret *Dio l. c.* (Memoratur amphitheatrum Tauri *Suet. Cal. 18, Dio 59, 10,* significatur *Strab. 5 p. 236; cf. VI 6226–6228.*) A. 725 Cantabros et Vaccaeos et Astures vicit *Dio 51, 20.* Imperator ter *t. 1. 2.* Consul iterum *t. 1. 2,* ordinarius a. 728 cum Augusto octavum *fasti* (bis consul *Suet. Ner. 35*). Augur *t. 1.* Curio maximus *t. 1 (complura sacerdotia eius significat Velleius 2, 127).* A. 738 cum Augustus in Galliam proficisceretur, curam urbis et Italiae Tauro commisit *Dio 54, 19,* 'potestatem (praefecturae urbanae), quamquam provecta aetate, egregie toleravit' *Tac. a. 6, 11; cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1060 not. 1. Fortasse hic* Statilius Taurus, ad quem rescriptum Caesaris citatur *Dig. 8, 3, 35. — Huius ut videtur* T. Statilii Tauri praefectus quinquennalis Dyrrhachii *III 605 (videtur igitur Dyrrhachii honore duoviratus usus esse; cf. Momms. Staatsr. II³ p. 828 not. 5). — Incertum utrum huic an consuli a. p. Chr. 11 an denique consuli a. 44 positus titulus Megarensis Inscr. Graec. sept. I 86. — Pater videtur Tauri eius qui sequitur, avus T. Statilii Tauri consulis a. 11 (si consulis a. 11, ut puto, libertus fuit* T. Statilius Dasius Tauri l. ad vestem avi *VI 6372, hic fuit avus ille).* Abavus Statiliae Messallinae *Suet. Ner. 35. Stemma videtur fuisse hoc:*

T. Statilius Taurus (*n. 615*)
cos. a. 717. 728

M. Valerius Messalla Corvinus — T. (Statilius) Taurus (*n. 616*) ⌣ Cornelia (*n. 623*)

(Valeria Messallina) ⌣ T. Statilius Taurus (*n. 617*) cos. a. p. Chr. 11 — Sisenna Statilius Taurus (*n. 613*) cos. a. p. Chr. 16

T. Statilius Taurus (*n. 618*) cos. a. 44 — Taurus Statilius Corvinus (*n. 595*) cos. a. 45 — Sisenna (Statilius Taurus) (*n. 614*) — Statilia Cornelia (*n. 623*)

Statilia Messallina (*n. 625*)

616 T. (STATILIVS) TAVRVS *(*Taurus *nummi; de Titi praenomine constat, si vere fuit pater eius qui sequitur et Sisennae Statilii Tauri, supra n. 613; nam his Titum patrem adtribuit index Dionis),* triumvir aere argento auro flando feriundo, una cum Pulchro et Regulo circa a. 742 *nummi aenei ap. Eckhel 5, 316, Babelon monnaies de la rép. romaine II p. 469. Videtur fuisse filius eius qui praecedit (sic Borghesi opp. 2, 325, quem sequitur Mommsen CIL. VI p. 492; aliter Borghesi l. c. 5, 127), pater T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11 et Sisennae Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 15, gener autem L. Cornelii Sisennae. Ad summos honores non videtur pervenisse.*

617 T. STATILIVS TAVRVS cos. a. p. Chr. 11 *(tria nomina in fastis Antiatibus, CIL. I ed. 2 p. 72, IX 1456, XII 4333, XIV 2302, Dio ind. l. 56;* Στατίλιος Ταῦρος *Dio 56, 25,* T. Statilius *Cassiod.,* T. Stat. *tessera gladiatoria I 759,* Taurus *Dig. 29, 5, 13, chronogr. anni 354, fasti Hydat).* T. f. *Dio ind. l. 56. Nepos sine dubio T. Statilii Tauri consulis a. 717. 728, frater ut videtur Sisennae Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 16 (et ipse fortasse natus Cornelia), filius fortasse Tauri triumviri monetalis, eius qui praecedit.* Consul ord. a. p. Chr. 11 cum M.' Aemilio Lepido, ex kal. Iul. cum L. Cassio Longino *fasti. Pater videtur fuisse T. Statilii Tauri consulis a. 44 et Tauri Statilii Corvini consulis a. 45, gener M. Valerii Messallae Corvini. Cf. stemma propositum supra sub n 615. Aut huius aut filii* soror *(uterina sine dubio)* Vedusia *VI 6214 (cf. infra sub Vedusia). Fortasse huic positus t. Megarensis Inscr. Graec. sept. I 86. Hic videtur* T. Statilius Taurus pater, cuius liberti et servi *VI 6213,* Taurus pater, cuius servus *VI 6256 (pater dictus ut distingueretur a filio consule a. 44, cuius liberti et servi plurimi in eodem monumento sepulti sunt; quamquam potest etiam cogitari de consule anni 44, pater dictus, ut distingueretur a filio praeterea ignoto). De aliis Taurorum libertis et servis qui vel eius fuisse possunt vel filii, cf. sub filio. — Sed huius sine dubio liberti* T. Statilius Tauri l. Festus aliique duo *in t. Thebis dedicato a. p. Chr. 14, III S. 7301.*

618 T. STATILIVS TAVRVS cos. a. 44. *In consulatu* T. Statilius Taurus *VI 10399; X 6638ᶜ; t. Gallicus ap. Henzen 5214.* Τίτος Στατίλιος *Dio 60, 23,* Taurus *chronogr. anni 354 reliquique fastorum laterculi. —* Statilius Taurus *Tac. a. 12, 59. 14, 46. — Frater videtur Tauri Statilii Corvini consulis a. 45, filius T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, ipse quoque, ut frater, nepos M. Valerii Messallae Corvini.*

Consul ord. a. 44 cum C. Passieno Crispo iterum, deinde cum P. Pomponio Secundo *fasti.* Proconsul Africae (a. 52/3 vel paullo ante) *Tac. a. 12, 59.* A. 53 instigante Agrippina, quae hortis eius inhiabat, accusatus a Tarquitio Prisco qui legatus eius fuerat, repetundarum et artium magicarum, ante sententiam sponte mortem sumpsit *Tac. l. c. cf. 14, 46. Aut huius aut patris consulis a. 11, vel potius partim huius partim patris,* T. Statilii Tauri servi *VI 6243. 6603,* T. Statilii servus *VI 6493,* Tauri servi *VI 6221. 6303. 6307. 6308. 6342. 6378. 6390. 6402. 6437. 9922, Bull. comun. 1880 p. 53 n. 269; ab hoc aut a patre manumissi* T. Statilii, Tauri liberti *V 457. VI 6214. 6301. 6372 (libertus ad vestem avi). 6528. 6550. 6632. 6645. 9287. 9412–9415. 26758. 26760,* Statiliae Tauri libertae *V 457. VI 6558. 26784,* T. Statili liberta *VI 6466,* Tauri liberti *VI 6288. 6467; sed possunt inesse in his etiam Tauri Statilii Corvini liberti servique (certe huius esse videtur* Tauri Statilii servus *VI 6604). — Aut hic aut filius eius praeterea ignotus* Taurus adulescens *(sic VI 6257) vel* Taurus

filius, cuius servi *VI 6229. 6257. 6382. Filia huius ut puto Statilia Messallina (cf. infra sub hac).*

619 T. STATILIVS TAVRVS T. f., inter patronos ordinis senatorii collegii cuiusdam Ostiensis *XIV 246*, anno 140 vel paullo post *(cf. quae adnotata sunt ad XIV 246 p. 44. 482) ib. Descendere ab eis qui praecedunt putat Mommsen CIL. VI p. 995, 3. — Vix ad hos nobiles Statilios Tauros pertinent* Titus Statilius Taurus praefectus fabrum, praefectus cohortium primae Augustae Ituraeorum et sextae Thracum, tribunus legionis XXII Primigeniae piae fidelis *Brambach 1099 (Mogontiaci);* Statilius Taurus centurio legionis II Traianae fortis, curator cohortis primae Flaviae Cilicum, sub Antonino Pio *III 6025 (Syene).*

620 Statilia (Sattilia *Plinii,* Sattia *vel similiter Senecae codices*), ex nobili domo femina, Claudio principe *Plin.*, vixit annos nonaginta novem *Seneca ep. 77, 20, Plin. h. n. 7, 158;* actatem monumento suo inscribi iussit *Plin. l. c. Sororem fuisse vel filiam T. Statilii Tauri consulis a. 717. 728 coniecit Fabia revue de phil. 1895 p. 220.*

621 Statilia maior: eius ancilla *VI 6325 (in monumento Statiliorum).*

622 Statilia minor *(fortasse soror eius quae praecedit):* eius pedisequa *VI 9775*, alia ancilla, filii *(eius?)* nutrix *(cf.* Felix Statiliae f. *VI 6454) VI 6323 (in monumento Statiliorum). Aut huius aut eius quae praecedit aut tertiae alicuius praeterea ignotae* Statiliae dispensator *VI 6272*, Statiliae pedisequa *VI 6336*, Statiliae sarcinatrix *VI 6351*, Statiliae paedagogus (*nomine* T. Statilius Zabda) *VI 6330*, Statiliaes paedagoga (*nomine* [St]atilia T. l. Tyran(n)is) *VI 6331.*

623 (STATILIA) CORNELIA: *huius ut videtur* Corneliaes servi *VI 6322. 6371*, Corneliaes liberta *VI 6424*, Statilius Phileros Corneliaes cubicularius *VI 6264 (tituli rep. in monumento Statiliorum). — Eadem fortasse* Κορνηλία Σεισέννα [Στατιλίου] Ταύρου *(scilicet* θυγάτηρ, *quod omissum esse potest)* statua honorata Thespiis *Inscr. Graec. sept. I 1854 (ut filia fuerit Sisennae Statilii Tauri consulis a. 16; pro sorore eius, nondum cognito t. Thespiensi, habuit Momms. CIL. VI p. 995, 7); nisi forte in t. Thespiensi uxoris vocabulum supplendum est more Latino, ut Cornelia uxor fuerit Sisennae Tauri, cf. supra n. 613 fin.*

624 Statilia Maxima: eius horti memorantur anno 136 *VI 10242. Videtur fuisse femina nobilis.*

625 STATILIA MESSALLINA uxor Neronis tertia, Tauri bis consulis ac triumphalis *(T. Statilii Tauri consulis a. 717. 728)* abneptis *Suet. Ner. 35. Filiam fuisse Tauri Statilii Corvini (n. 595) consulis a. 45 posuit Borghesius opp. 5, 529. 8, 137, propterea puto quod hic dicitur Messallae oratoris nepos (Suet. Cl. 13), et inde in filia cognomen Messallinae explicatur; sed etiam frater Corvini, T. Statilius Taurus (n. 618) consul a. 44 Messallae oratoris nepos fuisse putandus est; fuit autem omnino non Corvini filia, sed Tauri, si vere haec* Statilia

Tauri f. Messalina *VI 9842*, Messallina Tauri f. *VI 6327*, Messalin[a] Tauri [f.] *VI 9191 (tituli servorum)*, Messalina Tauri f. *fistula plumbea Bull. comun. 1883 p. 230 n. 650 (nam consulis a. 45 filia sine dubio appellata esset Corvini filia; ad sororem aliquam consulum a. 44 et 45 praeterea ignotam titulos VI 9842 et falsum VI 3295* = Grut. 995, 6 rettulit Borghesius 8, 137).*

Post tria matrimonia diverso exitu soluta *schol. Iuv. (cf. infra)*, nupsit Attico Vestino *(supra I 410) Tac. a. 15, 68 cf. Suet. Ner. 35.* Inter adulteros eius Nero *Tac. l. c.*, qui, ut ea potiretur, a. 65 maritum eius in ipso consulatu trucidavit *Suet. l. c., cf. supra sub Attico Vestino.* Deinde nupsit Neroni ('post quattuor matrimonia diverso exitu soluta' *schol. ad Iuv. 6, 434) Suet. l. c.; schol. Iuv. (non ipso anno 65, quoniam Tacitus in libris superstitibus de eo matrimonio tacet, cf. Henzen act. Arv. p. LXXX not.; sed antequam proconsulatu Asiae abiret M.' Acilius Aviola, qui proconsul Asiae fuerat viva etiamtum Poppaea, id est a. 65, reperitur enim Aviolae proconsulis nomen in nummis Ephesiis tam Poppaeae quam Messallinae; videtur igitur matrimonium celebratum esse priore semenstri anni 66; cf. Henzen act. Arv. p. 172).* Messallina Neronis *in titulis servorum et libertorum VI 6596. 6619 (cf. 6620, ubi Neronis nomen non additur). 6625. 26915. Memoratur Messallina in fragmento actorum fratrum Arvalium quod videtur adtribuendum esse anno 66 (VI 2044ᶜ v. 8:* [Iunoni] Messallinae vacc.) — Νέρων, Μεσσαλῖν[α] *nummus Ephesiorum ap. Eckhel 6, 288, sed quem vidit solus Sestinius;* Στατ. Μεσσαλ.... *nummus Thyatirenorum ap. Cohen I ed. 2 p. 316,* Μεσσαλῖνα *nummus Ephesiorum quem ex prioribus repetiverunt Eckhel 6, 287, Borghesi 2, 135, Waddington fastes n. 93, 5 (in quo hanc significari certum est ex mentione Aviolae proconsulis),* Μεσσαλῖνα Σεβ. *nummus Ephesiorum, quem vidit Waddington fastes n. 93, 4.* — Θεὰ Σεβαστή *videtur dicta esse in t. Boeotio inciso sub finem anni 67 Inscr. Graec. sept. I 2713 v. 52, si vere ibi est, ut videtur esse, excisum nomen Messallinae, cf. Holleaux bull. de corr. hell. 12, 1888 p. 515 et Dittenberger Inscr. Gr. l. c.* — A. 69 Otho eam matrimonio suo destinavit; idem moriens ei reliquias suas commendavit *Suet. Oth. 10.* Etiam postea 'opibus et forma et ingenio plurimum viguit' *schol. Iuv. 6, 434.* 'Consectata est usum eloquentiae usque ad studium declamandi' *ib. (ubi narratur eam significari a Iuvenale 6, 434 seq.)* — Latinus mimus, conscius adulterii Messalinae, uxoris Neronis *schol. Iuv. 1, 35 (ubi et alia turbata sunt et haec Messalina confunditur cum Valeria Messallina Claudii, cf. sub Latino).*

626 Statilia Messalina, Catulli filia, vixit mensibus duobus et diebus X *VI 26789. Filiam fuisse coniecit Borghesius opp. 5, 528. 8, 138 non Statilii alicuius Catulli, Statilios enim Catullos plane ignotos esse, sed Valerii Catulli, quem Gaio imperatori aequalem fere fuisse docet Suet.*

*Cal. 36, et Statiliae Messallinae, quam, apud scriptores non memoratam, Borghesius statuit fuisse sororem Tauri Statilii Corvini consulis a. 45, filiam T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, natam Valeria Messallina, M. Messallae filia; filium praeterea Valerii Catulli et Statiliae huius Messallinae fuisse L. Valerium Catullum Messallinum consulem a. p. Chr. 73. Res plane incerta. Reperitur Statilius aliquis Catullus VI 6467 sed libertinus, Tauri libertus, qui tamen, potens in domo patronorum (cf. VI 6315), filiae parvulae nobile cognomen Messallinae imponere potuit.*

626[a] Statilia Neratia, sanctissimae memoriae [femina] *t. urbanus, ap. Stevenson ann. inst. arch. 1877 p. 360. Virginem Vestalem fuisse coniecit de Rossi ap. Stevenson l. c. not. 2, referens ad eam quae Graece leguntur in parte aversa tabulae (Inscr. Sicil. Ital. n. 1086), sed dubito num recte.*

626[b] Statilia Paterna, T. f., uxor T. Iulii Pisonis viri egregii *t. urbanus Eph. ep. 4, 840.*

— ...IA ASINIA [CLA]VDIA *cet.* STATILIA PAVLLINA IVLIANA *cet.*

— Titia Statilia Valeria Agrippiana Fadilla.

— Annaeus Statius.

— CAESERNIVS STATIVS .....

— P. Papinius Statius.

627 C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS] *(sic acta anni 117,* praetextati *vocabulum noli ad nomen pueri referre;* Statiu[s] Capito *acta anni 118),* ex pueris senatorum filiis qui Arvalibus ministrabant a. 117. 118 *act. Arv. (VI 2076, 15. 2078 I 53). — Fortasse idem, vel pater eius,* C. Statius Capito, dominus figlinarum *XIV 4089, 9. 11 = XV 2197. 2200.*

628 C. STATIVS CERIALIS ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministrabant anno 120 *acta Arv. (VI 2080, 32).*

629 Statius Domitius, a. 65, coniuratione in Neronem detecta, tribunatu exutus *Tac. a. 15, 71.*

— Q. GAVIVS STAT[IV]S HELVIVS POLLIO.

630 P. STA[TIVS] IVLIANVS ... P(A)ELIGNIANVS vir clarissimus *t. Brixianus V 4358.*

631 STATIVS LONGINVS legatus pro pr. Moesiae inferioris sub Macrino *nummi Nicopolitanorum ad Istrum cum capitibus Macrini vel Diadumeni (Mionnet suppl. II p. 152, 562 seq., p. 162, 613 seq., mus. Berol. Beschr. d. Münzen I p. 81 n. 49 seq., p. 93 n. 57 seq., alibi), inscripti* ὑπ. Στ. *vel* Στα. *vel* Σταπ. *vel* Στατίου *(sic plene Mionnet n. 613. 616. 617. 621. 623. 627; Brit. Mus. catal. p. 49, 55)* Λογγίνου (ὑπ. Λ. Στα. Λογγίνου *ap. Mionnet p. 154, 573. 156, 583 vide ne male lectum sit pro* ὑπα. Στα. Λογγίνου; *omnino male lectum* ὑπ. Αὐρ. Λογγίνου *ap. Mionnet p. 152, 564. 154, 572). Fortasse idem qui sequitur.*

632 M. STATIVS LONGINVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 8.*

Digitized by Google

633 M. STATIVS LONGINVS IVN(IOR) *(filius puto eius qui praecedit)* clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 31.*
— Ti. Claudius Secundinus L. Statius Macedo.
634 Statius Murcus *(sic Tac., cognomen solum habet Plut.; fortasse* Staius Murcus, *cuius nominis virum novimus aetatis Caesarianae, cf. Momms. ad CIL. IX 3080)*, speculator, missus ab Othone Pisonem Licinianum trucidavit *Tac. h. 1, 43; Plut. Galb. 27.*
635 M. STATIVS PATRVINVS clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 30.*
636 P. STATIVS PAVLLVS POSTVMIVS IVNIOR P. f., tribu Fab. *(origine sine dubio Brixianus; parentela ut videtur coniunctus cum Postumia Paulla, uxore M. Iuventii Secundi consulis)*, Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VII Geminae Felicis, sevir equitum Romanorum, quaestor provinciae Africae, tribunus plebis, praetor, legatus pro pr. Ponti et Bithyniae, proconsul provinciae Baeticae *tituli Brixiani vel agri Brixiani V 4129. 4359 cf. 4337. 8882.*
637 M. STATIVS PRISCVS LICINIVS ITALICVS. *Tituli: urbanus ei positus VI 1523 (1); ipse posuit Dacicos III 940 (2). 1299 (3). 1416 (4). III S. 7882 (5). Memoratur in t. Dacico III 1061 (6), Troesmensi III S. 7505 (7), Ostiensi XIV 249 (8), denique in dipl. mil. III p. 882 (9), III S. p. 1989 (10).* — ...us Priscus [L]icinius Italicus *t. 1,* M. Statius (Statilius *traditur t. 5)* Priscus *t. 2–6,* Statius Priscus *t. 8–10, vit. Marci 9, vit. Veri 7,* St[atius Pri]scus *t. 7,* Priscus *Lucian., Suidas. In consulatu* Statius Priscus *IX 5823, praeterea* Priscus.

M. f. *t. 1.* Tribu Claudia *t. 1.* Praefectus cohortis quartae Lingonum, tribunus militum legionum I Adiutricis, X Geminae, III [IIII *traditur*] Gallicae, praefectus equitum alae primae praetoriae civium Romanorum; vexillo donatus a divo Hadriano expeditione Iudaica *t. 1.* Procurator Augusti vicesimae hereditatium provinciarum Narbonensis et Aquitanicae *ib. (usque ad id tempus equestris ordinis).* Quaestor, tribunus plebis, praetor inter cives et peregrinos *t. 1.* Sodalis Titialis Flavialis *ib.* Legatus legionis XIIII Geminae Martiae Victricis *ib.* Legatus legionis XIII Geminae *ib.* Legatus pro pr. imp. Antonini Aug. Pii prov. Daciae *t. 1–5. 9 (item ut legatus provinciae Daciae, non ut legatus legionis XIII Geminae videtur memorari in t. 6),* anno 158 *t. 10.* Consul designatus *t. 6.* Consul *t. 1,* ordinarius a. 159 cum Plautio Quintillo *fasti.* Curator alvoi Tiberis et cloacarum urbis *t. 1.* Legatus Aug[g]. pro pr. provinciae Moesiae superioris *t. 1.* Legatus Aug[g]. pro pr. provinciae Brittanniae *t. 1. (Diversus [licet aliter senserit Borghesius opp. 3 p. 249]* Priscus, qui in Britannia imperator a militibus salutatus recusavit *excerpta de sent., ex Dione sine dubio, Dio ed. Dindorf V p. 208; ad Commodi enim, non ad Pii vel Marci tempora haec narratio pertinet; praeterea Priscus hic dicitur* ὑποστράτηγος, *quo vocabulo legatos legionum appellare solet Dio).* Legatus

Augustorum pro pr. provinciae Cappadociae *t. 1.* Dux Veri bello Parthico *vit. Veri 7, Lucian. quom. hist. conscr. sit 20,* res prospere gerit in Armenia *vit. Marci 9, vit. Veri 7,* Artaxata cepit *vit. Marc. l. c. (anno ut videtur 163, quo Vero Armeniaci nomen delatum est, quae res cum expugnatione Artaxatorum coniungitur vit. Marc. l. c.).* Καινὴν πόλιν Armeniae praesidio firmavit *Suidas s. v.* Μάρτιος *(cf. Momms. R. G. V p. 407 not. 1).* Veteranus aliquis expeditione Orientali sub eo functus *t. 7.* Post eum Martius Verus Sohaemum regem Armeniis imposuit *(anno 164, cf. sub Sohaemo) Suidas l. c.; videtur igitur Martius Verus ei in legatione Cappadociae successisse.* Patronus corporis alicuius Ostiensis *t. 8.*

638 L. STATIVS PROSPER IVLIANVS L. f., tribu Stellat., clarissimus [vir], Xvir stlitibus iudicandis, sevir turmae secundae; patronus coloniae (Praenestinae) *t. Praenestinus XIV 2937.*

639 Statius Proximus *(sic c. 50,* Statius Proxumus *c. 71,* Statius *c. 60),* tribunus cohortis praetoriae, a. 65 in Neronem coniuravit *Tac. a. 15, 50.* Nihilominus Plautium Lateranum, et ipsum e coniuratis, iussu Neronis occidit *ib. c. 60.* 'Veniam, quam ab imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit' *ib. c. 71.*

640 L. STATIVS QVADRATVS. *In consulatu* L. Statius Quadratus *VI 160. XIV 67,* L. St. Quadr. *XV 1065,* Lucius Quadratus *XV 861,* Statius Codratus *III S. 12495, alibi* Quadratus (Κουλδρατος *fasti Graeci Theonis,* Torquatus *Prosper). In proconsulatu* Στάτιος Κωδρᾶτος *CIG. 3410,* Statius Quadratus *versio Latina martyrii S. Polycarpi c. 21,* Στράτιος Κορᾶτος *codices Graeci eiusdem martyrii (cf. Lightfoot the apostolic fathers part. II t. 3 ed. 2 p. 400),* Τάτιος Κοδρᾶτος *chron. Pasch.*

Consul ord. a. 142 cum L. Cuspio Rufino *fasti.* Proconsul Asiae *CIG. 3410,* proconsul Asiae eo tempore quo Polycarpus passus est *epistula Smyrnaeorum de martyrio Polycarpi, ap. Dressel Patrum apostol. opera p. 391 seq., item ap. Lightfoot the apostolic fathers II (S. Ignatius, S. Polycarp) p. 984 seq. ed. 1885 = II t. 3 p. 363 seq. ed. 1889. Proconsul fuit fortasse anno 154/5, ad quem annum ducit id quod in martyrio Polycarpi legitur, Polycarpum passum esse* μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαρτίων *(= 23 Febr., nam sic omnino scribendum, non* Μαΐων*),* σαββάτῳ μεγάλῳ; *dies enim 23 Febr. anno 155 incidit in diem Saturni; cf. Waddington mém. de l'acad. des inscr. 26, 1, 1867 p. 237. Vix fuit proconsul sub divis fratribus, quorum temporibus Polycarpi martyrium adscribunt Eusebius chron. Armen. sub a. 2182 = Hieronymus sub a. 2183, chron. Pasch. aliique, quos secutus Massonus aliique Polycarpum passum esse statuerunt anno 166, qui annus et ipse d. 23 Febr. habuit diem Saturni; nam Statium Quadratum XXIII annis demum postquam consul fuit proconsulem factum esse non est probabile; praeterea etiam alia quae de Polycarpi vita scimus magis annum 155 commendant quam*

*annum 166, cf. Harnack Chronologie der altchristlichen Litteratur p. 342 seq.. — Fortasse idem (id quod pro certo posuit Waddington mém. de l'acad. des inscr. 26, 1, 1867 p. 234, fastes des prov. asiatiques § 144)* Quadratus proconsul Asiae, quem memorat *Aristides or. XXIII. XXVI ed. Dind. I p. 451. 521,* idem rhetor *p. 521 (eundem significari putat Waddington ab Aristide l. c. p. 523, ubi narratur amicum aliquem Aristidis proconsulem Asiae fuisse anno post Severum, cum Severum autem proconsulem fuisse anno 153/4 sibi persuasisset, cf. supra sub Ti. Iulio Severo, etiam hac de causa Quadrati proconsulatum tribuit anno 154/5). — Dubium num idem (quod putat Waddington)* Quadratio (Κοδρατίων) consul idemque rhetor, imitator Favorini, quem memorat *Philostratus vit. soph. 2, 6. — Plane incertum num hic* ... tius Quadratus legatus pro pr. Lusitaniae *II 189. cf. II S. p. 810. — Huc non pertinent* Στάτιος Κοδρᾶτος ὁ κράτιστος νεωκόρος Sarapidis *t. urbanus vel Portuensis Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1030,* Λου. Στάτιος Κοδρᾶτος *(sic 1112,* Στ. Κοδρᾶτος *486),* Atheniensis *CIAtt. III 486. 1112. 1300 (cf. Dittenberger ad t. 486).*

— T. CAESERNIVS STATIVS QVINCTIVS MACEDO QVINCTIANVS.

— T. CAESERNIVS STATIVS QVINTIVS STATIANVS MEMMIVS MACRINVS.

641 Statius Rufinus, in triennium a praefecto urbis relegatus sub divis fratribus *Ulpianus libro tertio de officio consulis (Dig. 50, 12, 8).*

— C. CALPETANVS STATIVS RVFVS.

642 Statius Sabinus *(gentilicium servavit codex Riccardianus in inscriptione epistulae),* a Sabina nescio qua *(supra n. 8)* heres institutus una cum Plinio *Plin. ep. 4, 10 (incertum an idem Sabinus, ad quem Plin. ep. 6, 18. 9, 2. 18; cf. supra n. 27).*

643 Statius Valens, vitam Traiani scripsit *vit. Alex. 48, 6.*

644 L. Statius Ursulus, Tolosensis, rhetor, docuit in Gallia (temporibus Neronis) *Suet. de gramm. et rhet. ind. (Suet. ed. Reifferscheid p. 99), et ex Suetonio Hieronymus chron. sub a. Abr. 2073 (p. Chr. 57).*

645 STAT(IA) AGRIPPINA, Modii Iusti legati coniunx *t. Lambaesitanus VIII 2746.*

646 STATIA QVINTA Q. f., C. Papirii Massonis *(supra P 88)* uxor *VI 1481.*

647 Statorius Victor, Cordubensis, rhetor *Seneca suas. 2, 18.*

648 Statoria Marcella, mater ut videtur Miniciae Marcellae *(supra M 447, cum cuius titulo sepulcrali ipsius t. sepulcralis inventus est),* uxor C. Minicii Fundani *VI 16632.*

— Calpurnius Statura.

— L. VETTIVS STATVRA.

649 L. STEI[VS] ...., tribu Hor.; [tribunus militum?] legionis VIIII Hispanae; ..... [legatus] ad census [accipiendos pro]vinciae *(deinde memoratur divus Traianus);* consul *(pars tantum honorum superest in t. mutilo) t. Calamensis Numidiae VIII 5355.*

650 L. STEIVS AEMILIANVS *(Lucii praenomen perscriptum)*, vir clarissimus, maritus Anniae Alexandriae *t. urbanus semel descriptus VI 1341.*
— Arruntius Stella.
— L. ARRVNTIVS STELLA.
— Q. OCTAVIVS FORTVNATVS ERVCIANVS STELLA STRATONIANVS.
651 Stephanio, histrio, qui primus togatus (*scr.* togatas, *cf. Teuffel Litt. 17, 4*) saltare instituit *Plin. h. n. 7, 159* (togatarius *Suet.*), ab Augusto, quod matrona aliqua in puerilem habitum circumtonsa ei ministrasset, virgis caesus et relegatus *Suet. Aug. 45.* Saltavit ludis saecularibus utrisque Augusti *(a. u. c. 737)* et Claudii *(a. 800 = p. Chr. 47)*; postea quoque diu vixit *Plin. l. c.*
651[a] Stephanus, Caesaris servus: eius supellectilem, cum iter faceret in Iudaea, diripuerunt latrones; quam rem graviter persecutus est (Ventidius) Cumanus procurator *Ioseph. ant. 20, 5, 4, bell. 2, 12, 2.*
652 Stephanus: eius balnea in urbe, prope domum Martialis (in Quirinali) *Martialis 11, 52, 4. 14, 60.*
653 Stephanus, libertus *Dio 67, 15 (Zon. 11, 19)*, Domitillae procurator *Suet. Dom. 17*, cum interceptarum pecuniarum reus esset *Suet.*, coniuratis in Domitianum operam suam obtulit *ib.*, in Domitianum coniuravit *Dio 67, 15*, primusque eum vulneravit *Suet. l. c. (inde Vict. 11), Dio 67, 17. 18 (Zon. 11, 19)*, Domitianum interfecit *Polem. Silv. (ap. Momms. chron. min. I p. 520), Zosim. 1, 6.* Ipse quoque statim interfectus *Dio 67, 17 (Zon. l. c.).*
— L. Aurel[ius] Step[hanus?].
654 Stertinius, philosophus Stoicus *Horat. sat. 2, 3, 33. 296; ep. 1, 12, 20*, qui CXX libros Stoicorum Latine scripsit *Pseudo-Acro ad ep. 1, 12, 20 (om. Porphyr.).*
655 Stertinius, qui scripsit de arte rhetorica *Quintil. inst. 3, 1, 21.*
656 Stertinius (Στερνίτιος *cod. Vat.*), memoratur una cum Lusio Lupo *(supra L 324, ubi cf.)* a *M. Antonin.* εἰς ἑαυτόν *12, 27*; Baiis degebat *ib.*
657 L. Stertinius (*sic a. 1, 60, praeterea* Stertinius) bello, quod Germanicus cum Germanis gessit (a. 15. 16), dux equitum et levis armaturae *Tac. a. 1, 60. 71. 2, 8. 10. 11. 17. 22.* Repperit aquilam legionis undevicesimae cum Varo amissam *ib. 1, 60.* Segimerum in deditionem accipit *ib. 1, 71.* Ampsivarios (Agrivarios *codex*) subicit *ib. 2, 22.*
658 Q. Stertinius, medicus principum, contentus ab eis quingena millia annua accipere, cum sescena ei e quaestu urbis fuissent *Plin. h. n. 29, 7.* Frater eius medicus Claudii *(sine dubio C. Stertinius Xenophon, infra n. 667)*; una cum hoc Neapolim exornavit; reliquit una cum fratre sestertium ter centies *Plin. 29, 8.*
659 L. STERTINIVS AVITVS *(sic XIV 245*, Stertinius *Martialis lib. 9 praef.*, Avitus *idem alibi*, .... ius Avitus *dipl. mil.)*. Clarissimus vir *Martialis ep. 9 praef.* Consul suff. k. Mai. a. 92 cum Ti. Iulio Celso Polemaeano *XIV 245; dipl. mil. III p. 858.* Amicus Martialis *Mart.*

Digitized by Google

*12, 24, 9,* quem hic adloquitur *epigr. 1, 16. 6, 84. 10, 96. 102. 12, 75.* Imaginem Martialis in bibliotheca sua posuit subscripto epigrammate *Martial. lib. 9 praef.* Ipse quoque 'vates sublimi pectore' *ib.*

— M. Aurel(ius) Stertinius Carpus.

660 Stertinius Maximus, in Vallium Syriacum, qui comes eius fuerat (in provincia ut videtur), testimonium dixit *Seneca contr. 2, 1, 36 (p. 171, 20. 232, 3 ed. Kiessling). Fortasse idem qui sequitur.*

661 C. STERTINIVS MAXIMVS (Maxum- *tit.*), M. f., Xvir stlitibus iudicandis, quaestor, tribunus plebis, praetor, praefectus aerari militaris ... *t. Hastensis V 7557. Cf. sub eo qui praecedit.*

662 STERTINIVS QVARTVS (Στερτίνιος Κουαρ ... *t. Stratonicensis, cf. infra;* Sernius Quartus *Dig. 48, 18, 1, 11, ubi nomen Sernii ex Stertinio corruptum esse monuit Hirschfeld*), praeses provinciae alicuius vel certe magistratus sub Traiano *Ulpianus libro octavo de officio proconsulis (Dig. 48, 18, 1, 11). Consul suff. a. inc. sub finem regni Traiani.* Proconsul Asiae mense Mart. 127 (anno igitur 126/7) *Bull. de corr. hell. 11, 1887 p. 111 (epistula Hadriani ad Stratonicenses Lydiae). Fortasse huius* Stertini Quarti servi *XIV 2654 (Tusculi).*

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS = (Q.) CORNELIVS PROCVLVS. *V. supra inter Cornelios (C 1163).*

663 L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS. (L. Stertinius Quin[tilianus] Acilius Strabo C. Curiat[ius Ma]ternus Clodius Nummus *X 1486,* [L. Ster]tinius Quintilianus [Cur]iatius Maternus [Clo]dius Nummus Acilius ... Strabo *III 429*). C. Clodi Nummi, quaestoris provinciae Asiae, filius *t. Ephesius III 429* (C. f. *X 1486*). Tribu Maecia (fortasse origine Neapolitanus) *t. Neapolitanus X 1486.*

— D. FONTEIVS FRONTINIANVS L. STERTINIVS RVFINVS.

664 M. STERTINIVS RVFVS filius *(scilicet eius qui sequitur),* in consilio L. Helvii Agrippae proconsulis Sardiniae a. 69 *X 7852 v. 24. Videtur fuisse senatorii ordinis cum in numero eorum qui in consilio fuerunt praecedat patrem, statim subsequatur legatum pro praetore et quaestorem.*

665 M. Stertinius Rufus, pater eius qui praecedit, et ipse in consilio proconsulis Sardiniae a. 69 *X 7852 v. 25.*

666 C. Stertinius Xenophon. *Tituli Coi, ap. Paton inscriptions of Cos (Oxford 1891) n. 46. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90 (CIG. 6844). 91. 92. 93. 345. Memoratur in titulis propinquorum Coo ap. Paton l. c. n. 94 (ex Rayet Annuaire de la société des études grecques 1875 p. 272) et Calymnio, ap. Dubois bull. de corr. hell. 5, 1881 p. 472; in t. servorum urbano VI 8905. Fistula plumbea urbana, Bull. comunale 14, 1886 p. 104 n. 1163. — Nummus Cous, cf. infra. Cf. Dubois bull. de corr. hellénique 5, 1881 p. 468 seq.; Mommsen Röm. Gesch. V p. 333 not. 3.*



Digitized by Google

C. Stertinius Xenophon *VI 8905*, Γάιος Στερτίνιος Ξενοφῶν *tituli Coi (plene Paton n. 84. 90. 93. 94, paene plene n. 85. 86. 87. 89. 92; cognomen tantum superest n. 46. 345), t. Calymnius*; .. Stertinius Xenophon *fistula plumbea urbana, Bull. comunale 1886 p. 104 n. 1163;* Xenophon *Tac., nummus.* Heracliti filius *tituli Coi, t. Calymnius.* Tribu Cornelia *tituli Coi ap. Paton n. 93. 345, t. Calymnius.* Cous *Tac. a. 12, 61 cf. Paton n. 84 seq.*, vetusta Asclepiadarum familia *Tac.* Medicus Claudii *Tac. a. 12, 61. 67* (medicus Augusti *VI 8905*, ἰατρός Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος *t. Calymnius*, ὁ ἀρχίατρος τῶν θεῶν Σεβαστῶν *Paton n. 345*). *(Incertum an hic* Xenophon Cous, medicus, quem memorat *Diogenes Laert. 2, 6, 16, 59; vix hic* Xenophon medicus, quem laudant *Galenus XIV p. 700 ed. Kühn; Caelius Aurelian. morb. chron. 2, 13).* Sestertia quingena millia annua accepit a Claudio *Plin. h. n. 29, 8 (nam hic sine dubio intellegitur medicus Claudii, frater Q. Stertinii, quamquam ipsius nomen non ponitur).* Tribunus militum; praefectus fabrum; donis militaribus donatus triumpho Britannico corona aurea, hasta pura *Paton n. 345.* Ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποκριμάτων *ib. (cf. Momms. R. G. V p. 333 not. 2, Friedländer Sitteng. I⁶ p. 183 not. 3).* A. 53 precibus eius motus Claudius Cois immunitatem tribuit *Tac. a. 12, 61.* Dicebatur a. 54 Claudio venenum dedisse *ib. c. 67.* — Domum possidebat Romae in monte Caelio *Bull. comunale 14, 1886 p. 104 n. 1163.* Honores ei a civibus tributi *Paton n. 84 seq. 345.* Nummus in honorem eius percussus a civibus *Eckhel 2, 599, Bull. de corr. hell. l. c. p. 468.* Frater Q. Stertinii, qui et ipse fuerat medicus principum *Plin. h. n. 29, 7. 8 (ubi nomen eius non ponitur, cf. supra).* Una cum fratre Neapolim operibus exornavit *Plin. l. c.* Reliquit una cum fratre sestertium ter centies *ib.* Alius frater eius Ti. Claudius Cleonymus *Paton n. 94;* patruus vel avunculus eius Ti. Claudius, Xenophontis filius, Philinus *t. Calymnius, ap. Dubois bull. de corr. hell. 5, 1881 p. 472 (his duobus videtur civitatem impetravisse a Claudio).*

667 Stertinia Cocceia Bassula Veneccia Aeliana *(sic t. Attidias,* Stertinia Bassula *tegulae XV 2203–2205,* Stertinia Bassulla *XV 2202,* Stert. Bassull. *XV 2201),* L. f., (Q. Camurii) Numisii Iunioris sodalis Titii mater fortasse, Q. Cornelii Flacci Norici Numisii .... uxor *t. Attidias XI 5672.* Domina praediorum suburbanorum *tegulae XV 2201–2205.*

— Acilius Sthenelus.

668 Stilio, philosophus, quem in patria audivit Severus Alexander adulescens *vit. Alex. 3, 3.*

669 L. Stilo, inter viros nobiles sine causae dictione a Septimio Severo occisos *vit. Sever. 13, 5.*

670 Stilonius Priscus *(sic codices antiquiores,* Stillonius, Tillonius, Chillonius Priscus *codices recentiores et editiones priscae),* tribunus cohortis

in Baetica Caecilio Classico proconsule, et ipse accusatus a Plinio et Lucceio Albino; Italia ei in biennium interdictum *Plin. ep. 3, 9, 18.*

671 M. STLACCIVS ALBINVS TREBELLIVS SALLVSTIVS RVFVS, inter patronos ordinis senatorii collegii cuiusdam Ostiensis a. 140 *XIV 246.*

672 Stlaccia: *eius servus dispensator VI 9364. Fortasse femina nobilis vel certe dives.*

— M. PEDVCAEVS STLOGA PRISCINVS.

— C. (LICINIVS) CALVVS STOLO.

— C. (LICINIVS) STOLO.

— P. LICINIVS STOLO.

— MESCINIVS STRA . . . (?).

673 Strabo, Amasensis *ipse geogr. 12, 3, 15. 39 p. 457. 561, Stephanus Byz. s. v.* Ἀμάσεια. *Suidas s. v.* Στράβων *et* Πολύβιος (ὁ Καππάδοξ *Ioseph. ant. 13, 10, 4. 14, 3, 1. 14, 8, 3. 15, 1, 2, c. Ap. 2, 7*). Paterna stirps ignota; de gente matris *ipse 10, 4, 10 p. 477. 12, 3, 33 p. 557 cf. 11, 2, 18 p. 499. Natum esse Strabonem anno u. c. 693 subtiliter collegit Niese Herm. 13, 1878 p. 38 seq., mus. Rhen. 38, 1883 p. 567 seq. ex eis quae ipse partim paullo ante sua tempora* (μικρὸν πρὸ ἡμῶν), *partim suis temporibus* (καθ' ἡμᾶς) *in Paphlagonia et Galatia accidisse narrat geogr. 12, 3, 41 p. 562 et 12, 5, 1 p. 567.* — Scripsit ὑπομνημάτων ἱστορικῶν *(sic ipse geogr. 1 p. 13, 11 p. 515, Plut. Luc. 28)* libros quadraginta septem *ipse geogr. 11 p. 515 cf. Suidas s. v.* Πολύβιος, quibus et de rebus Alexandri Magni egit *ipse geogr. 2 p. 70*, inde autem a libro quinto Polybium continuavit *11 p. 515; Suidas s. v.* Πολύβιος, quos libros adhibuerunt *Iosephus et Plutarchus (fragmenta collegerunt C. Müller fragm. hist. Graec. III p. 490 seq., et nuper P. Otto Leipziger Studien z. class. Philol. vol. XI, 1889 Supplem.)*; praeterea γεωγραφικῶν libros XVII qui extant; horum librum quartum scripsit tertio et tricesimo anno, postquam Tiberius et Drusus gentes Alpinas devicerunt, i. e. a. p. Chr. 18/9 *(cf. Niese Herm. 13 p. 34) 4, 6, 9 p. 206*, librum sextum ante mortem Germanici (mense Oct. 19) *6 p. 288 fin.*, librum autem decimum septimum paullo post mortem Iubae regis, quae videtur evenisse a. 23 *17, 3, 7 p. 828*; scripsit autem Romae *13, 1, 19 p. 590 cet., cf. Niese Herm. 13 p. 36.* Vidit P. Servilium Isauriae devictorem *(defunctum a. 710) 12, 6, 2 p. 568.* Cognovit Cn. Pisonem *(consulem a. 747, supra C 230) 2, 5, 33 p. 130.* Familiaris Aelii Galli *2, 5, 12 p. 118*, quem praefectum Aegypti comitatus est in provinciam Syenen usque *ib.; 17 p. 804. 806. 808. 816. 818 (iter suum Aegyptiacum memorat etiam 11 p. 518).* De aliis itineribus Strabonis *cf. Niese Herm. 13 p. 41 seq.* Ipsi quoque Augusto notus *Macrob. sat. 2, 4, 19 (alium Strabonem significari non crediderim).*

674 STRABO AEMILIANVS *(sic act. Arv. et Apuleius, sed hic procedente oratione* Aemilianus Strabo) consul suffectus mense Mart. a. 156 cum A. Avillio Urinatio Quadrato *act. Arv.* 'Vir consularis, brevi votis

omnium futurus proconsul' *Apulei. florid. 3, 16 (sed pervenisse eum ad proconsulatum Africae ex verbis Apuleii colligi non potest).* Clarus non solum natalibus sed etiam doctrina ('praenobilior proprio ingenio quam patricio — *sic traditur* — consulatu') *Apul.* Condiscipulus Apulei eiusque amicus, statuam eius pollicitus est se de suo Carthagine positurum, eique statuae celebrem locum ab ordine Carthaginiensi postulavit *Apul.*

— L. ACILIVS STRABO.

— T. ATTICVS STRABO ROMVLVS.

— C. CAECILIVS STRABO.

— CN. FLA[V]IVS STRAB(O).

— Q. IVLIVS STRABO TERTVLLVS FIRMIDIANVS.

— SEX. SOTIDIVS STRABO LIBVSCID(IVS).

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS.

— L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS.

— TERENTIVS STRABO ERVCIVS HOMVLLVS.

675 Stratocles, comoediarum actor, aetate Quintiliani *Quint. inst. or. 11, 3, 178; Iuvenal. sat. 3, 99.*

— Q. OCTAVIVS FORTVNATVS ERVCIANVS STELLA STRATONIANVS.

676 *Stratonabias *Fronto ad am. 1, 18 p. 186 Naber. Nomen videtur corruptum.*

677 Stratonice, Epigoni filia, Chrysippi uxor: ei a Traiano civitatem impetrat Plinius *ep. ad Trai. 11.*

— CL(AVDIVS) STRATONICVS.

— M. FVFIVS STRIGO.

678 Studiosus, Threx in ludo C. Caesaris *Plin. n. h. 11, 245.*

679 *Studius *(sic optimus codex Bambergensis, idque recepit Detlefsen,* S. Tadius *Urlichs;* Ludius *vulgatu),* pictor, aetate divi Augusti, primus instituit amoenissimam parietum picturam, de qua exponit *Plinius h. n. 35, 116.*

— POSTVMIVS SVAGRVS.

680 L. SVANIVS VICTOR VITELLIANVS clarissimus vir et consularis vir, curator et patronus Calamensium in Numidia *t. Calamensis VIII 5356.*

681 Subatianus Aquila *(sic t. Aegyptius,* Σουβατιανὸς Ἀκύλας *papyrus,* Ἀκύλας *Eusebius),* praefectus Aegypti *t. Aegyptius III 75; papyrus Graece scripta, Aeg. Urk. aus d. Mus. zu Berlin II n. 484 (de qua falsa referuntur III S. 6630); Euseb. hist. eccl. 6, 3, 3,* Severo et Antonino Augustis, Geta Caesare *t. Aegyptius,* anno decimo Severi (201/2) *papyrus,* post Laetum *Euseb. l. c. cf. 6, 2, 2 (successor sine dubio Maecii Laeti, qui et ipse praefectus fuerat Aegypti anno decimo Severi, Euseb. 6, 2, 2).*

Digitized by Google

682 SVBATIANVS PROCVLVS legatus Numidiae a. 208 *VIII 4323 cf. VIII S. 18528.*

— Suberinus *Plin. ep. 6, 33, 6. Cf. supra sub Attio Suburano (A 1134).*

683 Sex. Subrius Dexter (*praenomen extat X 8023*), tribunus cohortis praetoriae a. 69, missus a Galba in castra ad retinendam fidem militum *Tac. h. 1, 31.* A. 74 procurator et praefectus Sardiniae *milliarii Sardi X 8023. 8024. Fortasse frater eius qui sequitur.*

684 Subrius Flavus (*sic Tac. 15, 58. 67*, Subrius Flaus *15, 50.* Subrius Flavius *15, 49. 65*, Σούβριος Φλάβιος *Dio*), tribunus cohortis praetoriae, a. 65 ardentissimus auctor coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 49. 50. 58, Dio 62, 24.* Destinavisse dicitur, ut post occisum Neronem Piso quoque interficeretur *Tac. a. 15, 65.* Constanter mortem obiit *Tac. c. 67; Dio l. c.*

— (Attius) Suburanus.

— M. Attius Suburanus.

— SEX. ATTIVS SVBVRANVS.

685 Successianus (Σουκεσσιανός), sub Valeriano praefectus praesidii Romani Pityunte, Scythas inrumpentes fortiter reppulit *Zosim. 1, 32.* Paullo postea a Valeriano in Syriam arcessitus et praefectus praetorio factus *ib.*

— Helvius Successus.

686 Succonia Rustica, M. Calpurnii Senecae Fabii Turpionis Sentinatiani, praefecti classis, uxor *t. Hispanus II 1267 (incertum an genuinus).*

687 T. Suedius Clemens (*praenomen servavit t. Pompeianus*), primipilaris, a. 69 unus ex ducibus expeditionis quam contra provinciam Narbonensem paravit Otho *Tac. h. 1, 87. 2, 12.* Sub Vespasiano tribunus (cohortis praetoriae puto), ex auctoritate imperatoris rei publicae Pompeianorum loca publica a privatis possessa restituit *t. Pompeianus X 1018.* A. 79 praefectus castrorum (legionis in Aegypto tendentis), audit Memnonem mense Nov. *III 33.*

688 Suel(l)ius (Suelius *traditur*), adversarius (P. Galerii) Trachali (*consulis a. 68*) in nescio qua causa et ab hoc irrisus *Quint. inst. 6, 3, 78. Fuerunt qui cogitarent de P. Suillio Rufo infra n. 700, fortasse recte.*

689 CN. SVELLIVS FLACCVS (Cn. Suellius Fl.... *t. Thevestinus*, Flaccus *Zonar.*), legatus Aug. pro pr. (exercitus Africani) *t. Thevestinus VIII 1839 cf. VIII S. 16499*, legatus Numidiae sub Domitiano, Nasamones delevit *Zonaras 11, 19. Legatus fuit anno 85 vel 86, si recte Eusebius chron. victoriam de Nasamonibus tribuit anno Abr. 2101 (vers. Arm.) vel 2102 (Hieronym.).*

690 SVELLIVS MARCIANVS (*sic t. urbanus*, Σουελλ. *vel* Σουελ., *plerumque* Σου. Μαρκιανός *nummi cf. infra;* Σουλ. Μαρκιανός *dicitur lectum esse Mionnet suppl. II p. 309 n. 653, sine dubio male*) legatus pro pr. (ἡγ.) Thraciae sub Commodo *nummi Hadrianopolitani ap. Mionnet I p. 386 n. 146. 147, suppl. II p. 309 n. 651–653, Brit. Mus. cat. Thrac. p. 117, 8*

*cf. p. XII (ubi gentilicium est* Σουελλ.), *Mus. Berol. cat. numm. I p. 167, 7; nummi Philippopolitani Brit. Mus. l. c. p. 163, 17, Mus. Berol. Beschr. d. Münzen I p. 223, 20. 21* (Σουελ.). Curator aedium sacrarum et operum locorumque publicorum a. 192 *t. urbanus VI 3702 meliusque ib. 30967 cf. Huelsen Röm. Mitth. 1895 p. 5.*

691 Suetonius Laetus, tribunus angusticlavius legionis tertiae decimae (Geminae), interfuit a. 69 bello quod inter Othonianos et Vitellianos gestum est; pater C. Suetonii Tranquilli *Suet. Oth. 10.*

692 [C]N. [S]VELLIVS RVFVS proconsul ut videtur *(quamquam magistratus vocabulum abest)* Cretae *t. Cretensis Museo Italiano di antichità classica 3, 1890 p. 669* (..N *vel* ΓΝΤΟΥΕΛΛΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ *legit Halbherr, correxit sic ut supra, recte ut puto, quamquam etiam de Velleio vel Velio Rufo aliquo cogitari potest). Plane incertum num huc pertineat (de quo monuit Halbherr)* [S]uellius Rufus *XIV 424.*

693 Suetonius Optatianus (*sic codex Palatinus, non* Optationus), vitam imperatoris Taciti scripsit *Vopiscus vit. Tac. 11, 7.*

694 C. SVETONIVS PAVLINVS (Suetonius Paulinus *rerum scriptores; in consulatu anni 66* C. Suetonius Paulinus *XI 395,* C. Suetoni[us Pa]ullinus *Pais 417,* C. Suetonius ..... *VI 8639 = X 6637,* C. Suetonius *Tac. a. 16, 14,* Suetonius Paulinus *Frontin. aq. 102, Dio 63, 1,* Paulinus *fasti Hydat.* (Paulus *chronogr. a. 354*, Apuleius *alii nonnulli fastorum laterculi*).

A. 42 legatus praetorius cum Mauris bellum gessit, usque ad Atlantem penetravit *Dio 60, 4,* transgressus quoque Atlantem aliquot milium spatio *Plin. h. n. 5, 14 (Solin. 24, 15);* de hac expeditione ipse quaedam scriptis mandavit, quae adhibuit Plinius *h. n. l. c. cf. 1, 5. Paulo post videtur fuisse consul suffectus (ipso anno 42, ut coniecit Borghesius opp. 5, 325);* vetustissimus consularium (consiliarium *cod.*) fuit a. 69 *Tac. h. 2, 37.* A. 59 legatus pro pr. Britanniae, successor Veranii *Tac. Agr. 14, ann. 14, 29,* biennio prosperas res habuit *Tac. Agr. l. c.,* a. 61 seditionem Britannorum expertus est, quam aegre domuit *Tac. Agr. 14–16 cf. c. 5. 18, ann. 14, 29–39, Dio 62, 7–12, cf. Tac. h. 2, 37;* eodem anno revocatus *(annum 62 praefert Huebner mus. Rhen. 12, 49, sine causa ut puto);* successit ei Petronius Turpilianus *Tac. a. 14, 39.* Consul (*iterum*) ord. a. 66 cum C. Luccio Telesino *fasti* (*iterum consulem eum tunc fuisse neque in consulum laterculis neque in ulla alia consulatus mentione adnotatur; adeo ut possis conicere, consulem anni 66 diversum fuisse a legato Britanniae, scilicet filium eius*). A. 69 bello civili dux Othonianorum *Tac. h. 1, 87. 90. 2, 23–26. 32. 33. 37. 39. 40. 44, Plut. Oth. 5. 7. 8. 11. 13.* Quomodo apud Vitellium se excusaverit *Tac. h. 2, 60.* — 'Nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur' *Tac. h. 2, 31 cf. 37, ann. 14, 29.*

695 C. Suetonius Tranquillus (*tria nomina extant in codicibus Caesarum*

*et opusculi de grammaticis et rhetoribus; praeterea* Suetonius Tranquillus *vel* Suetonius *vel* Tranquillus), Suetonii Laeti, tribuni angusticlavii a. 69, filius *ipse Oth. 10* (*avum ipse memorat Gai. 19*), adulescens temporibus Domitiani *ipse Ner. 57, Dom. 12.* Contubernalis Plinii *Plin. ep. 1, 24, 1, ad Trai. 94,* cuius extant ad eum epistulae *1, 18. 3, 8. 5, 10. 9, 34.* Scholasticus *Plin. ep. 1, 24, 4* (γραμματικὸς Ῥωμαῖος *Suidas s. v.* Τράγκυλλος). Causam aliquam acturus est, quam differendam sibi putat, somnio perterritus, eaque de re Plinium consulit *ib. 1, 18.* Agrum vicinum urbi empturus est *ib. 1, 24.* Tribunatum ei impetrat Plinius a Neratio Marcello, postea ab eo rogatus eundem in Caesennium Silvanum propinquum eius transfert *ib. 3, 8.* Scripta sua ut edat, hortatur eum Plinius *ep. 5, 10.* Ipse Plinius eum consulit de recitationibus carminum suorum *ep. 9, 34.* Cum 'parum felix matrimonium expertus' esset, ius trium liberorum ei a Traiano impetrat Plinius (*iam legatus Bithyniae*) *Plin. ep. ad Trai. 94. 95.* Hadriano ab epistulis, eodem tempore quo Septicius Clarus praefectus praetorio *vit. Hadr. 11, 3.* Ei dedicat vitas Caesarum *Lydus de mag. 2, 6 p. 171 ed. Bonn.* Principi (*Hadriano*) imaginem quendam puerilem Augusti a se inventam dono dat *ipse, Aug. 7.* Quod apud Sabinam uxorem Hadriani familiarius se egerat, Hadrianus ei successorem dedit, eodem tempore quo Septicio Claro (i. e. anno 121 vel 122) *vit. Hadr. 11, 3* (*cf. supra sub C. Septicio Claro*). — Ut vivus memoratur 'Tranquillus noster' *Fronto ep. ad Verum lib. I fin. p. 118. 119 Naber (quae epistula videtur scripta anno 161 vel 162, cf. Mommsen Herm. 8, 213; ceterum hunc Tranquillum significari non ita certum est).* — Scripta eius enumerat *Suidas s. v.* Τράγκυλλος. citant *Fronto ad am. 1, 13 p. 182 Naber, Gellius 9, 7, 3, Tertullianus de anima 44, de spectac. c. 5, Censorinus 20, 2, deinde alii multi; extant Caesarum vitae paene integrae, virorum illustrium capita nonnulla, ex aliis denique excerpta quaedam vel enotata (cf. C. L. Roth in editione Suetonii p. 275 seq.; Reifferscheid C. Suetonii Tranquilli reliquiae, Lips. 1860; Schanz Herm. vol. 30, 1895 p. 401 seq).*

696 Suetrii (*fratres ut videtur ex domo nobili*): [duor]um Suaetriorum *fistula plumbea urbana (semel saec. XVII descripto) ap. Lancianium syll. aq. n. 176.*

— C. OCTAVIVS APPIVS SVETRIVS SABINVS.

697 SVFENA(S) VERVS (Σουφήνα Οὐῆρος *lectum est altero loco,* Σουφα … Οὐ[ῆ]ρος *altero*) legatus propr. Lyciae et Pamphyliae sub Hadriano (non post annum 132/3) *inscriptiones mausolei Opramoae Rhodiapolitani Reisen in Lykien p. 88. 105. 106* $V^f$ $VI^e$ *cf. Loewy ib. p. 126. 133.*

698 SVILLIVS CAESONINVS conscius flagitiorum Messallinae; ei tamen a Claudio mors remissa a. 48 propter vitia ('tamquam in illo foedissimo conventu passus muliebria') *Tac. a. 11, 36. Videtur fuisse*

Digitized by Google

*unus ex filiis P. Suillii Rufi (infra n. 700), quibus impudicitiam eius generis obiectam esse testatur Tac. a. 11, 2, et cognomen traxisse a Milonia Caesonia sorore uterina patris, vel certe ab eodem ex maioribus a quo Milonia Caesoniae cognomen habuit; et fortasse non vitiis tantum protectus est anno 48, sed etiam gratia qua pater floruit apud Claudium.*

699 M. SVILLIVS NERVLLINVS. *In consulatu* M. Suillius Nerullinus (Nerulinus *X 6637*, Neruillinus *pars descriptorum XII 2234*) *X 6637* (= *VI 8639*). *6638. XII 2234*, M. Suillius *Tac. a. 12, 25*, Silius *fasti Vind. ap. Momms. chron. min. I p. 282*, Nervilianus *chronogr. a. 354*, *Prosper*, Nervinianus *fasti Hydat.* — Nerullinus *Tac. a. 13, 43*, M. Σουΐλλιος Νερούλινος *nummus Smyrnaeorum.*

P. Suillii Rufi *(eius qui sequitur)* filius *Tac. a. 13, 43. Nerullini cognomen ei a patre impositum esse in honorem Neronis Germanici filii coniecit Nipperdey ad Tac. a. 12, 25.* Consul ord. a. 50 cum C. Antistio Vetere *fasti.* A. p. Chr. 58 eum pater eius damnatus esset, ipse quoque repetundarum postulatus est; sed intercessit Nero 'tamquam satis expleta ultione' *Tac. a. 13, 43.* Proconsul Asiae sub Vespasiano *(prohibitus scilicet a Nerone sortiri provinciam) nummus Smyrnaeorum, quem, editum a Vaillant num. famil. Rom. 2 p. 440 et in thesauro Morellii 1 p. 401 (inde Eckhel 2, 556; Mionnet suppl. VI 535, 1661), postea nemo vidit, sed quem incorruptum putat Waddington fastes des prov. asiat. n. 95 (dubitat tamen Pickius). — (In nummo Antiocheno Vespasiani, quem edidit Eckhel syll. I numm. vet. anecd. thesaur. Caesar. p. 78, inde Mionnet suppl. VIII 133, 52, inscriptum* Σου. ΝΕΡΟΥΛ., *possis conicere significari Suillium Nerullinum; sed videntur litterae illae alia ratione explicandae esse, cf. Eckhel l. c.)*

700 P. SVILLIVS RVFVS. Πόπλιος [Σ]ουΐλ[λι]ος *(traditur* ΟΥΙΛΜΟΣ) 'Ρ.. *t. Samius ap. Stamatiadem* Σαμιακά *vol. I (Athen. 1862) app. n. 36*, Πόπλιος 'Ιούλιο[ς] 'Ροῦφος *traditur in alio t. Samio, ib. n. 66;* P. Suillius *Tac. a. 4, 31. 13, 42*, Suillius *Ovid. ex P. 4, 8, 1. 89 item Tac. passim*, Suillius Rufus *Plin. h. n. 7, 39.*

Natus Vistilia, matre Corbulonis et Caesoniae Gai principis *Plin. h. n. 7, 39.* Uxorem duxit privignam Ovidii *Ovid. ex P. 4, 8, 11 seq.* Quaestor Germanici Caesaris *Tac. a. 4, 31. 13, 42 (cf. Momms. Staatsr. II³ p. 568 not. 3).* Eum rogat Ovidius exul, ut apud Germanicum pro se intercedat *Ovid. ex P. 4, 8, 23 seq. 85 seq.* A. 24 'convictus, pecuniam ob rem iudicandam cepisse', cum Italia pelleretur, urgente Tiberio in insulam amovetur *Tac. a. 4, 31.* Postea *(sub Gaio scilicet)* ex exilio regreditur *ib.* Consul *Plin. h. n. 7, 39 (suffectus sub Gaio aut primis annis Claudii); fortasse hic* P. Suillius Rufus consul *VI 24729*, Suillius Rufus (Velleus Rufus *Dig.*) consul cum Ostorio Scapula *(sub Claudio, ante a. 47) Iustinian. inst. 3, 8, 3, Dig. 38, 4, 1 (cf. supra sub P. Ostorio Scapula).* Sub Claudio, cuius amicitia 'diu

prospere, numquam bene usus' est *Tac. a. 4, 31,* 'continuus et saevus accusandis reis' *ib. 11, 5.* Ab eo Q. Pomponius ad necessitatem belli civilis detrusus *Tac. a. 13, 43,* Iulia Drusi filia, et Poppaea Sabina ad mortem actae *ib. cf. 11, 1. 2,* circumventi Cornelius Lupus, Lusius Saturninus *ib. 13, 43,* Valerius Saturninus *11, 1. 2. 13, 43,* praeterea equites Romani multi opera eius damnati *11, 4. 5. 13, 43.* Venalis *Tac. a. 4, 31. 13, 42 cf. 11, 5.* A. 47 altercatur in senatu cum C. Silio, qui poena eos afficiendos censuerat, qui ob causam orandam pecuniam donumve acciperent *Tac. a. 11, 6.* Proconsul Asiae *Tac 13, 43; tituli Samii ap. Stamatiadem (cf. supra) n. 36. 66 (anno circiter 52 vel 53, ut putat Waddington fastes n. 83, qui praeterea monuit in nummis Hierapolitanorum Phrygiae cusis Claudii extremis annis reperiri M. Suillium Antiochum, quem nomen accepisse a filio eius M. Suillio Nerullino veri simile sit).* Post mortem Claudii 'non quantum inimici cuperent, demissus', instigante Seneca a. 58, cum iam extremae senectutis esset, primo repetundarum et peculatus, deinde, hac re omissa, propter crimina urbana sub Claudio perpetrata, accusatus, relegatur in insulas Baleares, adempta bonorum parte *Tac. a. 13, 42. 43.* Non fractus animo, ferebatur exilium copiosa et molli vita toleravisse *ib. c. 43.* Filii: Suillius Nerullinus *ib., item fortasse Suillius Caesoninus (praeterea filii eius memorantur etiam Tac. a. 11, 2, neptis ib. 13, 43).*

701 Sulcius, delator *Horat. sat. 1, 4, 65 cum schol.*

702 SVLLA praeses Cappadociae, ab Elagabalo occisus *Dio 79, 4. Idem videtur M. Munatius Sulla Cerialis, sub quo cf.*

703 Sulla, mathematicus, Gaio necem praedixit *Suet. Cal. 57.*

— FAVSTVS CORNELIVS SVLLA.

— L. CORNELIVS SVLLA.

— FAVSTVS CORNELIVS SVLLA FELIX.

— L. CORNELIVS SVLLA FELIX.

— M. MVNATIVS SVLLA CERIALIS.

— Sextius Sulla.

— L. Aemilius Sullectinus.

— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS *cet.*

— CL(AVDIVS) SVLPICIANVS.

— Claudius Sulpicianus.

— T. FLAVIVS SVLPICIANVS.

— L. Flavius Sulpicianus Dorio.

— L. FLAVIVS SVLPICIANVS DORIO POLYMNIS.

— SEX. FVRNIVS SVLPICIANVS.

— T. QVINCTIVS CRISPINVS SVLPICIANVS.

— RVFRIVS SVLPICIANVS.

704 SVLPICIVS consularis vir, pater Memmiae, uxoris Alexandri Severi, Catuli gener ut videtur *vit. Alex. 20, 3. Cf. supra sub Memmia (M 348).*

Digitized by Google

705 Sulpicius, familiaris Claudii adulescentis *Suet. Claud. 4. Fortasse idem Sulpicius Flavus, cf. infra.*

706 .. SVLPICIV[S] ...., q., aedi[l., leg. Ti. Cl]audi Caesaris Aug. [Germa]nici ex s.... *t. urbanus VI 3751 = 31282 valde mutilus.*

— POSTVMIVS SVLPICIVS.

707 C. Sulpicius Apollinaris *(sic vel potius* G. Sulpicius Apollinaris *codex antiquissimus Terentii;* Sulpicius Apollinaris *Gellius, vit. Pert.;* Sulpicius *periochae Vergilianae, item vita Vergilii, item schol. Veron. ad Verg. 9, 369).* Carthaginiensis *periochae Vergilianae; vit. Vergilii ap. Reifferscheid Suet. p. 63.* Grammaticus, quem Romae audivit Gellius adulescens *Gell. 7, 6, 12. 13, 18, 3. 18, 4, 1. 20, 6. 1.* Praeceptor quoque Helvii Pertinacis *vit. Pertinac. 1, 4* (post eum ipse Pertinax grammaticen professus est *ib.*). Dicta eius refert Gellius *4, 17, 11. 7, 6, 12. 11, 15, 8. 12, 13. 13, 20. 16, 5, 5. 18, 4. 19, 13, 3. 20, 6.* Aderat Gellius, cum fabularetur stans in foribus Palatii una cum Cornelio Frontone et Postumio Festo *Gell. 19, 13, 1,* cum responderet (Sex.) Erucio Claro praefecto urbi *ib. 7, 6, 12,* qui etiam per litteras eum consuluit *ib. 13, 8, 2.* Reprehendit Caesellium Vindicem *Gell. 2, 16, 8 seq.* 'In quadam epistula scriptum reliquit' *ib. 15, 5, 3.* Vergilium adnotavit *schol. Veron. ad Verg. Aen. 9, 369.* Ab eo compositae periochae fabularum Terentianarum quae extant *Terent. ed. Umpfenbach p. 3. 89. 185 cet. Hic ut videtur* Sulpicius Carthaginiensis, cuius extant hexasticha, i. e. periochae senum versuum Aeneidis *ap. Riese Anthol. Lat. n. 673 = Baehrens Poet. Lat. min. 4 p. 169,* item versus de Vario et Tucca *Suet. ed. Reifferscheid p. 63 (Servio Varo tributi ib. p. 54). Cf. C. R. Opitz Leipz. Studien zur class. Philologie 6, 1883 p. 195 seq.*

708 SVLPICIVS ARRENIANVS, legatus legionis sub Basso Pomponii filio, praeside Moesiae, et hunc detulit et alios quosdam, temporibus Caracallae; ideo a. 217 in insulam relegatus *Dio 78, 21. Aut idem qui sequitur, scilicet restitutus ab Elagabalo, aut pater eius.*

709 C. SVLPICIVS ARRENIANVS clarissimus vir, patronus Canusinorum anno 223 *IX 338.*

710 Sulpicius Asper, centurio praetorianus, a. 65 in Neronem coniuravit *Tac. a. 15, 49. 50, Dio 62, 24.* Detecta coniuratione fortiter mortem obiit *Tac. c. 68; Dio l. c.*

— L. Tutilius Lupercus Sulpicius Avitus.

711 M. Sulpicius Bassus, amicus L. Nonii Asprenatis septemviri epulonum *(fortasse consulis a. p. Chr. 6, supra N 93) VI 2156.*

712 Q. SVLPICIVS CAMERINVS *(tria nomina extant in fastis Capitolinis et alibi)* Q. f., Q. n. *fasti Cap. (patris nomen ponit etiam Dio ind. l. 56),* consul ord. a. p. Chr. 9 cum C. Poppaeo Sabino *fasti. — Incertum num hic* Camerinus, poeta epicus, quem memorat *Ovidius ex P. 4, 16, 19.*

713 Q. SVLPICIVS CAMERINVS (PYTHICVS?). *In consulatu* Q. Sulpicius Camerinus *V 5050.* — Camerinus *Plinius,* Sulpicius Camerinus *act.*

Digitized by Google

*Arv., Dio 63, 18, qui praeterea Pythici cognomen ei tribuit, certe ei et filio eius obiectum esse narrat, quod Pythici inde a maioribus appellati non desierint hac appellatione uti; et memorat Pythici cognomen etiam Quintilianus inst. 1, 6, 31; Mommsen tamen ind. Plin. non Pythici sed Petici cognomen ei fuisse coniecit, petitum scilicet a C. Sulpicio Petico dictatore a. 396 et quinquies consule.*

*Filius puto eius qui praecedit.* Consul suff. mense Mart. a. 46 cum M. Iunio Silano *V 5050* (*Camerinum et Nonianum ut consules ordinarios anno 35 recenset chronographus anni 354, pro Gallo et Noniano, scilicet C. Cestio et M. Servilio, nescio quo errore*). Proconsul Africae (*anno ut videtur 56/7, certe non postea, cum inde a mens. Oct. a. 57 adfuerit Romae inter fratres Arvales*) *Tac. a. 13, 52.* Repetundarum inde accusatus, et absolutus anno 58 *Tac. l. c.* Frater Arvalis, memoratur in actis a. 57. 58. 59. 60. 63; magister fratrum Arvalium a. 60 *act. Arv.* A. 67 maiestatis ut videtur a M. Aquilio Regulo accusatus una cum filio, una cum hoc periit *Dio 63, 17. 18 cf. Plin. ep. 1, 5, 3.* Camerinos nobiles memorat *Iuvenal. 7, 90 cf. 8, 38, de hac gente puto cogitans.*

714 Sulp[ic]ius Canus (Sulpius Canus *traditur*), inter viros nobiles sine causae dictione occisos a Septimio Severo *vit. Sev. 13, 7.*

715 Ser. Sulp(icius) Claudianus, Apollini sacrum fecit *VI 30. Plane incertum, num homo nobilis.*

716 Sulpicius Cornelianus, vir litterarum studiosus, Frontonis familiaris a Frontone amicis commendatur *Fronto ad am. 1, 1. 2 p. 173. 174 Naber.* Propediem causam aliquam dicturus erat *ad am. 1, 1. — Fortasse hic (ut coniecit Maius, cf. Friedländer Sitteng. I⁶ p. 189)* Cornelianus, ab epistulis Graecis Augustorum, cui Phrynichus ἐκλογὴν ῥημάτων καὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν dedicavit *Phrynichus p. 1. 225. 379. 418 ed. Lobeck (cf. supra sub Corneliano, C 1053).*

717 SVLPICIVS CRASSVS proconsul Asiae occisus a Commodo *vit. Comm. 7, 7.*

718 Sulpicius Flavus, Claudium, qui postea imperavit, adulescentem adiuvit in historia scribenda *Suet. Claud. c. 41. Cf. supra n. 705.*

719 Sulpicius Florus, e Britannicis cohortibus, a Galba civitate donatus, a. 69 iussu Othonis Pisonem Licinianum trucidavit *Tac. h. 1, 43.*

720 C. SVLPICIVS GALBA (C. Galba *videtur scribendum ap. Plin., ubi* C. Calba, Caecilius Galba, C. Caelius Galba *traditur; praeterea de praenomine inde constat quod filius eius, Ser. Sulpicius Galba cos. a. 749, in fastis Lucerinis dicitur* C. f., *cf. infra n. 722;* Galba *Oros.,* Γάλβας Σουλπίκιος *Plut.*), pronepos Ser. Galbae oratoris, avus Ser. Galbae imperatoris, praetura functus *Suet. Galb. 3.* Edidit historiam 'multiplicem nec incuriosam' *ib.* Ea citatur a *Iuba ap. Plut. Rom. 17; Oros. 5, 23, 6,* memoratur ut videtur *Plin. h. n. 1, 36. Cf. Peter hist. Rom. fragm. p. 237.*

721 C. SVLPICIVS GALBA cos. a. p. Chr. 22. *Tria nomina habet Plin. h. n. 33, 22,* C. Galba *Tac. a. 6, 40,* Gaius *Suet. Galb. 3. In consulatu* C. Sulpicius Galba *VI 562,* Σουλπίκιος Γάλουας *Dio ind. 57,* C. Sul. Galb. *fasti Lunenses (XI 1356),* C. Sulpicius *Tac. a. 3, 52,* Sulpicius *VI 10051,* .... us Galba *fasti Arv. (CIL. I ed. 2 p. 70), alibi* Galba.

Ser. Galbae imperatoris frater maior, ut hic Mummia Achaica natus *Suet. Galb. 3.* Consul ord. a. 22 cum D. Haterio Agrippa *fasti.* A. 23 verba facit in senatu *Plin. h. n. 33, 22.* Postea attritis facultatibus urbe cessit *Suet. Galb. 3.* A. 36 a Tiberio prohibitus sortiri anno suo proconsulatum, mortem sibi conscivit *Tac. a. 6, 40; Suet. l. c. — Fortasse filiae eius Sulpiciae Galbillae, cf. infra n. 742.*

722 SER. SVLPICIVS GALBA *(nomen non ponit Suet.;* Galba *Macrob.,* .. [S]ulpicius Galba *fasti Lucerini; de praenomine constaret, si certum esset, huius filiam esse Sulpiciam, de qua infra; ceterum vix licet dubitare de praenomine, cum filius eius, Galba imperator, dicatur fuisse e familia Serviorum, Tac. h. 2, 48, Plut. Galb. 3).*

C. f. *fasti Lucerini.* Pater Ser. Galbae imperatoris, consul *Suet. Galb. 3,* consul suff. a. 749 cum S[ex. Pompeio] *fasti Lucerini (IX 786 = I² p. 69) v. 4 (quem locum ad hunc Galbam spectare vidit Borghesius opp. 5 p. 142; idem consulatus, indice Borghesio, memoratur VI 9319, ubi haec extant* .... Augustis .... [Sul]picio Galba cos.). Eloquentia clarus *Macrob. sat. 2, 4, 8,* modicae in dicendo facultatis *Suet. l. c.* Causas actitavit *Suet. l. c.; Macrob. sat. 2, 4, 8. 2, 6, 4.* Dictum de eo M. Lollii *Macrob. sat. 2, 6, 3;* quid ei responderit Augustus *ib. 2, 4, 8,* quid Orbilius *ib. 2, 6, 4. (Fortasse hic* Galba cuius iocos refert *Quintil. 6, 3, 27. 62. 64. 66. 80. 90).* Brevi corpore, atque etiam gibber *Suet. l. c., cf. Macrob. sat. 2, 4, 8. 2, 6. 3. 4.* — Uxores habuit Mummiam Achaicam, (Q.) Catuli neptem, L. Mummii qui Corinthum excidit proneptem; deinde Liviam Ocellinam *Suet. l. c.* Ex Mummia Achaica pater Gaii *(eius qui praecedit)* et Servii *(eius qui sequitur) ib. — Fortasse hic* Ser. Sulpicius Galba (Ser. Galba *VI 27005,* Σέρβ[ιος] Σολφίκιος Γάλβας *CIAtt. III 870,* [Σέρ]βιος Σολ[φίκιος Γάλ]βας *ib. 869*), cuius filia memoratur *VI 27005 CIAtt. III 869. 870, cf. infra sub Sulpicia. — Vix hic, sed potius antiquior aliquis (quamvis aliter senserit Borghesius opp. 5, 146)* Galba (Ser. Galba iuris consultus *Porphyr.*) qui negabat adulteros castrari licere *Horat. sat. 1, 2, 46.*

723 SER. SVLPICIVS GALBA = SER. GALBA IMP. CAESAR AVGVSTVS. *Tituli ipsi dedicati: Hispanus II 2779 (1); Salonitanus III S. 8702 (2). Diplomata militaria ab eo data III p. 847. 848. III S. p. 1958 (3). Memoratur in edicto praefecti Aegypti CIG. 4957 (4), in t. Coptitano ap. Flinders Petrie Koptos p. 26 (5), et praeterea VI 471 (6). 8680 (7), in epistula Vespasiani X 8038 v. 17 (8).*

Ser. Sulpicius Galba *passim (Servii praenomen perscribunt Tac. h. 1, 1 et alibi, Suet. Galb. 3. 4, Dio 63, 23, alii;* Sergius Sulpicius Galba

*t. 2*); *sed per maiorem partem vitae dicebatur* L. Sulpicius, *per aliquam partem etiam* L. Livius, *cf. infra*. Ser. Sulpicii Galbae, eius qui praecedit, et Mummiae Achaicae filius *Suet. Galb. 3*, Q. Catuli pronepos *Suet. c. 2 cf. c. 3, Plut. Galb. 3*, natus d. 24 Dec. *Suet. c. 4 (ad d. 23 Dec. ducit Zonaras, cf. infra)*, a. 749, quippe qui vixerit annos LXXII *Dio 64, 6*, annos LXXII dies XXIII (*scr.* XXII?) *Zonar. 11, 14 fin.*, perierit tertio et septuagesimo aetatis anno *Suet. c. 23, Vict. epit. 6, 4 cf. Tac. h. 1, 49* (imperator factus annorum LXXIII *Plut. Galb. 8, Eutrop. 7, 16 cf. Suet. Ner. 40*), occisus autem sit a. 822 = p. Chr. 69 d. 15 Ian. *Tac. h. 1, 27 seq. cf. infra; sed consules anni 751 ponit Suet. c. 4; et fieri potest, ut fama Galbae aliquot annos addiderit.* Natus in villa colli superposita, prope Terracinam sinistrorsum Fundos petentibus *Suet. c. 4, scilicet in villa quam pater eius a maioribus acceperat, teste titulo ipso illo loco reperto X 6323, cf. Mommsen ad I 576* (Fundis agere solebat etiam senior *Sueton. c. 8*). — Adoptatus a noverca sua (Livia Ocellina) *Sueton. c. 4*, Livii nomen et Ocellae cognomen assumpsit mutato praenomine; nam Lucium mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit *ib.*; *et vere dicitur* L. Sulp. *in mentionibus consulatus I 770. 771 (tess. gladiat.*; Ser. Sulpicius Galba *in fastis Nolanis X 1233 sub ann. 33, sed qui videntur posteriore tempore perscripti), atque etiam imperator in Aegypto saltem dicebatur* Λούκιος Λίβιος Σεβαστὸς Σουλπίκιος Γάλβα(ς) αὐτοκράτωρ *CIG. 4957*, Λουκ. Λιβ. Σουλπ. Γάλβα(ς) Καισ. Σεβ αὐ. *in parte nummorum Alexandrinorum, Mionnet VI p. 74'5 n. 245–260 (nec tamen constanter, ut ostendit t. 5)*; (Galba Libolus *fasti Hydatiani sub anno 33, fortasse pro* Galba Livio). *Cf. praeterea supra sub L. Livio Ocella.*

Imperium ei praedixisse feruntur Augustus *Suet. c. 4* et Tiberius *Ioseph. ant. 18, 6, 9. Tac. a. 6, 20, Dio 57, 19. 64, 1; cf. Suet. c. 4.* Togam virilem sumpsit kal. Ian. a. 767 (p. Chr. 14) *Dio 56, 29.* Uxorem duxit (Aemiliam) Lepidam (*A 296*) *Suet. c. 5*; a qua abducere eum studuit Agrippina, sed frustra *ib.* Amissa Lepida, duobusque ex ea filiis, remansit in caelibatu *ib.* Observavit ante omnes Liviam Caesaris Augusti, eiusque gratia plurimum valuit *Suet. c. 5* (Liviae κατὰ γένος προσήκων *Plut. Galb 3 cf. c. 14*, et ob eam rem Λιβίας παρασχούσης ὕπατος ἐκ Παλατίου προῆλθε *Plut. c. 3 errore ut videtur; nam Livia defuncta est ante consulatum Galbae*). Defunctae eius testamento (a. 782 = p. Chr. 29) paene ditatus; sed circumscriptus a Tiberio *Suet. l. c.* Honores iniit ante legitimum tempus *Suet. c. 6.* Praetor, cum ludos Florales ederet, novum spectaculi genus, elephantos funambulos, exhibuit *Suet. l. c.* Legatus pro pr. Aquitaniae, cui anno fere (*784/5 = p. Chr. 31/2?*) praefuit *ib.* Consul ord. a. 786 = p. Chr. 33 cum L. Cornelio Sulla Felice *fasti*, per sex menses fasces habuit *Suet. l. c.* Legatus pro pr. (Germaniae

superioris), a Gaio substitutus [in locum Gaetu]lici (*Cn. Cornelii Lentuli Gaetulici, occisi a. 39*) *Suet. l. c.*, barbaros, qui iam in Galliam usque proruperant, coercuit *ib.*; legatus etiam a. 41 *Suet. c. 7*, eo ipso anno Chattos (*nam sic traditur*) vicit *Dio 60, 8*; militari laude apud Germanias floruit *Tac. h. 1, 49, Plut. Galb. 3*. Comes Claudii expeditione Britannica *Suet. c. 7*. Proconsul Africae *Tac. h. 1, 49, Plut. Galb. 3, Suet. c. 7*, extra sortem electus ad ordinandam provinciam *Suet. l. c.*, per biennium *ib.* Ob res in Germania et in Africa gestas ornatus ornamentis triumphalibus *Suet. c. 8*. Quindecimvir sacris faciundis; sodalis Titius; sodalis Augustalis *ib.* Legatus pro pr. provinciae Hispaniae Tarraconensis *ib.*, *Tac. h. 1, 49, Plut. Galb. 3, Dio 63, 23*, per octo annos, i. e. inde ab a. 60 *Suet. c. 9*. A. 68 acceptis litteris C. Iulii Vindicis conatibus eius accessit; imperator a militibus salutatus *Suet. c. 9. 10, Plut. c. 4. 5, Dio 63, 23*, legatum senatus populique Romani se professus est *Suet. c. 10, Plut. c. 5*. Hostis a senatu iudicatus *Plut. l. c.* Acceptis nuntiis, Neronem occisum, cunctosque in verba sua iurasse, Caesaris appellationem recepit *Suet. c. 11 cf. Plut. c. 7*. Ser. Galba imp. Caes. Aug. *diplomata eius, item nummi plerique (item Σέρουιος Γάλβα(ς) αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Σεβαστός t. 5)*. Iter eius ex Hispania Romam *Tac. h. 1, 6, Suet. c. 12, Plut. c. 11. 15*. Consul II ord. a. 69 cum T. Vinio *fasti*. Adoptavit L. Calpurnium Pisonem Frugi Licinianum *Tac. h. 1, 14 seq., Suet. c. 17 cet.* (*cf. supra sub Pisone, C 250*). Occisus d. 15 Ian. 69 *Tac. h. 1, 27–41, Plut. Galb. 24–27, Suet. Galb. 19, Oth. 6, Dio 64, 6*. Sepultus in hortis suis ad viam Aureliam *Suet. c. 20*. *Liberti eius VI 8699. 8707. 26955. 26959. Imperatoris Titi servus* Galbianus *VI 8819*.

— SER. SVLPICIVS GALBA CAESAR. *Cf. supra sub L. Calpurnio Pisone Frugi Liciniano* (*C 250*).

724 (SVLPICIVS) GALVS (*gentilicium non traditur; sed videtur oriundus fuisse a C. Sulpiciis Galis qui consules fuerunt a. 511. 588; cf. Mommsen röm. Forsch. I p. 119 not. 2*), triumvir monetalis sub Augusto una cum Apronio, Sisenna, Voluso Valerio Messalla, a. 742 vel non multo postea *nummi aenei ap. Eckhel 5, 141; Babelon, monnaies de la rép. romaine I p. 210. 432. II p. 99. 523; cf. Mommsen, Röm. Münzw. p. 744 not. 15.*

725 Sulpicius Iu[lia]nus, procurator imp. Antonini Pii provinciae Asiae (vel certe in Asia), inter annos 140—144 *t. Ephesius, ap. Waddington mém. de l'acad. des inscr. 26, 2 p. 253 = Greek inscr. in the Brit. Museum III p. 154 n. CCCCLXXXIX.*

— TI. CL(AVDIVS) SVLPICIVS IVLIANVS.

726 Sulpicius Longus, causarum actor, homo foedissimus; quid ei in iudicio liberali responderit Domitius Afer *Quintilian. 6, 3, 32.*

727 .. [S]VLPICIVS LVCRETIVS BARBA consul suff. mense Iunio una

cum Senecione Memmio Afro *fasti fer. Lat.* (*CIL. I ed. 2 p. 59*), *temporibus Traiani, fortasse anno 102, cf. supra sub Senecione Memmio Afro* (*M 337*).

727[a] Q. Sulpicius Maximus, Q. Sulpicii Eugram(m)i et Liciniae Ianuariae filius, tribu Claudia; puerulus a. 94 Romae agone Capitolino inter Graecos poetas professus favorem iudicum meruit; vixit annos XI menses V dies XII; eius versus extemporales Graeci in cippo sepulcrali incisi *Kaibel epigr. Gr. n. 618 = Inscr. Graec. Sicil. Ital. 2012.*

728 C. SVLPICIVS PLATORINVS triumvir monetalis sub Augusto, anno 736 vel paullo post *nummi aurei et argentei, ap. Eckhel 5, 317, Babelon monnaies de la rép. romaine II p. 476 (tempus efficitur inde quod in uno ex nummis repraesentantur Augustus et Agrippa sedentes in subsellio tribunorum, scilicet tribunicia potestate nuper praediti, ut vidit Cavedonius ann. inst. 1850 p. 186, ap. Borghesium opp. 1, 121 not. 1, cf. Mommsen Staatsr. I² p. 390 not. 1). — Aut ad huius, aut ad eius qui sequitur, familiam pertinet t. columbarii suburbani VI 1822ª = 5722.*

729 C. SVLPICIVS PLATORINVS, M. f., tribu Vot., sevir (equitum Romanorum), decemvir stlitibus iudicandis *t. primarius sepulcri rep. Romae ad Tiberim, Notizie degli scavi 1880 p. 129 = Bull. comun. 1880 p. 136 n. 385. Nepotem eius qui praecedit putat Lancianius Notizie l. c. p. 130, cf. praeterea infra sub Sulpicia Platorina. — Ad alium Sulpicium Platorinum rettulit Lancianius titulum quendam acephalum in eodem sepulcro repertum, ex quo supersunt haec:* Xvir stl. iud., tr. mil., q., tr. pl., pr., leg. Ti. Caesaris Augusti et C. Caesaris Augusti; Crispina Caepionis f., uxor (*Notizie cit. p. 136 = Bull. p. 137 n. 389), sed vix recte, ut iam constat nuper alio fragmento eiusdem tituli in lucem edito (Barnabei Notizie 1896 p. 468), ex quo videtur colligi posse, maritum Crispinae non Sulpicium fuisse sed Septicium (cf. in Addend.).*

730 C. SVLPICIVS POLLIO frater Arvalis, adfuit in collegio a. 213. 214. 218, promagister collegii 214 *acta Arv. (VI 2086, 10. 12. 2103ª, 10. 2103ᵇ, 6. 9. 2104ª, 9. 2104ᵇ, 28). Potest esse Pollio is, qui cum Bithyniam Elagabalo subiecisset, Germaniae praepositus est, Dio 79, 3 (Henzen).*

731 SVLPICIVS PRISCVS clarissimus vir, curator aquarum sub Antonino (Caracalla vel Elagabalo) *fistula plumbea urbana ap. Lancianium syll. aq. n. 113.*

— Q. VI[R]IVS EGNATIVS SVLPICIVS PRISCVS.

— Q. VIRIVS LARCIVS SVLPICIVS PRISCVS.

732 P. SVLPICIVS QVIRINIVS. *Titulus acephalus Tiburtinus, de quo egit Mommsen comm. ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 161 seq., coniectura ad eum relatus, XIV 3613 (1); memoratur in t. Venetiis reperto III S. 6687 (2). Falsus videtur VI 5, 3478*.* — P. Sulpitius Quirinius *traditur t. 2,*

P. Quirinius *Tac. a. 2, 30. 3, 22. 23,* Sulpicius Quirin(ius) *et mox* Quirinius *Tac. a. 3, 48.* Κυρήνιος *Lucae codex optimus* (*cf. Momms. l. c. p. 175*), *Hieronymus, Iosephus, Iustinus, Eusebius hist. eccl.,* Qu[i]rinius *Flori codex optimus* (*teste Momms. l. c. p. 170*), Quirinus *Hieronym. Iordan. In consulatu* P. Sulpicius Quirinius *VIII 68,* 11. Σουλπίκιος Κυρίνιος *Dio ind. l. 54,* ..lpicius Quirin. *X 3804,* P. Sulpicius *mon. Anc. 2, 28, Dio 54, 28, alii;* Quirinius *fasti Praenest. ad 28 Apr.* ([Quir]inius *ib. ad 6 Mart.*), Κυρίνιος *chron. Pasch.,* Quirinus *chronogr. a. 354, fasti Hydat.*

P. f. *Dio ind. l. 54.* — 'Nihil ad veterem et patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium' *Tac. a. 3, 48* (obscurissima domus *ib. 3, 23*), 'sed impiger militiae et acribus ministeriis' (viam sibi ad honores patefecit, sub Augusto) *ib. 3, 48 cf. Ioseph. ant. 18, 1, 1.* Marmaridas et Garamantes subegit *Florus 2, 31* (*inde Iordanes Rom. 248*), *fortasse cum esset proconsul Cretae et Cyrenarum, ut coniecit Mommsen comm. ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 170. 171.* Consul *Tac. a. 3, 48* (consularis *Suet. Tib. 47; Ioseph. ant. 17, 13, 5. 18, 1, 1*), ord. a. 742 cum M. Valerio Messalla Barbato Appiano, deinde cum C. Valgio Rufo *fasti.* Post consulatum castella Homonadensium per [super *coniecit Mommsen*] Ciliciam expugnavit *Tac. l. c.,* Homonadenses in Cilicia, qui interfecerant Amyntam regem, domuit *Strabo 12, 6, 3 p. 569, legatus sine dubio pro pr. Syriae, ad quam Cilicia tum pertinebat; priorem hanc legationem Syriacam Quirinii Mommsen l. c. p. 173 statuit fuisse circa a. 751. 752.* Ob res illas in Cilicia gestas ornamenta triumphalia ei decreta *Tac. l. c.;* 'qua [*Homonadensium gente, ut videtur supplendum esse*] redacta in pot[estatem divi] Augusti populique Romani senatu[s dis immortalibus] supplicationes binas ob res prosp[ere ab eo gestas, et] ipsi ornamenta triumphalia decrevit' *t. 1.* Pro consule Asiam provinciam obtinuit *t. 1, a. 753 aut inter a. 755 et 758, fortasse a. 755/6, ut putat Mommsen l. c. p. 175.* Datus rector C. Caesari Armeniam obtinenti *Tac. l. c.* Tiberium quoque Rhodi degentem coluerat *ib.* A. 759 (p. Chr. 6), cum destituto Archelao (*annum habet Dio 55, 27*) Iudaea cum provincia Syria contribueretur, Quirinius missus in Syriam qui et ius diceret (δικαιοδότης τοῦ ἔθνους) *Iosephus ant. 18, 1, 1* (*cf. Lucas ev. 2, 2:* ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου) — le[g. Aug.] C[a]esaris Syriae *t. 2,* [legatus pr. pr.] divi Augusti iterum Syriam et Ph[oenicen optinuit] *t. 1* —, et censum ageret *Ios. ant. 17, 13, 5. 18, 1, 1;* census actus ab eo anno post pugnam Actiacam tricesimo septimo, i. e. a. 759/760 *Ioseph. ant. 18, 2, 1;* censum a Quirinio in Iudaea actum memorant praeterea *Ioseph. ant. 20, 5, 2, bell. 2, 17, 8. 20, 5, 2 et Lucas ev. 2, 2 seq.* (*qui tradit censum eum actum esse per universum orbem terrarum, coniungitque eum cum natalibus Iesu*) *et ex Luca Iustinus apol. 1, 34, dial. cum Tryph. 78* (*qui illo loco Quirinium minus recte appellat* ἐπίτροπον), *ex Iosepho et Luca Eusebius hist.*

Digitized by Google

*eccl. 1, 5, chron. s. a. 2015 (vers. Arm., Hieronym. s. a. 2016, Syncell. p. 598), exinde alii.* 'Iussu Quirini censum Apamenae civitatis (*in Syria*) egit' Q. Aemilius Secundus praefectus cohortis *t. 1;* idem 'missu Quirini adversus Ituraeos in Libano monte' pugnavit *ib.*

Uxorem habuit (Aemiliam) Lepidam *Tac. a. 3, 22, Suet. Tib. 49,* aliquando destinatam L. Caesari *Tac. a. 3, 23 (videtur igitur eam duxisse non ante annum 755, quo L. Caesar defunctus est),* quam deinde dimisit *Tac. a. 3, 22, Suet. l. c.,* et quam postea, anno p. Chr. 20 (u. c. 773) *Tac.* (post vigesimum annum *Suet., minus accurate, si vere eam duxit non ante a. 755*), detulit supposuisse partum *Tac. l. c.,* item veneni in se comparati *Suet. l. c. cf. Tac. 3, 23.* — Propinquus M. Drusi Libonis, qui ei a. p. Chr. 16 supremas ad Tiberium preces mandavit *Tac. a. 2, 30.* — Orbus, dives *Tac. a. 3, 22, Suet. Tib. 49.* 'Sordida et praepotens senecta' eius *Tac. 3, 48.* Moritur a. 21, et publico funere elatus *Tac. l. c. Sepultus videtur esse prope Tibur, t. 1.*

733 Sulpicius Rufus, ludi procurator, ut conscius flagitiorum Messallinae interfectus a. 48 *Tac. a. 11, 35.*

734 T. SVLPICIVS SERANVS (*praenomen perscriptum in t.*) clarissimus vir *t. urbanus, Roem. Mitth. 1888 p. 97 = VI 31769.*

735 C. Sulpicius Similis. *Memoratur in titulis Aegyptiacis III 24 = CIG. 4713[e] (1), CIG. 4714, melius ap. Lepsium Denkmäler aus Aegypten Abth. VI (vol. XII) fol. 75 n. 24 (2). Aut idem aut, quod magis crediderim, alius eiusdem nominis memoratur VI 31865 (= Borghesi opp. 3, 236 = Huebner ex. scr. 328) (3). Fortasse ad eum pertinet VI 259 (4).*

Similis *Dio, vit. Hadr., t. 4,* Sulpicius Similis *t. 3, fragm. Vat. 233;* Γάιος Σουλπίκιος Σίμιος *t. 2,* Sulpicius Simius *t. 1,* Σίμμιος *papyrus nunc Berolinensis (Urk. aus d. königl. Museen n. 140 v. 10), ubi hunc significari vidit Paulus Meyer. Apparet cognomen Latinum a scribis Aegyptiacis sermoni Graeco adaptatum esse (minus recte ut puto W. Schwarz Jahrb. f. class. Phil. 1895 p. 640 diversum putat Simium a Simile).* — Iam cum centurio militaret, a Traiano in honore habitus (a Traiano intro vocatus ante praefectos praetorio) *Dio 69, 19 (exc. de virt., Xiph., Zonar. 11, 24); exc. de sententiis, Dio ed. Dindorf V p. 203.* Praefectus annonae: rescriptum Traiani ad eum de immunitate pistorum citat *Ulpianus de officio praetoris tutelaris (fr. Vat. 233).* Praefectus Aegypti anno Traiani duodecimo (108/9) *t. 1. 2;* ad eum *(praefectum Aegypti sine dubio)* data epistula Traiani *papyrus Berolinensis (cf. supra).* Praefectus praetorio *Dio l. c.,* sub Traiano, collega Caelii Attiani; successor ei ab Hadriano datus Septicius Clarus *vit. Hadr. 9, 3–5* (invitus praefecturam accepit et libens deposuit *Dio;* praefectus praetorio factus ab Hadriano *exc. Salm.*). Ruri postea degit annos septem, donec mortuus est *Dio l. c. (Zonar. l. c.).*



Digitized by Google

Quid monumento inscribi iusserit *Dio l. c. (Zon. l. c.); exc. de sent. l. c. p. 204, exc. Salmasiana inter fragmenta Ioannis Antiocheni ap. Müller fr. hist. Graec. IV p. 581 n. 114, Cedrenus I p. 438 ed. Bonn., alii (quot annos vixerit, non rettulit Dio; recte enim* βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά *exc. de virt. Xiph. Zon.; minus recte* βιοὺς ἔτη πεντήκοντα *exc. de sent., exc. Salm.;* ἔτη ος΄, *quod in libris quibusdam Cedreni repperiri rettulit Leunclavius, ex* ἔτη τόσα *corruptum iudicat Boissevain); cf. schol. ad. Pers. sat. 2, 1, ubi eadem inscriptio refertur, sed sine Similis mentione.* — Genio Similis (*fortasse huius*); *dedicatus t. 4.*

736 SEX. SVLPICIVS TERTVLLVS *(sic X 7845. XIV 2410; plerumque nude* Tertullus; Tullus *fasti Hydat.),* consul ord. a. 158 cum Q. Tineio Sacerdote *fasti.*

737 Sulpicius Trio: *eius liberta in t. Tusculano XIV 2737. Videndum num fuerit homo nobilis.*

738 SVLPICIA, Ser. Sulpicii Galbae filia, statuis honorata ab Atheniensibus *CIA. III 869. 870.* Eiusdem liberta *VI 27005. Sororem fuisse Ser. Galbae imperatoris, filiam Ser. Sulpicii Galbae consulis a. 749 coniecit Borghesius opp. 5 p. 147.*

739 Sulpicia, Servi filia *(sic Tibull. III 16 [IV 10], 4):* de eius et Cerinthi amore *carmina cum Tibullianis tradita, Tibull. III 8 (IV 2) seq. (partem carminum ab ipsa Sulpicia compositam esse statuit O. Gruppe roemische Elegie 1, 1838 p. 49, quem sequuntur plerique).* Ad Messalam *(M. Valerium Messalam Corvinum ut videtur, fortasse avunculum suum, cf. infra)* verba facit, vel verba faciens inducitur *Tib. III 14 (IV 8) 5. Filiam fuisse Valeriae Messalarum sororis, quam amisso Servio viro non amplius nupsisse tradit Hieronymus adv. Iovinianum 1, 46, et Ser. Sulpicii Rufi, quem adulescentem memorat Cicero pro Muren. 26, 54 et alibi, coniecit Haupt Herm. 5, 34 = opusc. 3, 503.*

740 Sulpicia, uxor Caleni, in quorum felix coniugium scripsit Martialis *epigr. 10, 38 cf. 10, 35. 21; Apoll. Sidonius carm. 9, 262.* Carmina eius parum pudica *Martial. 10, 35; Sidonius l. c.;* versus ex eis affertur *schol. ad. Iuv. sat. 6, 537 (Prob. Vallae). Extat sub Sulpiciae nomine carmen, quo haec inducitur querens de temporibus Domitiani (ap. Buecheler in editione Persii et Iuvenalis app., Baehrens poet. Lat. min. V p. 93 seq.), sed quod videtur multo postea demum conscriptum esse; cf. Teuffel Litt. 323, 7.*

741 SVLP(ICIA) DRYANTILLA AVGVSTA *nummi in Pannonia reperti, ap. Eckhel 7, 463, Cohen ed. 2 t. 6 p. 11, Th. Rhode arch. ep. Mitth. 16, 1893 p. 236 seq tab. IV = Wiener numism. Zeitschr. 25 (1894) p. 421 seq. tab. V. — Coniux videtur fuisse imperatoris Regaliani (supra C 2), cf. Eckhel l. c.; Rhode arch. ep. Mitth. l. c. p. 241, num. Zeitschr. p. 426.*

742 SVLPICIA GALBILLA, C. f.: *a duabus feminis huius nominis, sororibus ut videtur, positus t. urbanus VI 9754. Sine dubio feminae nobiles; fortasse filiae C. Sulpicii Galbae consulis a. 22.*

Digitized by Google

743 SVLPICIA PLATORINA C. f., Cornelii Prisci uxor *t. primarius sepulcri extructi trans Tiberim a C. Sulpicio Platorino, M filio, decemviro stlitibus iudicandis (supra n. 729), Notizie degli scavi 1880 p. 129 = Bull. comun. 1880 p. 136 n. 385. Filiam fuisse huius Platorini, ut is sepulcrum aedificaverit sibi et filiae, possis conicere; sed recte monuit Lancianius (Notizie p. 130) Platorinum videri defunctum esse adulescentem, coniecitque intellegi consobrinam eius aliquam. — Ad eandem Sulpiciam Platorinam refert Lancianius titulum urnae in eodem sepulcro repertae, ex quo supersunt haec:* Su...... rinae (*Notizie p. 132 = Bull. com. p. 137 n. 390*).

744 SVLPICIA PRAETEXTATA C. f. (*patris praenomen ex fistula plumbea*), uxor (M. Licinii) Crassi (*consulis a. 64, occisi inter annos 66 et 68) Tac. h. 4, 42; fistula plumbea urbana, ap. Lancianium syll. aq. n. 518.* A. 70 parata necem mariti ulcisci *Tac. l. c.*; quattuor eorum liberi *Tac. l. c.* (*inter quos videtur fuisse Praetextata, supra L 189; fortasse filius eorum etiam Scribonianus Camerinus, supra n. 205*).

745 Sulpicia Triaria, C. f., *fistula plumbea Romae rep., Notizie degli scavi 1887 p. 177. Nomen videtur indicare feminam nobilem.*

— C. Iulius Super.

— Valerius Super.

— Mamilius Superstes.

— SEIVS SVPERSTES.

746 SVRA proconsul Siciliae: eius piscator quidam mirum in modum similis *Plin. h. n. 7, 55* (*inde Solin. 1, 83*) (*eundem praetorem sive proconsulem nomine non posito memorat Val. Max. 9, 14 ext. 3*). *Videtur vixisse temporibus Augusti vel Tiberii, cf. Klein, die Verwaltungsbeamten I p. 103.*

— ACCIVS SVRA.

— Aemilius Sura.

— M. IVLIVS SVRA MAGNVS ATTALIANVS.

— L. LICINIVS SVRA.

— Mamilius Sura.

— Manlius Sura.

— Q. MARCIVS BAREA SVRA.

— Q. MVTILL[IVS] SVRA ACCIANVS NEPOS.

— Palfurius Sura.

— M. PALFVRIVS SVRA.

— M. Petronius Sura.

— M. PETRONIVS SVRA MAMERTINVS.

— M. PETRONIVS SVRA SEPTIMIANVS.

747 SVRDINIVS GALLVS cum Carthaginem domicilium transtulisset, ordinis senatorii exuendi causa, a Claudio in urbem revocatus est (a. 47) *Dio 60, 29* (*Zonar. 11, 9*).

748 SVRDIN[IA] ..... clarissima femina *t. Vagensis Africae VIII 1223 cf. VIII S. 14387.*

749 Surdinus, 'ingeniosus adulescens', declamabat apud Cestium Pium; ab eo Graecae fabulae eleganter in sermonem Latinum conversae sunt *Seneca suas. 7, 12.* Quid dixerit Votieno Montano *id. controv. 7, 6 (21), 12. Fortasse L. Naevius Surdinus consul suffectus a. 30 (supra N 12).*

— M. CAMILLIVS SVRD....

— L. NAEVIVS SVRDINVS.

750 Surena (ἀρχῆς τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα *Zosim. 3, 15*), Parthus, a. 36 Tiridaten a Romanis in regnum Parthiae missum Ctesiphonte, 'multis coram et adprobantibus', 'insigni regio evinxit' *Tac. a. 6, 42 (id ius fuisse generi Surenarum narrat Plut. Crass. 21). Alii Surenae* ('potestatis secundae post regem' *Ammian. 30, 2, 5*) *Liv. per. 106, Plut. Crass. 21 seq., Dio 40, 16, Oros. 6, 13, 3 cet.; Ammian. 24, 2, 4 seq., Zosim. 3, 15 seq.; Menander Prot. fr. 11. 36 ap. Müller fr. h. Gr. 93. IV p. 211. 238 cet.*

— M. IVVENTIVS SVRVS PROCVLVS.

— MEVIVS SVRVS.

751 Susagus: ab eo Callidromus Laberii Maximi *(L 4)* servus in Moesia *(fortasse cum dominus Moesiam regeret)* captus; is servus deinde a Decebalo muneri missus regi Parthorum *Plin. ep. ad Trai. 74. Fortasse dux Decebali, vel rex nationis cuiusdam Moesiam infestantis (Mo. ind. Plin.).* — Sugasis (*sic, non* Susag-) *nomen reperitur in t. Alpino V 4927.*

— POSTVMIVS SYAGRVS.

752 Syllaeus, Arabs, regis Obodae procurator (Obodae regis Arabum ἐπίτροπος *Ioseph. bell. 1, 24, 6,* ὁ τῶν Ναβαταίων ἐπίτροπος *Strabo 16 p. 780,* ὁ διοικητής sc. regis Arabum *Nicolaus Dam., qui nomen non ponit*); ei rex Obodas cuncta commisit *Strabo 16 p. 781, Ioseph. ant. 16, 7, 6 cf. 16, 9, 1.* Aetate floridus *Ioseph. ant. 16, 7, 6.* A. 729/730 comes expeditionis, quam C. Aelius Gallus duxit in Arabiam Felicem *Strabo 16 p. 780 seq.*, quae eius culpa ac proditione infelix evasit *Strabo l. c., 17 p. 819 (sed cf. Mommsen Roem. Gesch. V p. 608 not. 2).* Ab Herode Salomen sororem in matrimonium petit, sed non obtinet *Ioseph. ant. 16, 7, 6 cf. 16, 10, 5. 17, 1, 1. 17, 5, 7, bell. 1, 24, 6. 1, 27, 1. 1, 28, 6.* Exinde inimicus Herodis; latrones, quos regno eiecerat Herodes, recipit *Ioseph. ant. 16, 9, 1 seq.* Ipse Romam profectus *ib. 16, 9, 2,* Augustum incitat in Herodem *ib. 16, 9, 3.* Interea mortuo Oboda regnum Arabiae sibi ipse quaerit *ib. 16, 9, 4.* Iussu Herodis Nicolaus Damascenus Romam profectus iram Caesaris vertit in Syllaeum *ib. 16, 10, 8.* Ab Augusto capitis damnatur, sed domum remittitur, ut prius aes alienum solveret *ib. 16, 10, 9; cf. Nicolaus Damascenus l. c.* Cum id non fecisset, tamen Romam redit; ibi eadem quae antea ab Nicolao, iam ei obiecta ab Antipatro Herodis filio *Ioseph. ant. 17, 3, 2, bell. 1, 29, 3 cf. 1, 31, 2;* alia crimina eius nuntiata ab

Areta Obodae successore *Ioseph. ant. l. c., bell. 1, 29, 3* (interfectus ab eo Sohaemus *ant. l. c., bell. l. c.* Fabatus Caesaris διοικητής e medio sublatus *ant. l. c. cf. bell. l. c.;* etiam Pherorae Herodis fratri mortis causa extitisse dicebatur *ant. 17, 4, 1, bell. 1, 30, 1*). Propter scelera supplicio affectus ab Augusto *Nicol. Damasc. exc. de ins. (fragm. hist. Graec. III p. 351, 5 ed. Müller); Strabo 16 p. 782.*

753 Symmachus, medicus *Martial. 5, 9, 2. 6, 70, 6. 7, 18, 10.*

— AVRELIVS SYMPHORVS.

— Cocceius Iulianus Synesius.

— M. Annius Syriacus. *V. Add.*

— Vallius Syriacus.

754 Syrus: rescriptum Severi Alexandri ad eum, a. 222 *cod. Iust. 3, 42, 2. 9, 2, 2. 9, 35, 1. Videtur fuisse magistratus aliquis.*

# T

1 Tacfarinas, Numida, in castris Romanis auxiliaria stipendia meritus, postea cum signa Romana deseruisset, latronum dux, postremo populares ad defectionem concitavit *Tac. a. 2, 52;* dux Musulamiorum *ib.* A. p. Chr. 17 fusus a Furio Camillo proconsule *ib.*, bellum renovat a. 20 *ib. 3, 20,* in deserta pellitur ab Apronio Caesiano *3, 21 (cf. CIL. X 7257),* redit in provinciam *3, 32,* legatos mittit ad Tiberium sedem sibi atque exercitui suo postulans *3, 73.* Victus a Iunio Blaeso proconsule *ib. c. 74,* frater eius capitur *ib.* Accusati complures e Romanis, tamquam frumento cum iuvissent *ib. 4, 13.* Anno demum 24 a Cornelio Dolabella apud Auziam acie victus, ipse pugnans occiditur *ib. 4, 23–26; cf. Victor Caes. 2, 3.*

— Iul(ius) Tacitianus.

— A. CAECINA TACITVS.

— IMP. CAESAR M. CLAVDIVS TACITVS AVGVSTVS.

— Cornelius Tacitus.

— P. CORNELIVS TACITVS.

— M. HERENNIVS FAVSTVS [TI.] IVLIVS CLEMENS TADIVS FLACCVS.

2 SEX. TADIVS LVSIVS NEPOS PAVLLINVS. *T. agri Aequicolani vel Sabini IX 4119 (1); memoratur in Macedonico III S. 7316 (2).* Sex. Tadius Lusius Nepos Paullinus *t. 1,* Tadius Nepos *t. 2.* Sex. f., tribu Vol. *t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis quartae Flaviae fidelis, quaestor provinciae Ponti et Bithyniae, aedilis curulis, praetor candidatus *t. 1.* Legatus pro pr. provinciae Macedoniae *t. 1. 2.* Legatus pro pr. provinciae Asiae *t. 1.* Praefectus frumenti dandi *t. 1.* Legatus pro pr. provinciae Africae *t. 1.* Proconsul provinciae Cretae Cyrenarum *t. 1.* Octovir iterum quin-

Digitized by Google

quennalis (Trebulae?) *t. 1.* Uxor Mulvia Placida *t. 1. 2.* Sepultus in agro Sabino vel Aequiculano *t. 1.*

— C. FVFIVS IVNIVS TADIVS MEFITANVS.

3 Talarius, comes pueri Gai a. p. Chr. 14 *Suet. Gai. 8.*

4 Talius Geminus *(nomen gentilicium iure suspectum)*, a. 62 Fabricium Veientonem accusavit *Tac. a. 14, 50. Cf. infra sub Tullio Gemino.*

— CN. BAEBIVS TAMPILVS VALA NVMONIANVS.

5 L. TAMPIVS FLAVIANVS. *Fragmentum t. Fundis reperti, quod ad hunc rettulit Mommsen, X 6625. — Tria nomina act. Arv. anni 69;* Tampius Flavianus *IV 2560, Frontin. aq. 102, Tac. h. 3, 4,* T. Ampius Flavianus *ib. 3, 10,* Titus Amplius Fabianus *ib. 2, 86,* Flavianus *Plin., Tac. h. 3, 11. 5, 26, ...* [F]lavi .... *superat in t. Fundano, sed in fine eiusdem extat nomen L. Tampii Rufi.*

Consul *t. Fundanus*, suff. a. inc. *(fortasse circa annum 46 quo collega eius in altero consulatu, Pompeius Silvanus, consul primum fuerat).* Proconsul Africae *Plin. h. n. 9, 26 (= Solin. 12, 8),* procos. p[rov.] .... *t. Fundanus, sub Claudio vel Nerone;* non multum ante quam scripsit Plinius ('intra hos annos') *Plin. (eius legatus videtur fuisse Octavius Avitus, de quo a Plin. ep. 9, 33, 9 eadem res narratur quae de Flaviano proconsule Plin. h. n. l. c.).* Iam senex *Tac. h. 2, 86. 3, 4,* legatus consularis pro pr. Pannoniae *ib. (a Nerone puto vel Galba factus),* [leg. Au]g. pro pr. Pann[oni]arum(?) *t. Fundanus.* 'Coeptante legionum motu profugus' Pannoniam reliquerat, in Italiam se contulerat *Tac. h. 3, 4.* A. 69 d. 26 Febr. cooptatus inter frater Arvales in locum Galbae *act. Arv.* Reversus in Pannoniam legati nomen resumpsit cupidine rerum novarum *Tac. h. 3, 4.* Militibus suis, Vespasiani partes secutis, suspectus, utpote propinquus Vitellii *Tac. h. 3, 4. 10;* ad exitium ab eis expostulatus, aegre ab Antonio Primo protegitur; deinde Vespasiani litteris discrimini eximitur *ib. 3, 10. 11.* Ob res in Pannonia gestas ('opsidibus a Tran[sdanuvianis acceptis, lim]itibus omnibus ex[ploratis, hostibus ad vectig]alia praestanda [adactis]', *supplevit Momms.*) triumphalibus ornamentis honoratus *t. Fundanus. (Ab eo, ut coniecit Henzen ann. inst. 1855 p. 28 nomen accepit ala prima Pannoniorum Tampiana, quae memoratur in diplomate militari in Britannia reperto, III p. 864, item III 4466. 5531. 5632).* Curator aquarum ab a. 73 ad a. 74 *Frontin. aq. 102.* Consul suff. (II) cum Pompeio Silvano II *amphora Pompeiana IV 2560 (anno 74 vel non multo postea).* — Dives *Tac. h. 2, 86.* Memoratur *Tac. h. 5, 26.*

6 L. Tampius Rufus, propinquus ut videtur eius qui praecedit *(quippe in eodem t. memoratus) t. Fundanus X 6225. Rufus aliquis, amicus Ovidii (supra R 131), Fundanus fuit, ut monuit Mommsen.*

7 Tanais, 'ut quidam aiunt Maecenatis libertus, ut nonnulli L. Munatii Planci; spado' *Porphyr. ad Horat. sat. 1, 1, 105 cum ipso Horatio.*

8 Tandasis *(sic traditur; pro* Τανδάσιδος *Casaubonus coniecit* Ἄνδρωνος, *cf. vit. Marc. 2, 2),* Marci magister *Marc. Aurel. 1, 6.*

9 Tannonius Pudens, causidicus, egit pro Sicinio Aemiliano adversus Apuleium artis magicae accusatum *Apulei. apol. c. 4 cf. 13. 17. 30. 33. 46.*

— C. APPVLEIVS TAPPO.

— T. TITIVS TAPPO.

10 Tarautas (Taras *Zonar.*), gladiator, homo turpissimus: eius nomine Caracalla post mortem appellari solitus *Dio 78, 9 (Zonar. 12, 13) cf. 78, 10. 11. 13. 15. 17. 18. 20. 21. 26. 27. 28. 31. 32. 36; 79, 3.*

11 Tarbus *(sic traditur),* regulus nescio cuius gentis barbaricae, in Daciam venit argentum postulaturus *Dio 71, 11 (exc. de leg.).*

12 Tarcondimotus (Ταρκόνδημος *Plut. Ant. 61*), Tarcondimoti, reguli Ciliciae *(defuncti a. 723, Dio 50, 14)* filius *Dio 54, 9,* Philopatoris frater *Dio 51, 2. 7;* ei regnum paternum paene totum restituit Augustus a. 734 *Dio 54, 9. Ad domum hanc regiam pertinent tituli quos Hieropoli in Cilicia repprerunt Heberdey et Wilhelm (Reisen in Kilikien [Denkschr. der kaiserl. Akad. d. Wiss., Wien, phil.-hist. Cl. 44, 1896 VI] p. 28 n. 63–66). Pater videtur Philopatoris defuncti a. p. Chr. 17 (P 282).*

13 TARIVS GRATIANVS praetura functus, a. p. Chr. 36 lege maiestatis extremum ad supplicium damnatus *Tac. a. 6, 38. Filius fortasse eius qui sequitur (Nipperdey).*

14 L. TARIVS RVFVS. L. Tarius Rufus *Plin. (item V 8112, 78),* Tarius Rufus *Frontin.,* Λούκιος Τάρριος *Dio 50, 14,* Tarius *Seneca; in consulatu* L. Tarius *fasti Biondiani,* L. Ta.... *fasti Colotiani.*

Infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritus (sub Augusto) *Plin. h. n. 18, 37.* A. 723 apud Actium parti navium Caesarianarum praeest *Dio 50, 14 (omnino diversus L. Rufus, Dio 47, 31).* Consul suff. a. u. c. 738 *fasti Biondiani et Colotiani (CIL. I² p. 64. 65).* Ingentes divitias *(cf. Seneca de clem. 1, 15, 4)* liberalitate divi Augusti congestas exhausit agris in Piceno coemptis et quam optime cultis *Plin. l. c.* Filium adulescentulum, in parricidio deprehensum, de consilii sententia, cuius particeps fuerat Caesar Augustus, relegavit Massiliam *Seneca de clem. 1, 15.* — Curator aquarum ab a. u. c. 776 (p. Chr. 23) ad 777 (p. Chr. 24) *Frontinus aq. 102 (nisi hic est diversus a consule anni 738, scilicet filius eius).* — *Fortasse huius* L. Tari Rufi *amphora musei Estensis V 8112, 78.* — *Diversus puto* L. Tarius Rufus *XII 1872; nec magis huc pertinent Tarii III 2877. 2878 (quamquam ob hos titulos origine Dalmatinum fuisse Tarium Rufum statuit Borghesius opp. 7, 205).*

15 TARIVS TITIANVS (Ταπ- *pro* Ταρι- *primus editor, male*), proconsul Asiae sub Severo et Caracalla Augustis *(fortasse anno 202 vel 203, nam praeter Getae nomen etiam Plautillae videtur fuisse in t.) t. extans in Phrygia loco dicto Iarisli, ubi fuit Tacina, CIG. 3956ᵇ, melius ap. Ramsay et Smith Journal of hell. studies 1887 p. 231.*

— Sp. Maecius Tarpa.
— L. COELIVS TARPHINVS (?).
— P. SEXTIVS LIPPINVS TARQVITIANVS.
16 Q. TARQVITIVS CATV[L]VS legatus Aug. *(legionis puto) t. Coloniae Agrippinae rep., Brambach 331.*
17 Tarquitius Crescens, centurio in exercitu Armeniaco sub Caesennio Paeto a. 62 *Tac. a. 15, 11.*
18 M. TARQVITIVS CRISPVS FRONTO (Tarquin- *pro* Tarquit- *alterum apographum*), c. [i.] (c. l. *alterum apographum*), triumvir capitalis *t. Sutrinus XI 3253 bis ut videtur descriptus.*
19 Tarquitius Priscus (*sic Macrob. sat. 3, 20, 3, praeterea* Tarquitius) qui de Etrusca disciplina scripsit *Plin. h. n. 2, 1. 11 cf. Ammian. Marc. 25, 2, 7; Lydus de ost. 2;* liber eius transcriptus ex ostentario Tusco *Macrob. sat. 3, 7, 2 cf. 3, 20, 3;* Tarquitius 'de illustribus viris disserens' *Lactant. inst. 1, 10. Aetas incerta; fortasse Augusto antiquior. Cf. Teuffel Litt. § 158, 2. Ad hunc rettulit Bormann t. fractum Tarquiniis rep. XI 3370, ubi ex nomine extat* ... itius M. [f.], *postea memoratur* Priscus, *cf. Bormann arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 11, 1887 p. 96.*
20 M. TARQVITIVS PRISCVS *(tria nomina in nummis;* Tarquitius Priscus *vel* Tarquitius *Tac.).*

Legatus provinciae Africae Statilio Tauro proconsule *Tac. a. 12, 59;* quem repetundarum accusavit *ib. cf. 14, 46;* sed ipse quoque curia exactus *ib. 12, 59 (ceterum mox restitutum eum esse apparet).* Proconsul Bithyniae imperante Nerone *nummi Nicaeni, ap. Eckhel II 402, Mionnet Suppl. V 82, 414–416, Brit. Mus. catal. Pontus Bithynia cet. p. 154 n. 15,* paullo ante 61 *Tac. a. 14, 46;* quo anno repetundarum accusatus et damnatus *ib. — Plane incertum num ad hunc vel ad aliquem ex eis qui praecedunt pertineat tegula Praenestina* M. Tarqui[ti] *XV 2355.*
21 .. [T]arquitius Rufus, pater ut videtur Sextii Tarquitiani *(supra n. 477) XIV 4005 cf. sub filio.*
— MARCIA TARRIA PLOTINA.
— APPIVS CLAVDIVS TARRONIVS DEXTER.
22 Q. [T]ARRONIVS FELIX DEXTER, Q. f., tribu Fab., clarissimus vir; aedilis curulis designatus *t. Allifanus IX 2339.*
23 *Q. E. G. L. L. TARRONIVS PISONINVS, clarissimus vir, nobili genere natus, Graecis ac Latinis litteris eruditus; filius Q. E. G. Perpetui viri clarissimi; vixit annos XVIII, menses X, dies XXII *t. Allifanus semel tantum descriptus IX 2340.*
— .... NIVS TINEIVS TARRVT(ENIVS) .... ATTICVS.
24 Tarrutenius *vel* Tarrutenus Paternus. Πάστερνος Ταρρουτήνιος *et deinde* Πάτερνος *Dio 72, 5 (exc. Peiresc.),* Tarruten(ius) Paternus *vit. Comm. 4, 1,* Tarruntenus Paternus *Dig.,* Ταρρούτιος Πάτερνος *Dio 71, 12, prae-*

Digitized by Google

*terea* Paternus. — *Alii Tarrutenii:* Tarrutenius Maximilianus *VI 1767*, P. Tarruten(ius) Cogitatus *V 8116, 55*, Taruteni(us) Ianuarius *III S. 10910*, P. Tarrutenius Proculus *III 3565;* P. Taruttienus Pa..., Taruttien[a]... *VI 27118.*

M. Aurelio ab epistulis Latinis; imperatorem comitatus ad bellum Germanicum, circa a. 171 *(cf. Domaszewski ap. Petersen die Marcus-Säule p. 113)* missus ad Cotinos, ut una cum eis adversus Marcomanos bellum gereret, decipitur ab eis *Dio 71, 12 (exc. de leg.).* A. 179 cum magna manu missus adversus barbaros, eos vicit, ob quam rem M. Aurelius imperator decimum appellatus *Dio 71, 33 (iam tunc videtur fuisse praefectus praetorio).* Praefectus praetorio sub Commodo *Dio 72, 5. 9, vit. Comm. 4, 1. 14, 8* (iam a. 180 *vit. Comm. 14, 8*); collega Perennis *Dio 72, 10.* Conscius coniurationis Quadrati et Lucillae in Commodum, item auctor caedis Saoteri *vit. Comm. 4, 1. 7.* Instigante Tigidio per laticlavi honorem a praefectura summotus *vit. Comm. 4, 7*, inter consulares allectus *Dio 72, 5;* a Perenne collega subversus *Dio 72, 10.* Post paucos dies *vit. Comm. 4, 8*, insimulatus coniurationis; obiectum ei, ideo filiam eius promissam filio Salvii Iuliani, ut in Iulianum transferretur imperium; interfectus *vit. Comm. l. c.; Dio 72, 5.* Scripsit militarium sive de re militari libros quattuor *Dig. ind. Flor. et 49, 16, 7. 50, 6, 7 (6) cf. 49, 16, 12, 1.* (Paternus ἐν πρώτῳ τακτικῶν *Lydus. de mag. 1, 9;* 'diligentissimus iuris militaris adsertor' *Veget. r. m. 1, 8*). *Cf. M. Schanz Herm. 16, 1881 p. 137 seq.*

25 Tarutenia *(sic)* Paulina: Fortunae eius dicatus *t. regionis Praenestinae, quem ed. Tomassetti bullettino comunale 1892 p. 355. Fortasse femina nobilis.*

26 Tarsa, Thrax, inter duces rebellionis a. 26 *Tac. a. 4, 50.*

27 *Tascus *(sic codex antiquissimus,* Cascus *recentiores)*, maritus Rectinae alicuius, quae a. 79 villam sub Vesuvio possidebat *Plin. ep. 6, 16, 8. Nomen omnino corruptum; de Basso, scilicet Caesio Basso, cogitaverunt nonnulli, cf. supra sub Caesio Basso (C 149).*

— TATIVS TITIANVS *v.* Tarius Tatianus.

28 C. Tattius Maximus. *Memoratur in titulis urbanis VI 222 (1), Bull. comunale 1885 p. 151 = VI 31150 (2), Bull. l. c. p. 153 = VI 31151 (3), VI 31152 = Dessau inscr. sel. 2183 (4), fortasse etiam VI 31147 = Dessau l. c. 2182 (5). Praeterea fortasse huius tegulae in Paelignis rep., IX 3303 (6).* C. Tattius Maximus *t. 1*, C. Tati(us) Max(imus) *t. 6*, Tattius Maximus *t. 3. 4* (T. Attius Maximus *editum est t. 2*), Tatius Maximus *vit. Pii 8, 7;* Alerius Maximus *t. 5.*

Tribunus equitum singularium a. 142 *t. 2*, a. 143 *t. 3*, a. 145 *t. 4, fortasse iam anno 139, si statuere licet in t. 5 errore* Aleri- *incisum esse pro* Tatti-. A. 156 praefectus vigilum *t. 1.* Praefectus praetorio, successor M. Gavii Maximi, anno 158 ut videtur *vit. Pii 8, 7.*

— Claudia Taurilla.

29 TAVRINVS Alexandro imperante Augustus effectus ob timorem ipse se Euphrate fluvio abiecit *Victor epit 24*; Taurinus, tyrannus (sub Elagabalo) *Polem. Silvius laterc. (ap. Mommsen chron. min. I p. 521). Cf. supra sub L. Iulio Aurelio Sulpicio Uranio Antonino (I 125) sub fin.*

— Bl[a]esius Taurinus.

— EGNATIVS TAVRINVS.

— Modestus Taurinus.

— [STAT]ILIVS CASSIVS TAVRINVS.

30 ... DIVS TAVRVS tribunus laticlavius legionis tertiae Augustae (ante Gordianum) *t. Lambaesitanus VIII 2774.*

31 ... ODONIVS TAVRVS clarissimus vir *fistula aquaria, quam ed. Lancianius Notizie degli scavi 1880 p. 128, syll. aq. n. 493. 593, nobis descripsit Dressel.*

32 ... cianus Tau[rus], centurio qui Macrinum interfecit *Dio 78, 40 (locus mutilus).*

— Ant(onius) Taurus.

— Calvisius Taurus.

— IVL(IVS) TAVRVS.

— SEX. PACVVIVS TAVRVS.

— T. PETRONIVS TAVRVS VOLVSIANVS.

— M. RAECIVS TAVRVS.

— SISENNA STATILIVS TAVRVS (= T. STATILIVS SISENNA TAVRVS ?).

— T. STATILIVS TAVRVS.

— T. STATILIVS TAVRVS CORVINVS *v.* TAVRVS STATILIVS CORVINVS.

— [VALERIVS] TAVRVS ASIATICVS.

— Taurus Canin[ius] *v.* Canin-.

— TAVRVS STATILIVS CORVINVS *v.* Statil-.

33 Tausius, unus e Tungris *(ex equitibus singularibus imperatoris opinor)*, a. 193 inter milites seditiosos de castris in Palatium profectos, primus Pertinacem hasta adortus est *vit. Pert. 11, 9.*

— C. BELLICVS NATALIS TEBANIANVS.

— C. BELLICIVS (*sive* BELLICVS) TORQVATVS TEBANIANVS.

34 P. TEBANVS P. f, decemvir stlitibus iudicandis *t. agri Sabini IX 4518 (incertum num plene descriptus; fieri potest ut cognomen aliaque perierint). Fortasse idem qui sequitur.*

35 P. TEBANVS GAVIDIVS LATIARIS P. f., tribu Quir., (decemvir stlitibus iudicandis *IX 4518, si vere hic non diversus*), quaestor divi Claudii, tribunus plebis, praetor, per omnes honores candidatus Augustorum *t. fortasse ad agrum Sabinum potius quam ad Aveiam Vestinorum pertinens IX 3602. Fortasse non diversus ab eo qui praecedit. Aliqua parentela coniunctus cum Marcia Claudia Alcia Athenaide Gavidia Latiaria, Herodis Attici et Regillae filia, ut ostendunt Gavidii et Latiaris nomina.*

Digitized by Google

— CL(AVDIVS) TEBENS.

36 *Q. Tedius, homo luxuriosus sub Augusto *Tac. a. 1, 10 (traditur* que tedii, *vix recte Q. Tedii praeterea ignoti nomen introduxit Brotierius, cf. Nipperdey ad Tac. l. c. et Hirschfeld Herm. 24 p. 104).*

37 TEDIVS AFER cum esset consul designatus, Augusti minis territus, mortem sibi conscivit *Suet. Aug. 27 (temporibus triumviratus ut videtur). Hunc esse Uttiedium Afrum, augurem, consulem designatum, memoratum in t. agro Tiburtini XIV 3615, coniecit Borghesius opp. 8 p. 8, cf. infra sub Uttiedio Afro.*

38 SEX. TEDIVS (*sive* TEIDIVS) VALERIVS CATVLLVS (Sex. Tedius Val[e]r[ius] Cat[ul]lus *XIV 2466, ubi non recte antea edebatur* Sex. Tedius Catullinus; Sex. Teidius Catull. *fasti Nolani,* Sex. Teidi[us] *fasti Arval.,* .... [C]atul... *fasti Vallenses*), consul suff. a. 31 ex d. VII id. Mai usque ad kal. Iun., una cum Fausto Cornelio Sulla *fasti Nolani (X 1233), fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71), fasti Vallenses (ib. p. 240); XIV 2466. Fortasse non diversus ..* Valerius Catull(us) co[s.] *XIV 2095, cf. infra sub Valeriis Catullis.*

39 [Poll]a(?) Teidia, Sex. f., uxor Licini cuiusdam *VI 21363. Filiam esse eius qui praecedit coniecit Borghesius opp. 5, 336; mihi videtur t. paullo antiquior esse.*

40 TEIA RVFINA virgo Vestalis *VI 27132ᵃ. 27133. 27134.*

— TI. CL(AVDIVS) AVRE(LIVS) TELEMACHVS.

— TI. CLAVDIVS TELEMACHVS.

— C. Licinius Telemachus.

41 Telephus, mulieris servus nomenclator, in Augustum coniuravit *Suet. Aug. 19.*

42 Telephus (talephus *traditur vit. Veri*), Pergamenus *Aelian. nat. anim. 10, 42, Suid. s. v.* Τήλεφος, grammaticus *Galen. 6, 333. 379 Kühn, vit. Veri 2, 5, Suid. l. c.* Eum audiit Verus imperator *vit. Veri 2, 5.* Citatur *Aelian. l. c.* Corpore imbecillo; nihilominus vitam ad centesimum paene annum protraxit *Galenus de sanitate tuenda lib. V (vol. 6 p. 333. 379 Kühn).* Scripta eius enumerat *Suidas s. v.*

— LVCCIA TELESINA.

— C. LVCCIVS TELESINVS.

— Faenius Telesphorus.

43 TEN[A]GONIA CLAVDIA clarissima femina *t. Veronae extans V 3345 (nomen gentilicium redire videtur in t. in Anaunis reperto ap. Pais n. 715:* Q. Tenagino Maximus).

44 Terentianus, amicus ut videtur Martialis, Syenen regebat circa a. 85 (praefectus cohortis ut videtur) *Martial. 1, 86, 7.*

45 Terentianus, cuius extat liber (sive tres libri fuerunt) de litteris syllabis metris *(Grammat. Lat. ed. Keil 6, 325 seq.):* Maurus *ipse v. 1971, Augustinus de utilitate credendi c. 7, 17 (VIII 77 ed. Migne), de civ. dei 6, 2.* Scripta eius adhibuit *Diomedes p. 498, 6. 503, 16. 19 Keil,*

Digitized by Google

citant *Augustinus de civ. dei 6, 2; Mar. Victor. art. gramm. (Gramm. ed. Keil 6 p. 83, 27); Servius ad Aen. 8, 96 (de his duobus locis cf. Keil G. L. 6 p. 322).* Scripsit iam senior *v. 51.* Filius Bassinus, gener Novatus *ipse v. 283. — De tempore quo vixerit cf. Keil Gramm. Lat. 6 p. 323; G. Schultz Herm. 22, 275 seq., Teuffel Litt. ed. 5 § 373$^a$.*

— POLVS TERENTIANVS.

— C. POMPONIVS BASSVS TERENTIANVS.

— Postumius Terentianus.

— C. VALERIVS TERENTIANVS.

— T. Vibius Postum(i)us Terentia[nus].

— Vulcacius Terentianus.

46 Terentilla, concubina Augusti *Suet. Aug. 69.*

47 Terentius, evocatus, a nonnullis interfector Galbae creditus *Tac. h. 1, 41, Plut. Galb. 27.*

48 M. Terentius, eques Romanus, a. 32 ob amicitiam Seiani accusatus, ita libere se defendit, ut absolveretur *Tac. a. 6, 8. 9, Dio 58, 19.*

49 TERENTIVS AFRICANVS (M[αρ]κι[α]νός *editio prior, minus recte*) legatus pro pr. (ὁ διασημότατος ἡγεμών) provinciae Lyciae et Pamphyliae *t. Sagalassi in Pisidia rep., Bull. de corr. hellén. 1883 p. 268, melius ib. 1887 p. 222.*

50 Terentius Alexander, epistrategus Thebaidis anno 163/4 *CIG. 4831$^b$ (add. p. 1215).*

51 L. TERENTIVS AQVILA GRATTIANVS quaestor provinciae Africae *t. Hadrumetinus VIII 60 = VIII S. 11139.*

52 Terentius Clemens, auctor iuris, scripsit ad legem Iuliam et Papiam (ad leges *ind. Flor.*) libros XX *Dig. ind. Flor.*, adhibitos in Digestis *(locos composuit Lenel paling. iuris civ. 1, 335 seq.)*, certe usque ad duodevicesimum *Dig. 7, 7, 5. 40, 6, 1.* Non antiquior (Salvio) Iuliano, quem citat *Dig. 7, 7, 5. 28, 5, 72 et alibi cf. Fitting p. 16;* ('Iulianus noster' *Dig. 28, 6, 6*) et cuius Digestorum librum LXIV *(Dig. 28, 5, 42. 38, 5, 9. 40, 9, 5)* adhibuit *Dig. 40, 9, 24. 31, unde collegit Fitting Alter d. röm. Juristen l. c., scripsisse eum sub finem imperii Pii, certe post annum 148.*

53 Q. TERENTIVS CVLLEO. *Ex posteris sine dubio Q. Terentii Culleonis, qui a Carthaginiensibus bello Punico secundo captus et a Scipione reductus (Liv. 30, 43, 11 cet.), praetor fuit anno 567 (Liv. 38, 42 cet.). Filius fortasse Culleonis, amici Ciceronis et Pompeii (Plut. Pomp. 49, Cic. ad Att. 3, 15, 5. 8, 12, 5, cf. ad Q. fr. 2, 2, 1), qui vulgo putatur idem ac Q. Terentius pontifex minor anno 696 (Cic. de harusp. resp. 6, 12), vel eius Culleonis, qui anno 711 iussus a Lepido Alpes claudere Antonio transitum dedit (App. b. c. 3, 83), deinde ab Antonio rursus ad Lepidum discessit (Cic. ad fam. 10, 34, 2); nam hunc esse ipsum amicum Ciceronis et Pompeii non credo Borghesio opp. 2, 209. — Tria nomina in nummo.*

Digitized by Google

Proconsul Siciliae sub Augusto *nummus Lilybitanus, quem primus plene legit Borghesius opp. 2, 208, deinde Boutkowski dictionnaire de numism. n. 2624, item Imhoof-Blumer, cf. Klein Verwaltungsbeamte 1, 95 (minus plene Eckhel 5, 323 et alii); sed quod proconsulem fuisse non ante a. 733 statuit Borghesi l. c. p. 209, quod eo anno colonia facta sit Lilybaeum neque antea nummus ille cusus esse possit, id minus recte statutum esse videtur, cf. CIL. X p. 742). — Fortasse hic* Cullio *(sic)*, cuius servus sepultus in monumento Marcellae *VI 4455.* Uxor eius Albia *VI 4483 (fortasse pater ex hac Albiae Terentiae, uxoris L. Salvii Othonis consulis a. 33, Suet. Oth. 1).*

54 Q. TERENTIVS CVLLEO *(sic II S. 5792, item fast. fer. Lat.; in nummo cognomen tantum). Filius ut videtur eius qui praecedit.* Legatus pro pr. Ciliciae (?) sub Tiberio *nummus ap. Vaillant numism. imp. Graec. (1698) p. 7 (inde Eckhel 3, 323, Mionnet suppl. VII 154, 20), item ap. Morellum thesaur. p. 414 fam. Terentia fig. E, inscriptus* ἐπὶ Κουλεῶνος *(sic Vaillant,* Κουλλεῶνος *Morell.)* Αἰγεαίων δήμ., *Aegis Ciliciae tributus a Vaillant, probante Eckhelio.* — Consul suffectus mense Mai. a. 40 *fasti fer. Lat. (CIL. I ed. 2 p. 58)*, cum C. Laecanio Basso *II S. 5792. Huius puto fistulae aquariae in urbe repertae, inscriptae* Q. Terentii Culleonis *Bull. comunale 1883 p. 321.*

55 TERENTIVS GENTIANVS *(sic t. urbanus,* ...ηττιανός *t. Arabicus; in consulatu* Gentianus), vir clarissimus *t. urbanus VI 2144.* Frater Terentiae Flavulae virginis Vestalis *(sub Severo et Caracalla)* maximae *t. urbanus; frater item sine dubio Q. Lolliani Plautii Aviti, qui et ipse frater fuerat Terentiae Flavulae;* patruus Lolliani Gentiani *t. urbanus. Filium fuisse crediderim Q. Hedii Rufi Lolliani Gentiani, qui floruit sub Commodo et Severo, pronepotem D. Terentii Gentiani qui sequitur, cf. stemma propositum supra sub L. Lolliano Avito (vol. II p. 294).* Flamen Dialis *t. urbanus.* Praetor tutelaris *ib.* Legatus pro pr. Arabiae a. 209 *t. Arabicus ap. Waddington n. 2460 (ubi hunc intellegi coniecit Hirschfeld ap. Rohden de Palaest. et Arabia p. 52).* Consul ord. a. 211 cum (Pomponio) Basso *fasti (nam alium Gentianum intellegi vix crediderim, praesertim cum frater eius Q. Lollianus Plautius Avitus vix diversus sit ab Avito consule ord. a. 209).* Uxor Pomponia Paetina *t. urbanus.*

56 D. TERENTIVS GENTIANVS. *Tituli: Dacicus III 1463 (1); Aegyptiacus, carmen incisum in pyramidum una, III 21 = III S. 6625 (2).* — Terentius Gentianus *vit. Hadr., Ulpianus,* ...rentius Gentianus *t. 1,* Decimus Centiannus *traditur t. 2.*

*Fortasse, ut coniecit Mommsen ad t. 2, filius D. Terentii Scauriani, certe ex eius gente.* Tribuuus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor *t. 1.* Legatus Aug. *t. 1 (fortasse legionis).* Comes triumphorum Traiani *t. 2 (videtur igitur legionem duxisse bello Dacico).* Consul *t. 1. 2.* Pontifex *t. 1. 2.* Cens(itor) provinciae Macedoniae

*t. 1* (censor *t. 2*), 'intra sex lustra' i. e. nondum triginta annos natus *t. 2.* Patronus coloniae Sarmizegetusae in Dacia *t. 1.* *(Legatum provinciae Daciae eum fuisse nequaquam colligi potest ex t. 1. 2. Non ad hunc Terentium pertinet t. Dacicus III 1128).* Ei rescripsit Hadrianus a 119 *Ulpianus libro IX de officio proconsulis (coll. leg. Mos. Rom. 13, 3, 1).* Hadrianus (iam senior) eum in summa detestatione habuit, praesertim cnm a senatu eum diligi videret *vit. Hadr. 23, 5.*

57 L. TERENTIVS HOMVLLVS IVNIOR L. f., legatus legionis leg. VII Geminae Felicis *t. Legionensis II 5084 (scriptus ut putat Huebner l. c., medio fere secundo saeculo). Fortasse, ut coniecit Mommsen eph. 5 p. 615 = III S. p. 1962, filius Terentii Strabonis Erucii Homulli consulis a. 83, certe parentela cum eo coniunctus, item cum Terentio Iuniore infra n. 58.*

— Q. RANIVS TERENTIVS HONORATIANVS FESTVS.

58 C. Terentius Iunior (*sic XI 1947*, Terentius Iunior *Plin. ep. 7, 25,* Iunior *ib. 8, 15, item 9, 12, ubi sane optimus codex* Iunius), equestribus militiis functus *Plin. ep. 7, 25, 2.* Procurator provinciae Narbonensis *ib.* Deinde in agros suos se recepit *ib.* *(Huius puto* C. Terenti Iunioris fundus *aliquis memoratur XI 1947, qui fundus videtur pertinuisse ad territorium Perusinum).* Diligens agricola *Plin. ep. l. c. cf. 8, 15,* idem homo eruditissimus *ep. 7, 25, 3 seq.* Plinium apud se hospitio recepit *ib.* Ad eum scripsit Plinius *ep. 8, 15. 9, 12,* libros ei mittit *8, 15,* monet ne filium severius habeat *9, 12, 2.* *Incertum qua parentela coniunctus cum L. Terentio Homullo Iuniore.*

59 Terentius Lentinns, eques Romanus, una cum aliis Domitio Balbo testamentum falsum subdidit; a. 61 lege Cornelia damnatus *Tac. a. 14, 40.*

60 Torontius Maximus, Asianus, imperante Tito Neronem se esse mentitus, multos in Asia sibi conciliavit, plures ad Euphratem *Io. Antiochenus fr. 103 ap. Müller h. Gr. fr. IV p. 578 (exc. de ins.) = Zonar. 11, 18,* postremo ad Parthos se contulit *Io. Antiochenus*, ad Artabanum Parthorum principem (ἀρχηγόν) confugit, qui odio Titi Romam deducere eum parabat *Zonaras*, mox periit *Io. Antiochenus. Ad eandem ut videtur rem respicitur Orac. Sibyllin. 4, 119 seq. 137.*

61 Terentius Maximus, procurator ut videtur Domitiani in Bithynia *Plin. ep. ad Trai. 58.*

62 Terentius Priscus (*duo nomina Martial. 8, 45. 12, 4, praeterea* Priscus), amicus et fautor Martialis *Martial. 8, 45. 12, 4,* conterraneus Martialis *ib. 12, 62, 7 cf. infra.* Redit Romam ex Sicilia *8, 45, 1.* In patriam reversus Martialis tradit ei, et ipsi in Hispaniam reverso, epigrammatum librum duodecimum *Martial. 12 praef. cf. 12, 1, 3; 12, 4; 12, 62. Hic videtur* Priscus quem adloquitur Martialis *6, 18. 7, 46, fortasse etiam 8, 12. 10, 3, 6:* liber eius, quo disputavit, 'quod optimum sit convivium' *ib. 9, 77. Fortasse idem qui sequitur.*

63 Terentius Priscus, cui dedicavit Plutarchus libellum de oraculorum defectu *Plut. mor. p. 409.*

64 A. TERENTIVS PVDE(N)S sodalis Augustalis cooptatus a. 229; in eius locum alius factus a. 230 *VI 1984.*

65 A. TERENTIVS PVDENS VTTEDIANVS (*praenomen perscr.* Olus), legatus Augg. legionis XIII Geminae, legatus Augg. pro praet. [pr]ovinciae R(a)etiae *t. Dacicus III 993.*

66 Terentius Rufus, a. 70 dux exercitus a Tito Hierosolymis relictus *Iosephus bell. 7, 2, 2.*

67 Q. Terentius Rufus, pater Terentiae Rufillae virginis Vestalis *VI 2135.*

68 D. TERENTIVS SCAVRIANVS *Tituli Dacici III 1081 (1). 1443 (2); memoratur in diplomate militari III p. 868 (3). Tria nomina t. 3,* Scaurianus *t. 1. 2.* Legatus pro pr. Daciae a. 110 *t. 3* (sub Traiano *t. 2; in t. 1 nihil adscribitur ad Scauriani nomen*).

69 (Terentius) Scaurinus, grammaticus Latinus, Scauri, qui grammaticus Hadriani fuerat *(Q. Terentii Scauri, eius qui sequitur)* filius, auditus a Vero *vit. Veri 2, 5.* Pater Scaurini, quem audivit Severus Alexander *vit. Alex. 3, 3.*

70 (Terentius) Scaurinus, Scaurini filius, grammaticus, 'doctor celeberrimus', Romae auditus a Severo Alexandro *vit. Alex. 3, 3.*

71 Q. Terentius Scaurus (*tria nomina exhibet Charisius p. 202, 28. 210, 21,* Terentius Scaurus *Gellius, item Plinii codex Riccardianus in indice, praeterea* Scaurus). 'Hadriani grammaticus' *vit. Veri 2, 5 cf. Charisius lib. II p. 209, 12 seq.*, 'divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobilissimus' *Gellius 11, 15, 3.* Eius iudicio iam circa a. 105 Plinius orationem aliquam suam submisit *Plin. ep. 5, 11 (nam alium Terentium Scaurum intellegi non crediderim).* Ut nobilis grammaticus memoratur *Arnob. 1, 59; Auson. epist. 18 v. 27, opusc. 3, 20. Scripta eius citant Gellius l. c., Porphyrio ad Hor. sat. 2, 5, 92, Charisius, Diomedes, alii, extat particula 'de orthographia' de operibus eius sublata, Gramm. Lat. ed. Keil 7 p. 11 seq. Cf. Teuffel Litt. § 352, 1. 2.* — Pater Scaurini grammatici *vit. Veri 2, 5.*

72 TERENTIVS STRABO ERVCIVS HOMVLLVS consul suff. mense Iunio a. 83 cum Tettio Iuliano *dipl. mil. (III S. p. 1962). Cf. supra sub L. Terentio Homullo Iuniore.*

73 TERENTIVS TVLLIVS GEMINVS consul suff. mense Dec. a. inc. cum M. Iunio Silano *(supra I 555) t. urbanus ap. Marinium Arv. p. 72. Cf. infra sub Tullio Gemino.*

74 A. TERENTIVS VARRO MVRENA (*raro* Licinius Murena, L. Murena) consul a. 731. A. T ..... [Var]ro Murena *fasti Capitolini sub a. 731,* A. Terentius Varr. Murena *XIV 2109 (quem titulum sane ab hoc abiudicavit Borghesius opp. 7, 488, antiquiorem iudicans Augusto; sed tamen etiam primis Augusti annis tituli ita scribebantur),* Τερέντιος Οὐάρρων *Strabo 4 p. 206, Dio 53, 25,* Varro Murena *t. suburbanus*

*VI 1324, Suet. Aug. 19, Tib. 8,* Varro *Tac. a. 1, 10,* Murena *Horat. sat. 1, 5, 38, carm. 3, 19, 11, Strabo 14 p. 670, Vell. 2, 93, Seneca dial. 10, 4, 5, de clem. 1, 9, 6, Suet. Aug. 56. 66, Porphyrio ad Hor. carm. 2, 2, 5;* L. Murena *Vell. 2, 91,* Licinius Murena (et *postea* Murena) *Dio 54, 3,* Licinius *Horat. carm. 2, 10.*

A. f. *XIV 2109. De origine eius non plane constat. Ex maioribus eius videntur fuisse:* A. Terentius Varro A. f. *(sic tituli,* Terentius Varro *Ps.-Ascon.,* Varro *schol. Gronov., Pseudoacro,* Verres *Porphyr.),* legatus (in provincia Asia) *t. Rhodius positus inter annos 672 et 680 Inscr. Gr. insul. maris Aegaei I n. 48, t. in Caria rep. ap. Lebas-Waddington 320,* [P]ollae Terentiae filius *ib.,* repetundarum accusatus ex Asia et defensus ab Hortensio consobrino *Ps. Ascon. ad divin. in Caecil. 7, 24, p. 109 Orell., schol. Gronov. ad Verr. act. I 6, 17 p. 398 Orell., schol. ad Hor. sat. 2, 1, 49;* A. Varro *Cic. ad fam. 16, 2, 6, Caes. b. c. 3, 19,* Varro Murena *Cic. ad fam. 13, 22,* amicus Ciceronis *Cic. l. c.,* a. 706 in exercitu Pompeii *Caes. l. c., fortasse ille avus eius, hic pater; ille, natus Licinio Murena aliquo (fortasse L. Licinio Murena, qui ex praetura a. 673 triumphavit de Mithridate; cf. Mommsen Sitzungsber. der berl. Akademie 1892 p. 849) et Polla Terentia, videtur adoptatus ab A. Terentio Varrone aliquo, scilicet avo materno vel avunculo.*

Frater Proculeii *Dio 54, 3, Porphyrio ad Hor. carm. 2, 2, 5,* frater item (Terentiae) uxoris Maecenatis *Dio l. c.* A. 717 Maecenatem comitesque eius Formiis hospitio excipit *Horat. sat. 1, 5, 38 (si hic Murena intellegitur).* Aedilis curulis cum L. Trebellio *VI 1324 (nisi forte hic titulus est Varronis Murenae patris et L. Trebellii quem aedilem memorat Cicero Phil. 6, 4, 11).* A. 729 Salassos subegit *Dio 53, 25, Strabo 4 p. 206;* eo ipso loco, ubi castra habuerat, Augusta Praetoria condita *Strabo l. c.* Consul ordinarius a. 731 cum Augusto undecimum consule *fasti Capitolini (in reliquis fastis consulatus tacetur, cf. infra).* Augur *Horat. carm. 3, 19, 11.* Patronus Ptolemaeensium ex Cyrenaica *XIV 2109 (quem t. tamen Borghesius refert ad patrem, cf. supra).* Cum M. Primo *(P 697)* adesset, intempestive in Augustum invectus est *Dio 54, 3 (sub a. 732, minus recte, cf. infra).* Passim nimia dicendi libertate usus *Dio l. c.* Creditus cum Fannio Caepione in Augustum coniuravisse, in fuga comprehensus et paullo post occisus est *Dio l. c. (item sub a. 732).* [In mag. mort.] est; in eius locum (consul) factus [Cn. Calpurn]ius Piso *fasti Cap. In ipso consulatu a. 731 Murenam coniuratione detecta esse occisum ostendit id, quod in reliquis fastorum laterculis consulatus eius plane suppressus est, et pro collega Augusti procedit consul suffectus Cn. Piso.* Memorant coniurationem Murenae *Strabo 14 p. 670, Vellei. 2, 91. 93, Seneca dial. 10, 4, 5 de clem. 1, 4, 6, Tac. a. 1, 10, Suet. Aug. 19. 56. 66, Tib. 8.* Ad hunc Licinium creditur

datum carmen *Horat. 2, 10.* — *Vix hic* Varro qui obtinebat Syriam aliquanto ante a. 734 *Ioseph. ant. 15, 10, 1, bell. 1, 20, 4; cf. infra sub Varrone.*

75 TERENTIA uxor M. Tulli Ciceronis oratoris. *Cf. Drumann Gesch. Roms VI p. 685 sqq. Videtur nupsisse Ciceroni a. 674 vel 675 vel etiam antea (Drumann p. 685), discessit ab eo a. 708 (ib. p. 691).* Postea nupsit Sallustio Ciceronis inimico, tertio Messalae Corvino *Hieronymus adv. Iovinian. 1, 48, quod vix credi potest, cf. Drumann p. 693, item infra sub M. Valerio Messalla Corvino (quae Vibio Rufo, qui floruit temporibus Tiberii, dicitur nupsisse Ciceronis uxor a Dione 57, 15, certe non haec fuit, potest fuisse altera Ciceronis uxor Publilia).* Vixit annos CIII *Val. Max. 8, 13, 6, Plin. n. h. 7, 158. Liberti fortasse eius memorantur VI 27261, cf. infra sub filio eius M. Tullio Cicerone.*

76 Terentia, uxor C. Maecenatis *Seneca dial. 1, 3, 11, Suet. Aug. 66, Dio 54, 19, Dig. 24, 1, 64* (concubina Maecenatis *schol. ad Hor. epod. 3, 21 male*), soror Murenae *Dio 54, 3 (ubi nomen non ponitur).* Morositas eius; ab ea 'cotidiana repudia' patiebatur Maecenas *Seneca dial. 1, 3, 10 (cf. praeterea supra sub Maecenate). Terentiam (hanc ut videtur) intellegendam esse apud Horatium carm. 2, 12, 13 sub nomine Licymniae traditur in scholiis quae dicuntur Acronis ad Hor. sat. 1, 2, 64, cf. Kiessling ad carm. 2, 12.* Ei secretum de comperta Murenae coniuratione (a. 731) prodidit Maecenas *Suet. l. c.* Augustus cum ea consuetudinem habuisse dicebatur *(cf. Dio 55, 7);* quos rumores ut vitaret a. 738 Augustus urbem reliquisse putabatur *Dio 54, 19.*

77 Terentia, Domitii (uxor): *eius libertus* A. Terentius Heracleo *VI 5886. Fortasse femina nobilis, filia A. Terentii alicuius.*

78 TERENTIA .... CA clarissima femina *t. Concordiensis V 8672.*

79 TERENTIA CLAVDIANA P. f., clarissima femina *VI 1525.*

80 TERENTIA FLAVOLA. *Tituli urbani: VI 2130 (1). 2144 (2), bull. comunale 1883 p. 216 n. 614 (3), ib. n. 615 (4). Memoratur in actis ludorum saecularium anni 204, eph. ep. 8 p. 287 (5).* Terentia Flavola (F[la]vola *t. 5,* Flavula *t. 2*) *t. 1–5,* virgo Vestalis maxima *t. 1–4,* anno 215 *t. 1* (anno 204 nondum maxima sed maximae ut videtur proxima *t. 5, cf. eph. ep. 8 p. 267 not. 2*). Soror Terentii Gentiani *t. 2,* item Q. Lolliani Plautii Aviti *t. 3. Cf. stemma propositum supra sub L. Lolliano Avito (vol. II p. 294).*

81 Terentia Hispulla, Cn. f. *(fortasse, ut coniecit Dittenberger, ex stirpe P. Terentii Hisponis, equitis Romani, quem memorat Cic. ad fam. 13, 65, 1, ad Att. 11, 10),* mater L. Valerii Catulli, statua honorata una cum filio a populo Atheniensi *CIAtt. III 619ᵇ (p. 498); quem titulum incisum iudicat Dittenberger (propter Λουκ-, non Λευκ- scriptum) versus finem saeculi p. Chr. primi.*

82 Terentia Marcella: eius dispensator *VI 9340. Fortasse femina nobilis.*

83 Terentia Rufilla, Q. Terentii Rufi et Caeniae Verissimae filia *VI 2135*, virgo Vestalis a. 257 (vel adeo iam a. 255, vel a. 254) *VI 2135;* virgo Vestalis maxima *VI 2141–2143*, a. 300 *VI 2141*, a. 301 *VI 2143*.
— ALBIA TERENTIA.
— Iulius Teres.
— VM..... TEREVENTINVS.
83[a] Tergilla, auctor adhibitus a Plinio in libris quibus de arboribus egit *Plin. h. n. 1, 14. 15;* de vinolentia M. Ciceronis *(consulis a. 724)* egit *ib. 14, 147.*
84 Terpnus, citharoedus clarus temporibus Neronis *Suet. Ner. 20, Dio 63, 8, Philostrat. vit. Apollon. 5, 7.* Productus etiam a Vespasiano *Suet. Vesp. 19.*
— TERRINIVS GALLVS *Suet. Aug. 63. Vide sub Cerrinio Gallo.*
— IVNIA TERTIA *sive* TERTVLLA.
— VOLASENNIA TERTIA.
— C. Maesius Tertius.
85 Tertulla, concubina Augusti *Suet. Aug. 69.*
86 Tertulla, Afri *(fortasse Cn. Domitii Afri, supra D 106)* uxor: eius dispensator *VI 9330.*
87 Tertulla, avia paterna Vespasiani (uxor T. Flavii Petronis Reatini), quae Vespasianum educavit in praediis Cosanis *Suet. Vesp. 2.*
88 Tertulla: ei Ptolemaeus Hephaestio libros novae historiae dedicavit *Photius bibl. cod. 90 (p. 196 Bekker).*
— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAVCIDIA TERTVLLA.
— Antonia Tertulla Valeria Asinia Sabiniana.
— ARRECINA TERTVLLA.
— DECIA TERTVLLA.
— Flavia Tertulla.
— HYDRIA TERTVLLA.
— IVLIA TERTVLLA.
— IVNIA TERTIA *sive* TERTVLLA.
— Trebicia Tertulla.
89 TERTVLLIANVS legatus pro pr. provinciae Moesiae inferioris sub Gordiano, non ante a. 241 *nummi Marcianopolitanorum, alii cum Gordiani (Mionnet I 359, 35, suppl. II 109, 323. 324; Brit. Mus. cat. Thrace etc. p. 38, 80, Mus. Berol. Beschr. I p. 68 n. 62), alii cum Gordiani et Tranquillinae imaginibus (Mionnet suppl. II 113, 343 seq.; Brit. Mus. p. 40, 90. 91, Mus. Berol. p. 70 n. 72–76, alibi), inscripti* ὑπ. Τερτυλλιανοῦ (Τερτουλλιανοῦ *nummus ap. Imhoofium adservatus*). — *De M. Ulpio Tertulliano Aquila cogitaverunt nonnulli, cf. infra sub hoc.*
90 Tertullianus, iuris auctor *Dig. ind. Flor. et alibi. Cf. supra sub Q. Septimio Florente Tertulliano.*
— Q. Septimius Florens Tertullianus.

— M. VLPIVS TERTVLLIANVS AQVILA.
— Metilia Tertullina.
— P. Me[tilius] Tertullinus.
— P. METILIVS TERTVLLINVS VENNONIANVS.
— VVLCACIVS TERTVLLINVS.

91 TERTVLLVS, a quo senatus consultum Tertullianum, quo statutum, ut hereditas liberorum ad matrem perveniret *Iust. inst. 3, 3, Dig. 38, 17, Ulpian. fr. 26, 8, Paulus sent. 4, 9 praescr.*, ad quod Paulus μονόβιβλον scripsit *Dig. ind. Flor.*, factum temporibus divi Hadriani *Iust. inst. l. c. Fortasse consul suffectus sub Hadriano.*

92 TERTVLLVS consul (suff. a. inc.) cum Maximo: ad hos consules rescriptum quoddam de computando spatio sex mensium lege Iulia de adulteriis praefinito citat *Ulpianus Dig. 48, 5, 30 (29), 5. Tertullum Borghesius opp. 6, 247 coniecit esse Scapulam Tertullum, ad quem Marcus et Commodus rescripserunt (Dig. 1, 18, 14), cf. supra sub Scapula Tertullo (S. 192).*

92ª TERTVLLVS consul *nota marmorarii, Ann. inst. arch. 1870 p. 199, 325 = Notizie degli scavi 1893 p. 118. Potest cogitari de Sex. Sulpicio Tertullo cos. a. 158, vel de Scapula Tertullo a. 195; vel rectius fortasse de Tertullo consule a. 410.*

93 TERTVLLVS, adulter Faustinae, deprehensus cum pranderet cum ea a M. Aurelio, nihilominus ab eo honoribus ornatus *vit. Marci 29, 1 seq.*

94 *[TER]TVLLVS (*nomen incertum; traditur* Iulius) vir clarissimus *t. Africanus semel descriptus VIII 993.*

— Ti. Cl(audius) Vibianus Tertullus.
— Q. FLAVIVS TERTVLLVS.
— C. Gavius Tertul[lus] ..... Peregrinus.
— INSTEIVS TERTVLLVS.
— L. INSTEIVS TERTVLLVS.
— M. IVLIVS AQVILLIVS TERTVLLVS.
— C. IVLIVS CORNVTVS TERTVLLVS.
— C. IVLIVS LEPIDVS TERTVLLVS.
— Q. IVLIVS STRABO TERTVLLVS FIRMIDIANVS.
— L. MVMMIVS NIGER QVINTVS VALERIVS VEGETVS SEVERINVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.
— L. NAEVIVS FLAVIVS IVLIANVS TERTVLLVS AQVILINVS.
— C. OVINIVS TERTVLLVS.
— SCAPVLA TERTVLLVS.
— SILIVS TERTVLLVS.
— SEX. SVLPICIVS TERTVLLVS.
— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.
— Modius Terventinus.
— C. Trebatius Testa.

— IMP. CAES. C. PIVS ESVVIVS TETRICVS.

— C. PIVS ESVVIVS TETRICVS CAESAR.

95 Tetrinius, latro, postulatus a populo (ad bestias ut videtur), sub Gaio *Suet. Cal. 30.*

96 GALEO TETTIENVS PETRONIANVS consul suff. mense Dec. a. 76 cum M. Fulvio Gillone *dipl. mil. Huius fortasse mater (ut coniecit Hirschfeld)* [Pet]ronia C. f. [G]alconis (sc. uxor) *t. Asisinas XI 5511. Fortasse filius eius, certe ex eadem domo, Galeo Tettienus Severus, cf. infra. — Liberti ex hac domo* Galcones Te[ttie]nii Eutychianus signo Daemoni et Modestus si[gn]o Eupori *VI 18850;* Gal. Tettienus Pardalas et Tettiena Galene *XI 5372 (Asisii).*

97 T. TETTIENVS SERENVS *(tria nomina VI 163),* legatus Augusti *(provinciae ut videtur Lugdunensis)* sub finem imperii Vespasiani (Vespas. X cos. *t., aperto errore*) *t. prope Genavam rep. XII 2602.* Consul suff. cum C. Scoedio Natta Pinariano mense Iul. a. inc. *VI 163 (anno 83 hos consules tribuit Borghesius opp. 5, 311, sine idonea causa, cf. Mommsen ad III S. p. 1962 not. 4; ex XII 2602 hoc solum colligi potest, anno 83 vel ante annum 83 Tettieno in legatione successisse Cornelium Gallicanum; ceterum videtur consul fuisse ante Gallicanum, qui fasces tenuit mense Sept. 84).* Sodalis Augustalis cooptatus a. 92 *VI 2984;* in eius locum alius cooptatus a. 115 *ib. — Fortasse huius libertus* T. Tettienus Felix, kalator pontificum et flaminum a. 101 *VI 2184 v. 6 (ut Serenus etiam pontifex fuerit); item (nisi potius est idem)* T. Tettienus Felix, Augustalis, scriba librarius aedilium curalium, viator aedilium plebis, accensus consuli *X 531 (Salerni).*

98 GAL(EO) TETTIENVS SEVERVS maritus Anniae Quartillae, gener Appii Annii Marsi *t. Perusinus XI 1940. Cf. supra sub Galeone Tettieno Petroniano.*

99 C. Tettius, Petronia (Caetronia *epitome Paridis*) natus, infans a patre exhereditatus, decreto Augusti paterna bona obtinuit *Valer. Maximus 7, 7, 3. Possis suspicari non Tettium sed Tettienum dictum fuisse filium Petroniae, propter Tettienum Petronianum, supra n. 96.*

100 C. Tettius Africanus. *Tituli: Asisinas XI 5382 (1). Memoratur III 35 (2).* C. Tettius Africanus *t. 2,* ..... Africanus *t. 1.* C. f. *t. 1.* Tribu Ouf. *t. 1.* Praef. vigilum *ib.* Praefectus annonae *ib.* Praefectus Aegypti (Ayg. *pro* Aeg. *t. 2*) *t. 1. 2,* d. 12 Febr. a. 82, quo uxor eius Funisulana Vettulla Memnonem audiit *t. 2.*

101 Tettius Caballus, scurra ut videtur *Martial. 1, 41, 17. 20.*

102 TETTIVS IVLIANVS *(sic dipl. mil., item Tac., nisi quod* Titus Iulianus *scriptum est Tac. h. 4, 39,* Iulianus et Titius *1, 79).* A. 69 legatus legionis septimae Claudiae in Moesia *Tac. h. 1, 79. 2, 85.* Auctore Othone consularibus ornamentis donatus ob res contra Sarmatas bene gestas *Tac. h. 1, 79.* Cum exercitus Moesiae in Vespasiani partes transisset, Aponius Saturninus, Moesiae rector, 'ob simultates, quibus

causam partium praetendebat', misit centurionem, ut eum interficeret; sed Iulianus periculum evasit et Moesia excessit, suscepitque iter ad Vespasianum, quod tamen per varias moras traxit *Tac. h. 2, 85.* Praetura quam acceperat in a. 70, kal. Ian. ei a senatu ablata, quod legionem in partes Vespasiani transgredientem deseruisset *Tac. h. 4, 39;* eadem mox ei reddita, postquam compertum, ad Vespasianum eum confugisse *ib. c. 40.* A. 83 mense Iun. consul suffectus cum Terentio Strabone Erucio Homullo *dipl. mil. III S. p. 1962. — Hunc esse Iulianum (I 53), qui Dacos vicit sub Domitiano (Dio 67, 10) eundem autem fratrem Etruscae, virum consularem, cui (imperante Domitiano) victoriam de Dacis obtigisse narrat, nomine non posito, Statius silv. 3, 3, 115 seq., coniecit Gsell mélanges de l'école fr. de Rome 8, 1888 p. 78 (Tettium aliquem Etruscum reperiri IX 1455, 2, 23, eumque videri fuisse ex eadem domo).*

103 L. TETTIVS NONIVS CAECILIVS LYSIAS clarissimus puer, immature defunctus *t. urbanus ap. Fabrettium 382, 207.*

104 P. TETTIVS RVFVS TONTIANVS P. f., quaestor tribunus plebis, praetor; titulis honoratus Atinae ab Atinatibus urbanis *X 5060,* item a legione vicesima *X 5059 (primis ut videtur Augusti temporibus). — Eiusdem ut videtur* P. Tetti Tontiani disp. *VI 9319 (qui t. positus est anno 749).*

105 Tettia Materna, uxor L. Iulii Longini procuratoris Aug. (Corsicae?) *t. Aleriensis X 8036.*

— VETVRIA GRATILLA THAIS.

106 Thalamus puer, tonsor Neronis *Martial. 8, 52, 2 (vix hic* Thalamus Caesaris *VI 11931).*

107 Thallus, Caesaris alicuius natales celebrat, avi vestigiis insistere eum ait *Anth. Pal. 6, 235 (Caesar videtur significari Germanicus, et carmen scriptum esse inter annos p. Chr. 4–14; Gaii vel Lucii Iulia nutorum Augustus dici debuerit pater, non avus). Fortasse idem* Antonius Thallus *(civitatem scilicet nactus per Antoniam Germanici matrem, cf. Jacobs Anth. Gr. XIII p. 956),* cuius carmen de puella quadam immature defuncta *Anth. Pal. 7, 188;* Thallus Milesius *ib. 6, 91. 7, 373. 9, 220;* plangit adulescentes duos Mileto oriundos, in Italiam ad agonem aliquem profectos ibique defunctos *7, 373.*

108 Thallus, Augusti servus a manu, quod epistulam prodidit, supplicio affectus *Suet. Aug. 67.*

109 Thallus L. Avillii Plantae servus *VI 621,* agitator *ib.,* anno 90 *ib.,* factionis russatae *VI 10048, 14,* inter celebres agitatores temporis sui *Martial. 4, 67, 5. Cf. Friedländer Sittng. 2⁶ p. 513 seq.*

110 Theagenes, philosophus Cynicus, Patris oriundus *Lucian. de morte Peregrin. c. 36,* Romae declamare solebat in gymnasio Traiani *Galenus θεραπευτ. μεθόδου 13, 15 (X p. 909 Kuehn).* Admirator Peregrini, cui adstitit cum is sua sponte obiret Olympiae, et cuius laudes populo exposuit *Lucian. de morte Peregr. c. 3. 5. 7. 14. 21. 24. 25.*

Digitized by Google

*30. 31.* Obiit Romae ex tumore quodam, male curatus ab Attalo medico methodico, frustra Galeno meliora suadente *Galen. l. c. p. 909–915.* Nec servus neque uxor ei erat (vel certe aderat cum moreretur) *Galen. p. 915.* (Propter amicam quandam Megaris oriundam se interfecit *Lucian.* καταπλ. ἢ τύραννος *c. 6, odiose; vix alius intellegitur). — Alius* Theagenes, quem audiit Herodes Atticus *Philostratus vit. soph. 2, 1, 14.*

111 Themiso, ex Laodicea Syriae *Galen. XIV p. 684,* medicus, auditor Asclepiadis *Plin. h. n. 29, 6, Galen. l. c.,* cuius placita procedente vita mutavit *Plin. l. c. cf. Sen. ep. 95, 9,* primus auctor sectae methodicae *Galenus* θεραπευτικῆς μεθόδου *1, 4. 7. 9; 4, 4 (X p. 35. 52. 76. 268 ed. Kühn),* εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρός *c. 4 (XIV p. 684 ed. Kühn).* Summus (medicinae) auctor *Plin. h. n. 14, 114.* 'Archiater illius temporis' *schol. ad Iuv. 10, 221.* Auctor Plinii *Plin. h. n. 1, 11. 14. 15.* Citatur *ib. 14, 114. 25, 58.* Memoratur *Seneca ep. 95, 9;* nomen eius positum *Iuven. 10, 221. Cf. praeterea Galen. ed. Kühn VII p. 307. IX p. 476. XI p. 783. XII p. 782. XIII p. 40. 158. 162. 1009. XVIII 1 p. 256. 271. XIX p. 711.* Magnus archiater scripsit περὶ τῶν ἐφευρημένων μετὰ τοὺς Θεμίσωνος χρόνους *Galen.* περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν *(VIII p. 640. 641 Kühn). Cf. praeterea infra sub Thessalo. — Eiusdem nominis* servus Apulei medicinae non ignarus *Apul. apol. c. 33. 40 (alius* Themiso medicus *ib. c. 48).*

112 Theo, maritus Thermutis, cuius liberto Harpocrate iatralipte usus est Plinius *Plin. ep. ad Trai. 5.*

113 Theo, amicus Plutarchi *Plut. q. conv. 1, 4 p.* $620^{A}$, *de EI apud Delphos p.* $386^{D}$, *non posse suaviter vivi p.* $1086^{E}$ *seq.,* grammaticus *q. conv. 1, 9. 8, 8 p.* $626^{E}$ *seq.* $728^{F}$, *de facie in orbe Lunae p.* $923^{F}$, *cf. de Pythiae oraculis p. 395 seq.* In convivio apud Mestrium Florum *q. conv. 1, 9.* Filii eius *q. conv. 6, 4. 6, 6 p.* $724^{D}$. $726^{A}$, soror eius *consol. ad uxorem p.* $610^{C}$. *Non diversus putatur Theo Smyrnaeus, cuius extat liber de rebus mathematicis ad legendum Platonem utilibus (ed. Hiller Lips. 1878, Dupuis Paris. 1892) et ad quem pertinet CIG. 3198 (quamquam illum Aegyptium fuisse videtur colligi posse ex Plut. de facie orbe p.* $939^{C}$*), cf. Giese de Theone grammatico (Monast. 1867 p. 6 seq.). Diversi Theo grammaticus, cui successit Apio in cathedra ut videtur Alexandrina (Suidas s. v.* Ἀπίων*), cuius reliquias congessit Giese l. c., cf. praeterea sub eo qui sequitur; Aelius Theo, cuius extant progymnasmata (ap. Spengel Rhet. Graec. II p. 57 seq.).*

114 Theo, rhetor *Quintil. 3, 6, 48. Fortasse Theo Alexandrinus, qui teste Suida s. v. scripsit* περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, *cf. Giese de Theone grammatico p. 5 (nisi potius est unus eorum qui praecedunt).*

— M. AELIVS AVRELIVS THEO.

— Luttienus Theon.

— Ulpius Theo.

Digitized by Google

115 Theoclia, Severi Alexandri soror, quam is Maximino iuniori in matrimonium dare cogitabat *vit. Maximin. 29, 1. 2 (suspect.).*

116 Theoclius, 'Caesareanorum temporum scriptor', quid de Aureliano nondum imperium adepto rettulerit *vit. Aurel. 6, 4.*

117 Theocritus, Caesaris servus, aliquando (Aelii) Saoteri παιδικά; pantomimus, a quo saltare Caracalla didicit; Romae explosus Lugduni placuit; apud Caracallam tantum potuit ut nihil prae eo essent praefecti praetorio *Dio 77, 21 (Xiph. suppletus ex exc. Val.).* A Caracalla cura expeditionis Armeniacae ei commissa (στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος ἐγένετο *exc. Val.; cf. Mommsen ad III S. 6809 fin.*), qua occasione multa turbavit, Flavium Titianum, procuratorem Alexandriae, interfici iussit; ab Armeniis fugatus *Dio l. c. Diversus videtur Aurelius Theocritus, de quo v. infra sub Titaniano.*

118 Theodorus, Tarsensis, in cuius locum Areum procuratorem (διοικητήν) in Sicilia constituit Augustus *Plut. apophtheg. p. 207 B.*

119 Theodorus, rhetor, Gadareus *Strabo 16, 2, 29 p. 759, Quintil. 2, 15, 21. 3, 1, 17, Suet. Tib. 57, Theo progymnasm. 12, 2, Suidas s. v.* (origino servili *Suidas*), sed Rhodium se dici maluit *Quintil. 3, 1, 17.* Nobilissimus artis rhetoricae praeceptor *Hieronymus chron. ad a. Abr. 1984 (a. u. c. 721).* Praeceptor Tiberii *Suet. Tib. 57, Suidas, cf. Seneca suas. 3, 7,* etiamtum pueri *Suet. l. c.* Romae disputavit una cum Potamone et Antipatro *Suidas (ubi quae adhaerent, aliena sunt); eam disputationem habitam esse anno 725 vel 726 coniecit Cichorius Rom u. Mytilene p. 62. 63.* Eum studiose audisse Rhodi, cum in eam insulam se recepisset (a. u. c. 748—757), dicebatur Ti. Caesar *Quintil. 3, 1, 17.* Scripsit non pauca *Quintil. 3, 1, 18.* 'Ars Theodori' *Iuvenal. 7, 177;* memoratur *Seneca contr. 2, 1, 36; Dio Chrysost. or. XVIII* (περὶ λόγου ἀσκήσεως) *p. 480 Reiske, II p. 254 ed. de Arnim.* Citatur *Quintil. 2, 15, 21. 3, 6, 2; 36; 51. 3, 11, 3. 4, 1, 23. 5, 13, 59; Fronto p. 46. 159 ed. Naber; Longin.* περὶ ὕψους *3, 5, Theo progymnasm. l. c., Anonym.* τέχνη ῥητορική *ap. Spengel rhet. Graec. I p. 434, 25 ( = I 2 ed. 2 p. 361, 1) cet.* Discipulus eius Hermagoras *Quintil. 3, 1, 18.* Ab eo 'Theodorei' *Quintil. 3, 1, 18 cf. 2. 11, 2. 3, 3, 8. 4, 2, 32, Seneca suas. 3, 7;* Theodori schola *Quintil. 3, 11, 26,* ἡ Θεοδώρειος αἵρεσις *Strabo 13, 4, 3 p. 625. Cf. C. W. Piderit de Apollodoro Pergameno et Theodoro Gadarensi rhetoribus [Marb. 1842].*

— M. VLPIVS OFELLIVS THEODORVS.

120 Theodotus, dux Gallieni, Aemilianum apud Aegyptum conflictu habito cepit *vit. Gallien. 4, 2, trig. tyr. 22, 8. 26, 4 (vit. Gallien. 4, 4 neque Theodoti neque Theodori nomen extat).* Frater eius Camsisoleus natione Aegyptius *trig. tyr. 26, 4.* Gallienus cum Theodoto vellet imperium proconsulare decernere, a sacerdotibus est prohibitus, qui dixerunt, fasces consulares ingredi Alexandriam non licere *trig. tyr. 22, 10. — Fortasse hic* Theodotus, inter eos qui Memorem, rebus

novis studentem, interfecerant temporibus Gallieni *continuator Dionis (exc. Vat., Dio ed. Dindorf V p. 220).*
121 Theodotus, puer ut videtur delicatus, cuius amore captus M. Aurelius adulescens, nihilominus eum non tetigit (memoratur una cum Benedicta) *M. Anton. εἰς ἑαυτόν 1, 17.*
— Iulius Theodotus.
122 Theogenes, mathematicus, quem Octavius puer Apolloniae consuluit *Suet. Aug. 94.*
123 THEONIS, Ti. Claudii Hermiae *(supra C 709)* clarissimi viri filia, Ti. Claudii Dracontis clarissimi viri soror *t. Ephesius Greek inscriptions in the British Museum III p. 200 n. DLXII.*
124 Theophanes, Bithynus, dux factionis eius, quae (a. 103 vel 104) Iulium Bassum proconsulem reum fecit; ipse praesens coram senatu accusationem peregit *Plin. ep. 4, 9, 3. 5. 14. 20.*
125 Theophanes, leg. p. p. *(sic restituit Mommsen, in plerisque apographis est* leg. IP, *in uno* leg. IG, *in uno* leg. PB) *t. Zoravae in Trachonitide rep. III 125 p. 970 = CIG. 4566 = Waddington n. 2487. Vere legatus si fuit (ut putat Mommsen), legatus fuit provinciae Arabiae, ut demonstrat mentio legionis tertiae Cyrenaicae in eodem t., non ante Septimium Severum, qui regionem illam Arabiae videtur attribuisse. Omnino diversus M. Pompeius Macrinus νέος Theophanes, cf. supra sub hoc (P 475).*
— [M. P]OMPEIVS MACRI[NV]S NEOS THEOPHANES.
— M. Pompeius Macrinus Theophanes.
126 Theophila, femina quae Graeca doctrina excellebat, 'promissa' Cassio (Rufo) *Martial. 7, 69. Num recte putetur uxor Cassii, nescio.*
127 THEOPHILVS, qui postea Sedatus *Aristides or. XXVI (t. 1 p. 506 Dindorf). Vide supra sub Sedato.*
128 Theophilus, Athenis ab Areopago falsi damnatus, contra preces Cn. Pisonis *Tac. a. 2, 55.*
129 Theophilus, Aug. l., procurator (in Lycaonia) *Bull. de corresp. hellén. 1886 p. 502.*
— F(LAVIVS) VAL(ERIVS) THEOPOMPVS ROMANVS.
130 Theopropus, Rhodius, vicit Olympiae; pater senatorum *t. Olympiacus Kaibel ep. Gr. 934; cf. Hiller v. Gärtringen ad inscr. Rhodi n. 959, item supra sub Ti. Claudio .... la Theopropo (C 826).*
— TI. CLAVDIVS .... LA THEOPROPVS.
— MINVCIVS THERMVS.
— Minucius Thermus.
131 Thermusa, ancilla Italica formosissima, a Iulio Caesare *(sic Ioseph., debuit nominare Augustum)* Phraati dono missa, Phraatis primum paelex, deinde uxor, Phraatacis mater, marito persuasit, ut filios ex iustis uxoribus susceptos Romam mitteret; deinde una cum filio Phraati insidias struit *Ioseph. ant. 18, 2, 4. Videtur una cum filio*

*regnavisse, si quidem haec* θέα Οὐρανία Μοῦσα βασίλισσα, *quae una cum rege Parthico (cuius nomen solito more non enuntiatur) apparet in nummis cusis annis Sel. 313–315 (= p. Chr. 1–4), ap. Longpérier chronologie des Arsacides p. 75, Gardner Parthian coinage p. 45. 46 cf. p. 10 (primus nummum huius generis recte legit et huc rettulit Viscontius) (Musae nomen ei inditum conicit Hirschfeld a similitudine prioris nominis).* Dicebatur cum filio consuetudinem habuisse *Ioseph. l. c. Filio nupsisse more barbarorum putat v. Gutschmid Gesch. Irans p. 118.*

131ª Thermutis, Theonis (uxor), Aegyptia, patrona Harpocratis, quo iatralipta usus est Plinius *Plin. ep. ad Trai. 5.*

131ᵇ Thessalicus *(nomen videtur esse, non origo significari)*, Marcelli Aeserninі *(C 741)* libertus, sed qui potentiae causa libertis Caesaris se adoptaverat, spado, praedives; temporibus Claudii platanorum quoddam genus in Italiam transtulit *Plin. h. n. 12, 12.*

132 Thessalus, Trallianus *Galen. XIV p. 684*, medicus, princeps sectae methodicae *Galen.* πρὸς Θρασύβουλον περὶ ἀρίστης αἱρέσεως *c. 26 (I p. 176 Kühn)*, post Themisonem sectam methodicam stabilivit *(Galen. XIV p. 684 cf. X p. 35. 52. 76*, principatu Neronis *Plin. h. n. 29, 9.* 'Cuncta placita delevit, rabie quadam in omnis aevi medicos peroravit' *Plin. l. c. cf. Galen.* θεραπευτικῆς μεθόδου *1, 2 (X p. 7 seq. ed. Kühn).* Epistula eius ad Neronem *ib.* Divites Romae adulatus est *ib. 1, 1 (X p. 5).* Professus sex mensibus medicinam se docturum multos discipulos nactus est *ib.* Acriter in eum invehitur *Galenus* θεραπευτ. μεθόδου *2, 6. 3, 2. 3, 4. 3, 7. 4, 4. 5, 1. 5, 10. 5, 15 (X p. 124. 162 seq. 194. 208. 250 seq. 305. 348 seq. 379) cet.*; 'οἱ ἀμέθοδοι Θεσσάλειοι' *ib. 3, 7. 5, 3. 5, 15 (p. 204. 319. 381), commentar. in Hippocr.* περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων *4, 17 (XV p. 763), adv. Iulianum c. 5 (XVIII 1 p. 271 ed. Kühn).* Memoratur *Galen.* πρὸς Θρασύβουλον περὶ ἀρίστης αἱρέσεως *c. 39 (I p. 205)*, περὶ κρίσεων *1, 4 (IX p. 558)*, περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ γένη *1, 4 (XIII p. 375. 391 seq.)*, περὶ κράσεως κ. δυν. τῶν. ἁπλῶν φαρμάκων *3, 9. 5, 13. 25 (XI p. 559. 749. 782. 783), adv. Iulianum c. 1. 3. 5. 8 (XVIII 1 p. 247 seq. 256. 269 seq. 288 seq.).* Sepultus ad viam Appiam; monumento suo iatronicen se inscripsit *Plin. h. n. 29, 9.*

133 Thestylus, puer formosus, celebratus carminibus Voconii Victoris *Martial. 7, 29, 1 cf. 8, 63, 1.*

— Vibia Thisbe.

— C. THORANIVS *v.* C. Toranius.

134 THORIVS FLACCVS. *Oriundus Lanuvio, unde et alios Thorios oriundos fuisse constat (cf. CIL. XIV p. 192), cum Nicomedienses in nummo (ap. Eckhel 2, 400 = Mionnet suppl. V 168, 977, melius ap. Fiorelli catal. mus. Neap. numm. Graec. p. 167 n. 7821) in eius honorem insculpserint Iunonem Lanuvinam.* — Proconsul Bithyniae sub Augusto *nummi Nicomediensis ap. Mionnet II 466, 303 (item Brit. Mus. catal. Pontus*

*Paphlag. Bith. p. 179, 5), Nicaenus ap. Mionnet II 450, 211 cum Augusti capite, inscripti ille* ἐπὶ ἀνθυπάτου Θωρίου Φλάκκου, *hic* ἐπὶ ἀνθυπάτο(υ) Θωρίο(υ) *(etiam in alio nummo Nicomediensi, qui loco capitis Augusti Iunonem exhibet, cf. supra, non extat nisi* ἐπὶ ἀνθυπάτου Θωρίου). *Nummum Nicomediensem qui caput Augusti exhibet cusum esse circa annum 726 coniecit Cavedonius ann. inst. arch. 1850 p. 198, collato nummo Augusti Latine inscripto cuso anno 726 ap. Cohen 1 ed. 2 p. 298 n. 218, quem et ipsum Nicomediae cusum esse coniecit (in utroque nummo est Pax dea); ut Thorius Flaccus proconsul fuerit circa annum 726; sed res incerta est. — Fortasse huius* Flacci Thori pistor *VI 9732.*

135 Thothorses, rex Bospori ab anno aer. Bosp. 575 – 604 (278/9—307/8 p. Chr.), successor Tiranis *(infra n. 174) nummi ap. Koehne musée Kotschoubey II p. 357 seq., Oreschnikov catal. num. Uvarovii p. 118, inscripti* βασιλέως Θοθόρσου *vel* Θοθώρσου. *Cf. Latyschev inscr. Ponti Eux. II praef. p. LII.*

135ª Thrasea, chirurgus *Scribonius Largus 204. 208.*

— P. CLODIVS THRASEA PAETVS.

— L. VALERIVS MESSALLA THRASEA PRISCVS.

136 Thrasybulus, mathematicus, amicissimus Severi Alexandri *vit. Alex. 62, 2.*

— Eunia Thrasylla.

137 Thrasyllus, mathematicus *Suet. Tib. 14, Gai. 19,* cuius consilio utebatur Tiberius et ante principatum et princeps *Dio 55, 11. 57, 15.* Eum ut sapientiae professorem contubernio admoverat Tiberius *Suet. Tib. 14* ('multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae, ac deinde mathesi, qua praecipue viguit apud Tiberium' *schol. Iuv. 6, 576*). Ab eo Rhodi (a. u. c. 748—755) Chaldaeorum artem didicit Tiberius *Tac. a. 6, 20 cf. Dio 55, 11.* Quomodo Tiberius, peritiam eius experiri volens, eum Rhodi in mare praecipitare voluerit *Tac. a. 6, 21, Suet. Tib. 14, Dio 55, 11 (Zonar. 10, 36), schol. Iuv. 6, 576* (quem dolum cum praesensit, fugit *schol. Iuv. minus accurate*). A Tiberio inter intimos amicos receptus *Tac. a. 6, 21,* familiariter vixit cum Tiberio *schol. Iuv. l. c.* Ut amicus Tiberii memoratur *Iulian. ep. ad Themistium p. 265C; Themist. or. V. XI p. 76. 173 ed. Dindorf* (Caesaris Augusti comes *ib. VIII p. 129, minus accurate*). A. p. Chr. 14 in convivio Augusti ut Tiberii comes *Suet. Aug. 98.* Tiberio spem longioris vitae fecit *Suet. Tib. 62, Dio 58, 27.* Vaticinium eius de Gaio *Suet. Gai. 19.* Defunctus a. 36 *Dio 58, 27.* Memoratur *Iuven. 6, 576. — Fortasse hic (ut coniecit Hirschfeld), nempe civitatem adeptus per Tiberium ante huius adoptionem,* Ti. Claudius Thrasyllus, cuius libertus *III S. 7107 (Smyrnae). —* Filius eius Neronis imperium *(Agrippinae ut videtur)* praedixit *Tac. a. 6, 22 cf. 14, 9. —* Scripta quaedam reliquit, per quae famam suam

vindicavit *Iulian. l. c.* Ut scriptor de mathematica et musica memoratur *Porphyr. vit. Plotin. c. 20, et alibi. De aliis scriptis Thrasylli, sed nescio num huius, cf. Müller fr. hist. Graec. III p. 501 seq.*

— Iulius Threptus.

138 Thucydides, a Martio Vero iussus Sohaemum deducere in Armeniam *Suidas s. v.* Μάρτιος *ex Dione. Nomen mirum; expectaveris nomen vere Romanum.*

139 Thumelicus *(sic Strabo; nomen non posuit Tac.; egit de nomine Much Zeitschr. f. deutsches Alterthum 35, 1891 p. 368)*, Arminii et Thusneldae filius, in captivitate natus a. 15 *Tac. a. 1, 58.* Triennis *(re vera tertium annum modo ingressus)* ductus in triumpho Germanici (a. 17) *Strabo 7, 1, 4 p. 292.* Educatus Ravennae *Tac. l. c.* 'Quo mox ludibrio conflictatus sit', memoraturum se promittit Tacitus *l. c. (Defunctus inter a. 29 et 31, aut inter a. 37 et 47, quorum temporum non habemus narrationem Taciti)*; defunctus erat, cum anno 47 gens Cheruscorum regem a Claudio peteret *Tac. a. 11, 16.*

— (VIBIVS) VISCVS THVRINVS.

— Q. OCTAVIVS VOLVSIVS THVSCEN[IVS] ...

140 Thymele, mima *Martial. 1, 4, 5, Iuvenal. 1, 36. 6, 66. 8, 197.*

141 Thusnelda (Θουσνέλδα *Strab.; nomen non ponit Tac.; cf. de nomine Much Zeitschr. f. deutsches Alterthum 35, 1891 p. 367*), Arminii uxor *Strabo 7, 1, 4 p. 292,* Segimundi soror (Segestis filia) *ib.*; eam antea alii pactam Arminius rapuerat *Tac. a. 1, 55.* A. 15 a patre Romanis tradita *ib. c. 57.* Gravida eo tempore *ib.*; magnus animus eius *ib.* Virilis sexus stirpem edidit *(Thumelicum) ib. c. 58.* Ducta in triumpho Germanici *Strabo l. c.*

— *Thyncanius *vit. Gord. 14. 7. V.* Tynchanius.

141[a] Thyrsus, Caesaris libertus, a. 724 cum secretis mandatis ad Cleopatram missus *Dio 51, 89.*

— L. MARIVS VEGETINVS LVCANVS TIBERENVS.

— ...IA ASINIA [CLA]VDIA TIBERIA ...ATIA STATILIA PAVLLINA IVLIANA PHILIPPA.

142 TIBERIANVS praeses Palaestinae primae (ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστίνων ἔθνους) sub Traiano *Io. Antiochenus fr. 111 ap. Müll. fr. h. Gr. IV p. 580 (exc. de virt.) = Suidas s. v.* Τραιανός; *Malalas l. XI p. 273 ed. Bonn.*, Traianum consuluit de poenis Christianorum *Io. Ant.*, eo tempore quo Traianus Antiochiae degens bellum contra Parthos parabat, i. e. a. 114 *Malalas l. c.*; epistula eius (ficticia) ad Traianum de Christianis *ib. Incertum num vere fuerit legatus Iudaeae; Palaestina prima aevo demum labente constituta.*

143 Lucius Tiberianus *(Lucii nomen fortasse corruptum)*: rescriptum divorum fratrum ad eum *Ulpianus libro octavo de officio proconsulis (Dig. 48, 18, 1, 3).*

— L. (?) ARADIVS ROSCIVS RVFINVS SATVRNINVS TIBERIANVS.

Digitized by Google

— M. Aur(elius) Tiberianus.
— AVTRONIVS TIBERIANVS.
— C. IVNIVS TIBERIANVS.

144 *TIBERIVS *(nomen corruptum)*, proconsul Africae, sacerdotes Saturni qui infantes immolaverant supplicio affecit *Tertullian. apol. c. 9. Proconsul fuit fortasse non multo ante Tertulliani tempora, cum famam eius rei usque ad sua tempora duravisse significet Tertullianus.*

— Albius Tibullus.
— C. OCTAVIVS TIDIVS TOSSIANVS L. IAVOLENVS PRISCVS.
— C. *Sofonius Tigellinus *(v. etiam Addend.)*

145 Tigellius Hermogenes (Tigellius *sat. 1, 10, 90,* Hermogenes Tigellius *1, 4, 72. 1, 10, 80, praeterea* Hermogenes), cantor atque modulator *Horat. sat. 1, 3, 29. 1, 9, 25,* irrisus ab Horatio *ib. 1, 4, 72. 1, 10, 18. 90.* — *Diversus* Tigellius Sardus, et ipse cantor, quem memorant *Cic. ad fam. 7, 24, Calvus ap. Porphyr. in Horat. sat. 1, 3, 4 (nihilominus confusus cum illo a Porphyrione, cf. Kiessling ad Hor. l. c.).*

146 Tigidius(?) Perennis. — Περέννιος *Graeci,* Perennis *vit. Comm. 5 seq., vit. Pert. 3;* Tigidius *vit. Comm. 4, 7, ubi idem videtur significari, cf. infra. In t. Lusitano II 258 cf. p. 693, qui non ad hunc spectat, sed fortasse ad filium eius aut ad alium eiusdem familiae, Resendius auctor suspectae fidei legit* Cestius Aeidius Perennis, *alius auctor* L. Tulcidius Perennis.

Ex Italia oriundus *Herod. 1, 8, 1,* vir militaris *ib.* Praefectus praetorio cum (Tarrutenio) Paterno, quo tempore M. Aurelius defunctus est *vit. Comm. 14, 8* (praefectus praetorio factus a Commodo *Herod. l. c., minus accurate*). Collega (Tarrutenii) Paterni (in praefectura) *Dio 72, 10.* Paternum subvertit per ambitionem *ib.* (Instigante Tigidio Paternus a praefecturae administratione summotus *vit. Comm. 4, 7, ubi Tigidii nomine hunc significari coniecit O. Hirschfeld Verw. p. 228*). Praefectus praetorio post Paternum *Dio 72, 9,* praefectus praetorio solus *Herod. 1, 9, 10.* Summa potentia eius; imperii curas ei permisit Commodus *Dio 72, 9. 10 (Zonar. 12, 4), Herodian. 1, 8, 2, vit. Comm. 5.* Virtutes eius; incorruptus adversus pecuniam *Dio 72, 10 (aliter vit. Comm. 5, 6. 13, Herod. 1, 8, 2. 8).* Inimicus Pertinaci, quem iussit in Liguriam secedere *(a. 182);* cui post triennium, occiso Perenne *(a. 185, cf. infra),* Commodus satisfecit *vit. Pertin. 3, 3 seq.* Victorino *(C. Aufidio Victorino, supra A 1160)* pepercit *Dio 72, 11.* — Inquirit in Apollonium christianum *Euseb. h. eccl. 5, 21 ex actis martyrii; acta martyrii Apollonii quae extant Armeniace (ubi Terentius dicitur pro Perenne), cf. Harnack Sitzungsber. der berl. Akad. 1893 p. 728, Mommsen ib. 1894 p. 497 seq.* — Filios suos adulescentes ad regimen legionum Illyrici promovet *Herod. 1, 9, 1. 4* (imperium sibi paraturus *ib.*). Res in Sarmatia per alios duces bene gestas in filium suum Perennis referebat *vit. Comm. 6, 1. Huius fortasse filii nomen*

*(ut coniecit Borghesius) erasum in titulis ad Danuvium non longe ab Aquinco positis a. 185 III 3385. III S. 10312, ut legatus Pannoniae inferioris fuerit anno 185 (etiam rasuram in t. Carnuntino III S. 11157 huc rettulit Hirschfeldius). Ad alterum e filiis fortasse spectat t. Lusitanus II 258, cf. supra.* Irati ei milites exercitus Britannici Romam profecti ad exitium eum a Commodo expostulaverunt, quasi imperium filio pararet *Dio 72, 9 (Zonar. 12, 4) cf. 72, 13, 1, vit. Comm. 6, 2;* 'hostis appellatus lacerandusque militibus est deditus' *vit. Comm. l. c., Dio l. c. (paullo aliter mortem Perennis narrat Herod. 1, 9, 8),* anno 185, siquidem occiso Perenne Commodus appellatus est Felix *vit. 8, 1 (de Felicis cognomine a Commodo a. 185 adsumpto cf. Eckhel 7, 135; anno 186 caedem Perennis tribuit Tillemont propter agonem Capitolinum ab Herod. 1, 9, 2 memoratum).* Cum eo uxor et soror et duo filii perierunt *Dio l. c.* (unius tantum filii caedem memorat *vit. Comm. 6, 4;* filius eius falsis litteris illectus, ut relicta provincia in Italiam proficisceretur, ibique interfectus *Herod. 1, 9, 9*). Successit ei in potentia Cleander *Dio 72, 12, vit. Comm. 6,* in praefectura Niger *ib. 6, 6.*

147 Tigranes, rex Armeniae (II): Artavasdis regis *(Armeniae)* filius, Tigranis regis nepos *mon. Ancyr. 5, 26, Ioseph. bell. 15, 4, 3,* Artaxis sive Artaxiae *(supra A 961)* frater minor *Ioseph. l. c. cf. Dio 54, 9.* Una cum patre et fratribus a M. Antonio in Aegyptum missus *Ioseph. l. c.* Capta Alexandria ab Augusto Artaxi fratri *(iam regi Armeniae)* quamvis petenti non remissus *Dio 51, 16 (ubi nomen non ponitur).* Romae degit *Dio 54, 9.* A. 734 arcessitus ab Armeniis *Dio l. c.,* et, cum interfectus esset Artaxes, in regnum deductus a Ti. Nerone *mon. Ancyr. 5, 27, Tac. a. 2, 3, Dio l. c., Ioseph. l. c., Suet. Tib. 9, Vell. 2, 94 (ubi errore Artavasdes ponitur pro Tigrane) cf. 122 (ubi nullum regis nomen ponitur).* Βασιλέως μεγάλου Τιγράνου φιλέλλην[ος] *nummus ap. Langlois num. de l'Arménie p. 37.* Non diu regnavit *Tac. a. 2, 3,* defunctus certe ante annum 748 *Zonar. 10, 35 cf. Dio 55, 9.* Regnum reliquit filio filiaeque 'sociatis more externo in matrimonium regnumque' *Tac. l. c. (cf. sub eo qui sequitur).*

148 Tigranes, rex Armeniae (III). *Hic videtur filius eius qui praecedit, quem una cum sorore eademque uxore patri successisse narrat Tac. a. 2, 3.* Rex Armeniae una cum sorore Erato *nummi ap. Langlois num. de l'Arménie p. 39 inscripti* βασιλεὺς βασιλέων Τιγράνης *(vel* βασιλεὺς μέγας νέος Τιγράνης), Ἐρατὼ βασιλέως Τιγράνους ἀδελφή. *Videtur institutus esse a factione Parthica, Mommsen ad mon. Ancyr.*[2] *p. 113.* Artavasde *(scilicet eo quem Romani contra eum regem fecerant, supra A 956)* defuncto, legatos ad Augustum misit, cum antea id facere noluisset, regnum scilicit ab eo petens; Augustus iussit eum bono animo esse et in Syriam ad C. Caesarem venire *Dio exc. de leg. (ed. Dind. 5 p. 237).* Periit bello contra quosdam barbaros commisso (a. 754 vel paullo ante) *Dio 55, 10*[a].

Digitized by Google

149 Tigranes, rex Armeniae (IV). Alexandri, Herodis filii, et Glaphyrae, Archelai regis Cappadocum filiae, filius; frater *(incertum maior an minor)* Alexandri *Ioseph. bell. 1, 28, 1, ant. 18, 5, 4 cf. 17, 1, 2. Cf. stemma propositum sub eo qui sequitur. Nomen Tigranis ei impositum indicat aviam eius praeterea ignotam, Glaphyrae matrem, Archelai uxorem, fuisse ex domo regia Armeniorum (Mommsen ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 116)*; 'ex regio genere Armeniorum oriundus' *Augustus mon. Ancyr. 5, 31.* Post caedem patris, aut huic aut fratri ab Herode avo desponsa Pherorae filia; quod tamen mox irritum factum *Ioseph. bell. 1, 28, 2. 5, ant. 17, 1, 2.* Post caedem Artavasdis *(supra A 957)* ab Augusto rex Armeniis datus *mon. Ancyr. l. c.*; rex Armeniae *Ioseph. ant. 18, 5, 4, cf. bell. 2, 11, 6 (ubi de magna Armenia agi diserte dicitur)*, 'Armenia quondam potitus' *Tac. a. 6, 40. Rex Armeniae fuit extremis temporibus Augusti; videtur autem regnum per breve tantum tempus tenuisse, cum mentionem eius non faciat Tac. a. 2, 4 in conspectu regum Armeniae, pulsus videlicet a factione Parthica (Momms. l. c.).* A. 36 Romae maiestatis ut videtur accusatus, ad mortem actus est *Tac. a. 6, 40, Ioseph. ant. 18, 5, 4 (ubi minus accurate dicitur* βασιλεύων Ἀρμενίας). Nullos liberos reliquit *Ioseph. l. c. Patruus eius qui sequitur.— Aut huius aut eius qui sequitur liberta* Iulia Tigranis regis [l.] *(pro* l. *traditur* f.; *correxit Mommsen)* Ammia *XI 3080.*

150 Tigranes, rex Armeniae (V). Alexandri filius, Alexandri, regis Herodis filii, et Archelai Cappadocum regis filiae *(Glaphyra)* nepos *Ioseph. ant. 18, 5, 4.* 'Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos' (*scr.* pronepos) *Tac. a. 14, 26. Cf. stemma infra propositum.*

Obses Romae per multos annos *Tac. l. c. et 15, 1.* A. 60 a Nerone rex Armeniis datus *Tac. a. 14, 26, Iosephus l. c. cf. bell. 2, 11, 6,* Adiabenen vastat; deinde ipse Tigranocertis a Parthis et Adiabenis obsidetur, sed hostes propulsat *Tac. a. 15, 1–5, Dio 62, 20.* Mox rumor extitit occulte pactum inter Parthos et Romanos, ut Tigranes Armenia abscederet, *Tac. a. 15, 6 (re vera paullo post Tigranem Armenia excessisse patet inde quod postea non memoratur).* Pater Alexandri, quem Vespasianus regionis alienis Ciliciae regulum constituit *Ioseph. ant. 18, 5, 4. — Stemma fuit hoc:*

Herodes rex Iudaeae ⌣ Mariamme — Archelaus rex Cappadociae ⌣ *regis Armeniorum filia* (?)

Alexander (*A 361*) ⌣ Glaphyra (*G 109*)

Tigranes (*T 149*) — Alexander

Tigranes (*T 150*)

Alexander (*A 362*)

C. Iulius Agrippa (*I 87*).

Digitized by Google

151 *Tigranes, rex Armeniae temporibus Antonini Pii et M. Aurelii *Moses Chorenensis II c. 64 (cf. Mommsen R. Gesch. V p. 407 not. 1), qui non solum nullum Tigranem ex eis qui praecedunt novit, sed ne Tiridatem quidem (infra n. 177), nec Sohaemum (supra S 546), quem vere circa illa tempora regem Armeniae fuisse scimus.*

152 TILLIVS, ante annum 710 senatu eiectus, postea latum clavum resumpsit tribunusque *(scil. plebis; cf. Nipperdey opusc. p. 483)* factus est *Horat. sat. 1, 6, 24 cum Porphyrione*, item praetor *Hor. l. c. v. 107. Idem putatur frater L. Tillii Cimbri, pro quo hic Caesarem id. Mart. a. 710 rogavit, ut narrat Plut. Caes. 66.*

153 Q. TILLIVS SASSIVS *(praenomen saepius in act. Arv.)* frater Arvalis, certe inde ab anno 63, fortasse iam antea *(cf. Henzen act. Arv. p. LXXXVII)*, magister collegii anno 63, vice flaminis fungebatur a. 87, iterum magister factus in annum 88; in locum eius *(defuncti)* alius frater Arvalis cooptatus exeunte anno 91 *act. Arv.* Controversiam habebat cum Histoniensibus, quam diremit arbiter ex compromisso sumptus C. Helvidius Priscus *IX 2827.*

154 Tillorobus *(nomen redit VI 15295; codices Lucianei variant inter* Τιλλοροβ-, Τιλλοβορ-, Τιλλιβορ-.), latro: eius vitam scripsit Arrianus *Lucian. Alex. 2.*

155 Tim… *(nominis reliquias legit solus Chishullus)*, Britannorum rex, qui ad Augustum confugit *mon. Ancyr. 6, 2 cf. Momms. comm. ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 139. 140.*

156 Timagenes, Alexandrinus (ὡς δέ τινες, Αἰγύπτιος), regii nummularii (ἀργυραμοιβοῦ) filius, a Gabinio *(a. 699)* captivus Romam ductus *Suidas s. v.* Τιμαγένης. Diu servus; aliquando cocus, deinde lecticarius *Seneca contr. 10, 5, 22.* Emptus a Fausto Sullae filio et manumissus *Suidas.* Rhetoricam docuit (ἐσοφίστευσεν) Romae, temporibus Pompeii et Caesaris Augusti, una cum Caecilio *ib.* In amicitiam Augusti pervenit *Seneca contr. l. c.* Asinius Pollio aliquando ei iratus; in gratiam eos reduxit ipse Augustus *Seneca de ira 3, 23, 8.* Schola eiectus est propter linguam procacem *Suidas l. c.* (in schola ei successit Pollio Trallianus *Suidas s. v.* Πωλίων, *cf. supra sub C. Asinio Pollione fin., vol. I p. 167*). 'Disertus homo et dicax, a quo multa improbe, sed venuste dicta' *Seneca contr. 10, 5, 22; Plut. de adul. c. 27 (p. 68 B) cf. Horat. ep. 1, 19, 15; Plut. quaest. conv. 2, 1 (p. 634 E).* 'Felicitati urbis inimicus' *Seneca ep. 91, 13.* Cum in Augustum et in uxorem eius quaedam dixisset, Augustus ei domo sua interdixit *Seneca de ira 3, 23, 4 cf. Seneca contr. 10, 5, 22, Plut. de adul. c. 27.* In contumeliam Augusti 'historias rerum ab illo gestarum combussit' *Seneca contr. l. c., Seneca de ira 3, 23, 6.* 'Consenuit in contubernio Asinii Pollionis' *Seneca de ira 3, 23, 5 seq.*; in agro Tusculano *(sc. in villa Pollionis)* degit *Suidas.* Decessit in Albano (Δαβάνῳ *traditur*) *Suidas l. c. cf. s. v.* σφηνωθείς. — Historiarum scriptor *Seneca de ira*

*3, 23, 4; Quintil. 10, 1, 75.* Scripta eius citant *Strabo Iosephus Quintilianus alii: cf. Müller fragm. hist. Gr. III p. 321 seq.; Hirschfeld Sitzungsber. Akad. Berlin. 1894 p. 334 seq. Hunc significari a Livio, cum invehitur in Graecos auctores, Alexandri Magni atque etiam Parthorum gloriae contra Romanum nomen faventes (Liv. 9, 18, 6 seq.), coniecit Schwabe de Livio et Timagene (Stuttgart. 1834).* — Timagenis *(sed dubito num huius)* vitam scripsit Euagoras Lindius *Suidas s. v.* Εὐαγόρας.

157 Timagenes, Aegyptius, qui Palmyrenis Aegyptum subiecit *Zosim. 1, 44.* Eo et Saba *(Septimio Zabda, supra S 352)* ducibus Palmyreni contra Aegyptios bellum sumpserunt; eius insidiis dux Aegyptiorum Probatus interemptus *vit. Claud. 11, 1. 2. Cf. Mommsen hist. Rom. V p. 437, qui duos eiusdem nominis videtur statuere.*

— Claudius Timarchus.

— C. Furius Sabinius Aquila Timesitheus.

158 Timidius, qui Pompedium *(P 516)* amicum a. 40 detulit *Ioseph. ant. 19, 1, 5 cf. Dio 59, 26 (ubi nomen accusatoris non ponitur).*

159 Timo, maritus Arrionillae, a Plinio defensae *Plin. ep. 1, 5, 5.*

160 Timo, frater Plutarchi *Plut. de frat. amore p. 487 D, quaest. conv. 1, 2, 1. 2, 5 p. 615. 639, de sera numinis vindicta p. 548 B cet. Non diversum ab eo qui praecedit coniecerunt quidam; quod refutavit Wilamowitz ind. lect. Gotting. 1889 p. 28 not. 2.*

161 Timocrates, ex Heraclea Ponti oriundus *Philostratus vit. soph. 1, 25, 5, Suidas s. v.* Πολέμων, *cf. Lucian. Demon. 3, Alex. c. 57,* rhetor et philosophus; 'non minus sapientiae quam eloquentiae gloria inclutus' *Fronto ad Verum 1, 1 p. 115 Naber; cf. Lucian. Demonax 3.* Primum medicinae studuerat (ἐφιλοσόφει δὲ κατ' ἀρχὰς τοὺς ἰατρικοὺς τῶν λόγων) *Philostratus l. c. (incertum tamen num hic* Timocrates, cuius medicamenta memorat *Galenus XII 843. 887 ed. Kühn).* Discipulus Musonii *Fronto l. c.* Auditor Euphratis Tyrii *Philostratus l. c.* Ipsum Smyrnae audiit Polemo sophista *Philostratus vit. soph. 1, 25, 5. 9; Suidas l. c.;* item eum audiit Demonax *Lucian. Dem. c. 3.* Sectatores eius in Ponto provincia adiutores habuit Lucianus, cum Alexandrum Abonutichensem accusare institueret *Lucian. Alex. c. 57. (Diversus, scilicet multo antiquior, Timocrates quem memorat Lucian. de saltat. c. 69).*

162 Timolaus, filius Odaenathi et Zenobiae, parvulus a patre una cum Herenniano fratre *(maiore ut videtur)* relictus *vit. Gallien. 13, 2, trig. tyr. 15, 2. 17. 27. 28. 30, 2.* Ardor eius ad 'studia Romana' *trig. tyr. 28.* Eius et fratris nomine Zenobia imperavit *trig. tyr. 27. 30, 2;* id ipsum negatur *vit. Aurel. 38, 1 (et recte quidem, cf. supra sub Septimia Zenobia).* In triumpho ductus ab Aureliano *trig. tyr. 24, 4.*

— M. Valerius Romulus Timotheus V[e]nul[e]ianus V[e]nuleius Gallus.

163 Timoxena *(eiusdem nominis ac filia, Plut. p. 608 C)*, uxor Plutarchi, ad quam huius libellus παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα *Plut. Mor. p. 608 seq.*, mater quattuor filiorum et Timoxenae eius qui sequitur

*Plut. p. 608*[e]. Ab hac *(vel potius a Plutarcho sub eius nomine, cf. Wilamowitz ind. lect. Gotting. 1889 p. 27)* ad Aristyllam quandam datus liber περὶ φιλοκοσμίας *Plut. coniug. praecept. c. 48 p. 145*[A].

164 Timoxena *(nomen est Plut. 611*[c]*)*, eius quae praecedit et Plutarchi filia, qua bimula defuncta *Plut. p. 610*[D], pater ad matrem dedit libellum consolatorium qui extat *Plut. Mor. p. 608 seq.*

165 TINEIVS CLEMENS *(sic XIV 169,* Tineius Clem. *III 4407,* [Ti]neus Clemens *III S. 12802, praeterea* Clemens), consul ord. a. 195 cum Scapula Tertullo *fasti. Diversus putandus est fuisse Q. Tineius Sacerdos salius Palatinus a. 170, idemque ut videtur consul iterum a. 219, cum neque huic umquam Clementis, neque illi Sacerdotis cognomen tribuatur (Borghesi opp. 8, 190).*

166 TINEIVS LONGVS praefectus equitum; in praefectura lato clavo exornatus et q(uaestor) d(esignatus) *VII 504,* cum consularis Britanniae esset Ulpius Marcellus *ib. (de tempore cf. sub Ulpio Marcello).*

167 M. TINEIVS OVINIVS CASTVS PVLCHER L. f., tribu Arn.; clarissimus vir, quaestor urbanus, praetor candidatus, consul, pontifex maior *t. Tiburtinus XIV 3614.*

168 TINEIVS RVFVS. Ῥοῦφος *Euseb. hist. eccl.;* Τίννιος Ῥοῦφος *Syncellus,* Tinius Rufus *Hieronym. chron., item sine dubio comm. in Daniel. (ubi editur* Tim- *pro* Tini-); *in versione chronici Eusebiani Armeniaca gentilicium dicitur esse* Ticinius; Titus Annius Rufus *Hieronym. comm. in Zach. — Quae ex scriptis Iudaicis referuntur, partim et ipsa ducunt ad Tinnium Rufum (cf. Schürer Gesch. des jüdischen Volks I*[2] *p. 575 not. 99), sed plerisque locis dicitur* Turanus Rufus, *quod alii pro tyranno Rufo acceperunt, alii pro Turannio Rufo (unde hoc nomen apud Hieronymum in Zachar. reposuit Vallarsius). — Tineium Rufum dictum fuisse collegit Borghesius opp. 4, 167 tam ex nummis Bizyensium, de quorum lectione vide infra, quam ex nomine eius qui sequitur.*

Legatus pro pr. Thraciae sub Hadriano *nummi Bizyensium in Thracia, in quorum uno (quem possidet Lischine) B. Pick nuper legit* ἐπὶ Τινε. Ῥούφου πρεσβευτοῦ καὶ ἀν. τοῦ Σ. *(in eiusdem nummi exemplis antea notis duobus, quorum alterum Neapoli adservatum edidit Fiorelli cat. n. 6342, alterum, editum a Rauch Berliner Blätter für Münzkunde 5, 1870 p. 13, nunc possidet Loebbecke, non superest nisi* ἐπὶ Τιν *cum* ε *dimidiata, quod male* ἐπὶ Τιμω ... *legit Rauch), in alio nummo nunc musei Parisiensis* ἐπὶ Τιν. Ῥούφου πρ .... *legi refert Pick, in aliis denique est* ΕΠΕΙΤΕΙ Ῥούφου πρεσ. καὶ ἀντι. τοῦ Σεβασ. *(quod ad Tineium Rufum primus rettulit Marinius Arv. p. 655. 664 not. 101, nos supra I 45*[a] *minus recte ut iam constat, cum Pickio Wien. num. Zeitschr. 23, 1891 p. 31, rettulimus ad Itium vel Iteium Rufum).* — (Consul suff. a. inc.). —

Iudaeam regebat, cum Iudaei sub Hadriano rebellarent *Euseb. h. eccl. 4, 6, 1, item chron. ad annum Hadriani 16, p. Chr. 132/3 (vers. Arm.,*



Digitized by Google

*Hieronym.), Syncellus p. 660*; multa millia Iudaeorum cum coniugibus et liberis interfecit, oppida eorum delevit *Euseb. h. eccl.*; eo magistro exercitus pugnante Hadrianus Iudaeos rebelles superavit *Hieron. comm. in Daniel. cap. 9 (5, 695 Vall., 5, 577 Migne)*; ab eo capta urbs Bether, aratum templum in ignominiam gentis oppressae *Hieronym. in Zachar. proph. c. 8, v. 18. 19 (6, 852 Vall., 6, 1547 Migne) (similia, praeterea fabulae nonnullae, referuntur ex scriptis Iudaicis, cf. Levy neuhebr. Wörterb. II 117ᵇ. 149ᵃ. 228ᵇ, item Schürer Gesch. d. jüd. Volks I ed. 2 p. 577 not. 107). Domitorem seditionis Iudaicae praecipuum eum fuisse ex his videtur colligi posse; nec tamen certum, num finem imposuerit seditioni, quae finem habuisse dicitur anno Hadriani 18 = p. Chr. 134/5 (Euseb. h. eccl. 4, 6, 3, chron. ad a. Abr. 2150) et successerit Iulio Severo, an hic illi (hoc praeferunt Rhoden de Palaestina prov. p. 42, Schürer I² p. 544. 576, illud Mommsen ad Borghesii opp. 4, 108 not.).*

169 Q. TINEIVS RVFVS *(sic VI 1978*, K. Τείνειος Ροῦφος *Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1007*, Tineius Rufus *VI 1979*; Κοινιος Ι.... τουφος *refertur ex t. Silensi, de quo infra).* Salius Palatinus factus a. 170 *VI 1978*, desiit esse salius Palatinus a. 178 (vel paullo ante) *VI 1979. Fratrem fuisse Q. Tineii Sacerdotis (eius qui sequitur), qui et ipse salius Palatinus factus est anno 170, filium Q. Tineii Sacerdotis consulis anno 158 (infra n. 172) coniecit Borghesi opp. 8, 189, qui ad eum rettulit t. mutilum Sidae in Pamphylia repertum, semel tantum descriptum, CIG. 4351:* Κόιν[τ]ον Ι.... [Ῥ]οῦφον, πα[τρίκιον](?), ποντίφικα, Κοίντου [Τινείου] Σακέρ[δωτος, ὑπα]τικοῦ. π..., ποντίφικ[ος υἱόν]; *pontificem factum esse putat Borghesius anno 178, cum exiret e collegio saliorum.* Memoratur (sub Commodo) *in t. urbano Inscr. Graec. Ital. Sicil. n. 1007 (consulem eum fuisse ex hoc t. nequaquam colligi potest). Sed tamen fortasse hic* Rufus consul ord. a. 182 cum (Petronio) Mamertino *fasti. — Aut hic aut is qui praecedit* Q. Tineius Rufus qui Apollini Cumano sacrum fecit *X 3683.*

170 Q. TINEIVS SACERDOS *(sic fasti saliorum;* [Κ]όιντος Τινέ[ιος] .... *t. 2,* Τινέιος Σακέρδως *t. 1,* Τινέ[ι]ος Σακέρδ[ω]ς *t. 3)* salius Palatinus factus anno 170 *(una cum Q. Tineio Rufo, fratre ut videtur) VI 1978. (Consul suff. a. inc. sub Commodo; diversus Tineius Clemens consul ord. a. 195, cf. supra sub hoc).* Proconsul Asiae *tituli Ephesii, ap. Waddington fastes des prov. asiat. n. 164, quorum alterum descripsit etiam C. Curtius Herm. 7 p. 29, alterum praeterea non repperi editum (1. 2); t. Phrygius CIG. 3882 g p. 1100 (3),* sub Septimio Severo *t. 3,* antequam Ephesiis permitteretur, ut τρὶς νεωκόροι appellarentur *t. 1 (proconsulem fuisse anno ante aut post Pedonem Apronianum putat Waddington fastes n. 164).*

171 Q. TINEIVS SACERDOS consul II *(iterationis notam om. Dio)* ord. a. 219 cum Elagabalo II *fasti* (K. Τίνα Σακέρδως *Dio ind. l. 79,* Q. Tineius .... *VI 865,* Tineius Sacerdos *II 742, VI 31162 = Bull.*

*comunale 1886, 132, fistula plumbea ap. Lancianium syll. aq. n. 114, praeterea* Sacerdos). *Non diversum ab eo qui praecedit putat Borghesius opp. 8, 190, qui ponit eum salium factum esse annos natum X vel XII, ut ad alterum consulatum pervenerit annos natus circiter sexaginta. Hic ut videtur* Q. [T]ineius [S]acerdos clarissimae memoriae [vir], ad cuius horrea pertinebat *t. urbanus ex schedis Barberinis editus a Prellero Reg. p. 104, cf. Mommsen ad Bruns fontes iuris ed. 6 p. 329.*

172 Q. TINEIVS SACERDOS CLEMENS consul ord. a. 158 cum Sex. Sulpicio Tertullo *fasti* (Q. Tineius Sacerdos *X 7845*, Q. Tinei[us Sacer]dos *XIV 2410, plerumque* Sacerdos; Clemens *soli fasti Graeci Theonis, unde duo cognomina Sacerdotis et Clementis huic Tineio fuisse collegit Marinius Arv. p. 655, tueturque hanc coniecturam fistula Praenestina, cf. infra*). Pontifex ([ὑπατ]ικός, π[ατρίκιος?], ποντίφιξ) *t. Sidensis CIG. 4351, in quo ex nomine ipsius extat* Κόιντος .... Σακερ[δ]...). *Fortasse hic* K. Ti. Sacerdos Klm. *fistula Praenestina XIV 3038. Filium fuisse putat Borghesius opp. 8, 189 Tineii Rufi legati sub Hadriano (n. 168), patrem Q. Tineii Rufi et Q. Tineii Sacerdotis saliorum Palatinorum inde ab anno 170 (n. 169. 170), fortasse etiam Tineii Clementis consulis anno 195, eundemque memorari putat in t. Sidensi CIG. 4351, quem vide sub Q. Tineio Rufo.*

173 ....NIVS TINEIVS TARRVT(ENIVS) .... ATTICVS clarissimae memoriae vir; praetor tutelarius; quindecimvir sacris faciundis; vixit annos XXVIII *t. agri Tiburtini XIV 3517.* Uxor .... a Maxima *ib.*

174 Ti. Iulius Tiranes, rex Bospori ab anno aer. Bosp. 572, quo successit Sauromatae *(cf. supra sub Sauromate, S 182),* usque ad a. 575 (275/6—278/9 p. Chr.) *nummi ap. Koehne musée Kotschoubey II p. 354 seq., Oreschnikov catal. antiq. Uvarovii p. 117; t. Panticapaei rep., ap. Latyschev inscr. Ponti Euxini II n. 29* (βασιλεύοντος βασιλέως Τιβερίου Ἰουλίου Τειράνου φιλοκαίσαρος καὶ φι[λο]ρωμαίου εὐσεβοῦς *t. Panticapaeensis; in nummis est* βασιλέως Τειράνου). *Uxor ut videtur:* Aelia regina *t. Panticapaeensis.*

— M. VLPIVS FL(AVIVS) TISAMENVS.

175 Tiridates *(sic Latini, item* Τιριδάτης *Dionis codex vetustus Vaticanus 78, 21, item exc. Urs. Vales. Vat.;* Τειριδάτης *versio Graeca monumenti Ancyrani, item Dionis codex Venetus,* Τηριδάτης *Xiph.),* Parthus (Tiridates quidam *Iustin., Dio, vix igitur ex stirpe Arsacidarum*): cum pulso Phraate Parthi regem sibi constituerunt *Iustinus 42, 5, 6 (cf. Trogus prol. 42); Dio 51, 18. Circa tempus pugnae Actiacae vel paullo ante hoc factum esse ostendit Dio l. c. Ab eo cusos esse nummos regis alicuius Parthici, qui aliam ac Phraatis faciem exhibent, cusi autem sunt ann. Sel. 280 mens. Dystr. Artem. Daes. (u. c. 722 Mart.-Iun.), suspicatur Percy Gardner Parthian coinage p. 44. 45.* Minime securus in regno *Horat. carm. 1, 26, 5 (qui de hoc Parthorum bello civili videtur cogitasse etiam carm. 3, 8, 19, cf. Momms. mon. Ancyr. ed. 2*

*p. 135).* Pulsus a Phraate in Syriam confugit; Caesar ut moraretur in Syria ei permisit *Dio l. c. (sub a. 724).* Ex Syria ut videtur, scilicet iam regno pulsus (φυγάς), incursionem fecit in regnum Phraatis, quam memorat *Isidorus Characenus* σταθμοί Παρθικοί *c. 1 (ap. Müller Geogr. Graec. min. I p. 248 cf. prol. p. LXXXII). Fortasse tunc temporis iterum in regnum admissus est, si vere (id quod posuit Gutschmid Geschichte Irans p. 103 not. 2) eius est nummus cusus mense Daesio anni Sel. 285 (u. c. 727) ap. Percy Gardner l. c. p. 44; sed cf. Momms. mon. Ancyr. p. 136 not. 1. (Bis expulsum esse Tiridatem iam Vaillant Arsacid. imp. p. 170 seq. statuerat.)* Supplex confugit ad Augustum *mon. Ancyr. 5, 54,* in Hispania bellum gerentem, i. e. a. 728 vel 729 *Iustin. 42, 5, 6,* cum magna amicorum manu *ib.* (in his Ariobarzanes Medus *Dio 55, 10ª; sed cf. Momms. mon. Ancyr. ed. 2 p. 114),* filium Phraatis minimum secum ferens *Iustin. l. c., Dio 51, 18. 53, 33 (qui id narraverat sub a. 724, cf. supra),* quem neglegentius custoditum rapuerat *Iustin. l. c. (factum id esse incursione ea, quam memorat Isidorus loco supra citato, coniecit Momms. mon. Ancyr. ed. 2 p. 137; de ipso filio, quem secum tulit Tiridates, cf. Momms. l. c. et supra P 297).* A. 731 Phraates Tiridatem dedi sibi per legatos postulavit, cum ipse Tiridates in regnum restitui desideraret *Iustin. 42, 5, 7. 8; Dio 53, 33.* Utrumque negavit Augustus, sed Tiridati, quoad manere apud Romanos vellet, sumptum praeberi iussit *Iustin. l. c. cf. Dio l. c. — Non ab hoc, sed ab alio quodam nobili Partho eiusdem nominis qui item ad Romanos circa haec ipsa tempora transfugit, prognatus.* C. Iul. Th[i]rida[t]is f., dec(urio) ala(e) Partho(rum) *III S. 8746.*

176 Tiridates, ex regia Parthorum stirpe *Dio 58, 26 (inde Petrus Patric. fr. 2, ap. Müller fr. hist. Gr. IV p. 184) cf. Tac. a. 6, 37,* Phraatis regis nepos *Tac. a. 6, 37 (scilicet unus ex nepotibus quos una cum filiis Phraates Romam miserat),* Romae educatus ('altor Caesar') *Tac. l. c.* A. 35 a Tiberio post mortem Phraatis iunioris *(P 297)* Parthis rex datus *Tac. a. 6, 32, Dio l. c.,* a Vitellio ad ripam Euphratis perductus *Tac. c. 37.* Rebus primum prospere gestis, paullo post ab Artabano pulsus in Syriam remeavit *Tac. c. 41–44, Dio l. c. (Petrus Patr. l. c.).*

177 Tiridates, Armeniae rex, Arsacida *Dio 63, 5.* Vologaesis, regis Parthorum, et Pacori frater *Ioseph. ant. 20, 3, 4, Tac. a. 12, 50. 13, 34. 15, 2. 14. 31, Dio 63, 5 (Vononis igitur filius, Tac. a. 12, 14).* A Vologaese in regnum Armeniae deductus, sub finem imperii Claudiani *Tac. a. 12, 50, Ioseph. ant. l. c.,* saepius regno pulsus et rursus restitutus *Tac. a. 12, 50. 51. 13, 6. 7.* Bellum feliciter a Corbulone contra eum super Armenia gestum (a. 58 et inseq.) *Tac. a. 13, 34. 37–41. 14, 26, Dio 62, 19 cf. Plin. h. n. 7, 129, Ampel. 39, 4.* Regno profugus degit apud Vologaesem, a quo coram proceribus diademate ornatur *Tac. a. 15, 1. 2.* Post victoriam Parthorum de Caesennio

Paeto regnum Armeniae se a Nerone accepturum promittit *Tac. a. 15, 24 cf. 25, Dio 62, 21. 22.* Corbulonem Rhandeae convenit, diadema apud statuam Neronis deponit *Tac. a. 15, 28 seq., Dio 62, 23,* filiam obsidem dedit *Tac. a. 15, 30* ('a Corbulone victus et restitutus' *Ampel. 39, 4*). A. 66 una cum uxore et liberis magnoque comitatu *Dio 63, 1,* terrestri itinere *Plin. h. n. 30, 16 cf. Dio 63, 2. 7,* in Italiam profectus, cum Neronem Neapoli convenisset *Dio 63, 2,* deinde Romae ab eo magnifice exceptus, diadema manu eius recepit *Suet. Ner. 13, Dio 63, 4 seq. cf. Plin. h. n. 30, 16 (ubi errore Mitridatis nomen positum pro Tiridate), 33, 54, Tac. a. 16, 23;* sumptus ingentes in eum facti *Suet. Ner. 30, Dio 63, 1;* 'provinciis gravis' *Plin. h. n. 30, 16.* 'Magus'; magos secum adduxerat, magicis cenis Neronem initiavit *Plin. l. c.* (sacerdotium quoddam eius memorat *Tac. a. 15, 24*). — *Ab hoc ut videtur appellati* equi Tiridatis regis Armeniorum, Romae qui visebantur regione urbis dicta via lata *Notitia urbis reg. VII (cf. Preller Reg. p. 139).* — Domum reversus Artaxata urbem restituit et Neronea appellavit *Dio 63, 7.* Contra Alanos Armeniam inrumpentes cum pugnam commisisset, paullum aberat quin vivus caperetur *Ioseph. bell. 7, 7, 4.*

178 Tiridates, satrapa, in Armenia turbas concitavit, regem Heniochorum trucidavit, contra Verum *(Martium Verum legatum Cappadociae, supra M 261)* gladium strinxit; nihilo minus a M. Aurelio non interfectus, sed relegatus tantum in Britanniam *Dio 71, 14 (exc. Val.).*

179 Tiridates, a Romanis cum Antiocho quodam philosopho Cynico ad Parthos transfugit *Dio 77, 19. Esse fratrem Vologaesis, quem comitem Septimio Severo expeditione Parthica fuisse tradit Dio 75, 9, statuit Vaillant Arsacidar. imper. (1725) p. 357, fortasse recte (secuti sunt multi, in his v. Gutschmid Gesch. Irans p. 152. 154); Mommseno (Roem. Gesch. V p. 418) non diversus est ab eo qui sequitur.* — Ut redderetur a Vologaese rege Parthorum primum frustra postulavit Caracalla *Dio 77, 19,* deinde obtinuit *ib. 77, 21.*

180 Tiridates: ei regnum Armeniae confirmat Macrinus, matrem, quam Caracalla per undecim menses in vinculis retinuerat, remittit *Dio 78, 27. Filius fortasse fuit regis Armeniorum, quem teste Dione 77, 12 Caracalla dolo evocaverat et vinctum retinuerat (quem Vologaesem fuisse memoratum a Dione 75, 9 putant nonnulli).* Partem Cappadociae, quam pater possederat, recuperaturum se sperat, item stipendium annuum a Romanis *Dio 78, 27.*

181 Tiridates, rex Armeniae, Galli et Volusiani temporibus a Persis regno eiectus (certe post eius fugam Persae Armeniam tenuerunt); liberi eius Persis accesserunt *Zonar. 12, 21. Aliter Armenii scriptores, qui narrant, interfecto per dolum Osrhoe sive Chosroe Armeniae rege, Armeniam a Persis esse possessam, Chosrois filium parvulum*

*Tiridatem ad Romanos delatum ibique educatum, post multa egregia facta recuperasse regnum paternum, deinde cum omni populo ad Christi fidem conversum (Agathangelus qui dicitur, ap. Langlois collection des hist. de l'Arménie I p. 121 seq.; Moses Chorenensis II c. 73. 74. 76. 78. 79. 82, qui Tiridatem regem factum esse statuit anno Diocletiani tertio, c. 82; Tiridatem primum regem Christianum Armeniae novit etiam Sozomenus h. eccl. 2, 8). Narrationem Zonarae et Armeniorum conciliare studet v. Gutschmid Zeitschr. d. deutschen morgenl. Gesellsch. 31, 1877 p. 48.*

182 TIRO legatus *(legionis, vel etiam provinciae) t. ex Dacia (vel forte ex Moesia inferiore) oriundus III S. 8048.*

— Aemilius Tiro.

— APINIVS TIRO.

— CALESTRIVS TIRO.

— Iulius Tiro.

— C. IVLIVS TIRO GAETVLICVS.

— Sabinus Tiro.

— M. Tullius Tiro.

183 L. Tit..... (Titulenus *supplet Henzen propterea quod id nomen reperitur in alio t. Fanestri XI 6238*), [proc.] Aug. Raetiae e[t Vindeliciae] *(supplevit Henzen) t. Fanestris XI 6221 = Bull. dell' Inst. 1860 p. 198.*

184 ...lius Titanianus *(fortasse* A[ti]lius Titanianus, *cf. Nicole p. 230)* ὁ κράτιστος: eius familia ab Aurelio Theocrito commendatur strategis nomi Arsinoitici, mense Iun. 158 *(vel fortasse a. 212, si sub nomine* τοῦ ἀηττήτου αὐτοκράτορος Ἀντωνείνου εὐσεβοῦς *intellegendus est Caracalla) papyrus, quam ed. Nicole revue archéol. 21, 1893 p. 228. Filium fuisse Atilii Titiani, sub Antonino Pio imperatore a senatu damnati (vit. Pii 7, 3), coniecit editor l. c. p. 231, vix recte.*

— Valerius Titanianus.

185 TITEDIVS LABEO *(sic Plinii optimus codex Bamberg.,* Titid- *codex Taciti)* praetor; proconsul provinciae Narbonensis *Plin. h. n. 35, 20.* A. 19 uxor eius Vistilia propter impudicitiam relegata; ipsique obiectum, quod omisisset in eam agere lege Iulia de adulteriis *Tac. a. 2, 85.* Picturae studebat *Plin. l. c.* Admodum senex defunctus paullo ante Plinii tempora *ib.*

— FLAVIA TITIANA.

— MAESIA FABIA TITIANA.

— MAESIA TITIANA.

186 TITIANVS consul ord. a. 245 cum imp. Caes. M. Iulio Philippo Aug. *fasti.*

186ª Titianus, quem 'ut conscium tyrannidis' Hadrianus 'et argui passus est et proscribi' *vit. Hadr. 15, 6. Fortasse T. Atilius Rufus Titianus consul ord. a. 127; cf. praeterea sub Atilio Titiano.*

Digitized by Google

187 Titianus, inter duces belli Parthici L. Veri *Lucian. quom. hist. conscrib. 21.*

188 Titianus: epistula divi Pii ad eum *Modestinus libro undecimo pandectarum (Dig. 50, 4, 11). Fortasse praeses provinciae.*

189 Titianus: eius bona publicata, temporibus Antonini *(nescio cuius) Modestinus libro singulari de manumissionibus (Dig. 40, 5, 12).*

189ᵃ Titianus, praeceptor Maximini iunioris *vit. Maximin. 27, 5. Videtur esse Iulius Titianus, cf. supra I 395.*

— T. ATILIVS RVFVS TITIANVS.
— ATILIVS TITIANVS.
— AVRELIVS TITIAN[VS].
— C. BVLTIVS GEMINIVS TITIANVS.
— TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS *cet.*
— C. CL(AVDIVS) TITIANVS.
— Cornelius Titianus.
— Q. FABIVS CAESILIVS TITIANVS.
— FLAVIVS TITIANVS.
— Flavius Titianus.
— T. FL(AVIVS) TITIANVS.
— T. Flavius Titianus.
— Iulius Titianus.
— Lollianus Titianus.
— C. MAESIVS AQVILLIVS FABIVS TITIANVS.
— MAESIVS FABIVS TITIANVS.
— C. MAESIVS TITIANVS.
— L. SALVIVS OTHO TITIANVS.
— SERGIVS TITIANVS.
— TARIVS TITIANVS.
— TVRR. TITIANVS.
— Q. VIL[LIVS?] TITIA[NVS] QVADRA[TVS].
— TITIDIVS LABEO *v.* Titedius Labeo.
— M. Sallustius Rufus Titilianus.
— Cn. Octavius Titinius Capito.

190 L. Titinius Clodianus. *Tituli Cuiculitani Numidiae, VIII 8328 cf. p. 968 bipertitus, alterum fragmentum coniectura tantum ad eum relatum (1). 8329 (2).* L. Titinius Clodianus *t. 2,* L. Titinius C.... *t. 1.* Procurator ludi magni, procurator quadragesimae Galliarum, [procurator].... Numid. *(fortasse* partes praesidis agens per Numidiam, *si fides apographo cuidam parum accurate facto) t. 1 (sed in fragmento separato, ut fieri possit, haec munera ad alium quendam spectare).* Proc. s......, [proc. provinciae] Bithyniae, praeses et proc. [provinciae] Alpium maritimarum, a commentariis pra[efectorum praetorio] *t. 1.* Egregius vir, procurator Augustorum duorum *(quorum alterius*

*memoria postea damnata est, Caracallae igitur et Getae) t. 2.* Uxor Claudia Salvia, filii L. Titinius Maximus Clodianus, Titinia Clodia *t. 2.*

191 L. Titinius Glaucus Lucretianus *(quattuor nomina tam XI 1331 quam XV 2207),* L. f., tribu Gal. *(origine scilicet Lunensis);* sevir equitum Romanorum, curio, praefectus fabrum consulis; tribunus militum legionis XXII Primigeniae, praefectus pro legato insularum Baliarum (a. 65), tribunus militum legionis VI Victricis; Lunae flamen Romae et Augusti, duovir quarto, patronus coloniae *t. Lunensis duplex XI 1331. Eius nomen in tegulis duabus, quarum altera certe rep. ad mare inferum, Lorii, XV 2207.*

192 L. Titinius Maximus Clodianus, L. Titinii Clodiani *(n. 190)* filius *VIII 8329.*

193 Titinia Clodia, L. Titinii Clodiani *(n. 190)* filia *VIII 8329.*

194 Titinia Mansueta, stolata femina, uxor Ulpii Valerii Aureliani viri egregii, centenarii *t. Tomitanus III 6155.*

195 Titius, poeta, amicus Horatii, Tiberium comitatus in Asiam (a. 734) *Horat. epist. 1, 3, 9 seq.* (Male confusus cum Septimio *amico Horatii, cf. supra sub Septimio, S 306; praeterea cf. supra sub Rufo, R 130). Fortasse non diversus* Titius, amicus Tibulli *Tibull. 1, 4, 73 (cf. Huebner Herm. 14 p. 309).*

196 M. TITIVS. *Tituli: Mytilenensis III S. 7160 (1); Auximas IX 5853 (2); Eleusinius* Ἐφημ. ἀρχαιολ. *1895 p. 113 n. 29 (3).* — M. Titius *t. 1. 2, fasti Amiternini et Venusini, Dio 48, 30. 49, 18. 50, 13,* [Μάρ]κος Τίτιος *t. 3, praeterea* Titius (Τίτος *codices Ioseph. ant. 16, 8, 6 non omnes). Cognomen Balbini ei fuisse, scilicet hunc esse Balbinum consulem memoratum ab Appiano b. c. 4, 50 (cf. supra sub L. Saenio, S 40 fin.) coniecit Kloevekorn de proscriptionib. a. 43 factis (diss. Regim. 1891) p. 97, dubito num recte.*

L. f. *t. 1. 2. 3, fasti Amit.* Avunculus eius (L. Munatius) Plancus (natus igitur Munatia) *Vell. 2, 83.* Cum pater, qui e proscriptis erat, apud Sex. Pompeium degeret, ipse proprio Marte, coacta classe dominationem sibi quaerebat, sed a Mena Sex. Pompeii liberto circa Narbonem captus est; Pompeius autem eum servavit, a. 714 *Dio 48, 30, App. b. c. 5, 142.* A Pompeio transit ad M. Antonium *Dio 49, 18. (Incertum utrum hic an pater* Titius, pace Miseni facta reipublicae restitutus *Vell. 2, 77).* Quaestor M. Antonii bello Parthico (a. 718) *Plut. ant. 42.* Reversus e bello Parthico ab Antonio mittitur contra Sex. Pompeium in Asiam *Appian. b. c. 5, 134. 136. 139 seq., Dio 49, 18 (Zonar. 10, 25);* cum in potestatem eius venisset Pompeius, eum interfecit anno 719 *Dio 49, 18 cf. 48, 30, Appian. b. c. 5, 144, Vell. 2, 79 (cf. Strab. 3 p. 141, ubi nomen Titii non ponitur);* qua re summum odium contraxit *Vell. l. c.* Proconsul *t. 1 (potest fieri ut*

*Asiam provinciam rexerit, successor C. Furnii, cf. Waddington fastes n. 48).* Praefectus classis *t. 1.* Consul designatus *t. 1 (fortasse consul designatus iam inde ab a. 715, cf. Dio 48, 35).* Circa haec tempora statuis honoratus Mytilenis *t. 1,* et Eleusine *t. 3.* Anno 722 *(de anno constat ex Dione)* Antonium relinquit, transit ad Caesarem *Vell. 2, 83, Plut. Ant. 58 (ubi minus accurate dicitur* ὑπατικός*) Dio 50, 3.* Consul suff. a. 723 *fasti Venusini et Amiternini,* ex kal. Maiis ad kal. Oct. *fasti Venusini cf. hemerolog. Amiternin. d. 2 Sept.;* c[os.] *t. 2.* Apud Actium paullo ante ultimum certamen contra Antonii equitatum feliciter pugnat *Dio 50, 13 (Zonar. 10, 29).* Romae ludos edit in theatro Pompeii *Vell. 2, 79.* Pontifex *t. 2.* — Legatus Caesaris Syriae *Strabo 16, 1, 28 p. 748, Ioseph. ant. 16, 8, 6,* quattuor Phraatis regis liberos obsides accepit *Strabo l. c.;* inimicus Archelai Cappadocum regis, sed ab Herode ei reconciliatur *Ioseph. l. c. (ex his legatum eum fuisse circa a. 746 collegit Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 141).* — L. EPIDIVS TITIVS AQVILINVS.

197 Titius Aristo. *Plerumque* Aristo; Titi Aristonis *codices Plinii ep. 1, 22, 1,* Titio Aristoni *Plinii codex Riccardianus in indice ad ep. 5, 3,* Titioni *alius codex ib. in praescriptione* (Aristonio *pro* Aristoni *Plin. ep. 8, 14 qui solus extat codex paullo antiquior).* — Salvius Aristo *Dig. 37, 5, 6, aut alius est (Momms. Zeitschr. f. Rechtsgesch. 7, 1868 p. 474 not. 1) aut Salvii nomen delendum (Momms. ib. 9, 1870 p. 87 not. 13).*

*In senatu eum non fuisse ex Plin. ep. 8, 14 videtur mihi colligi posse.* — Peritissimus privati iuris et publici *Plin. ep. 1, 22, 2. 8, 14, 1. 11.* Audivit Cassium *(C. Cassium Longinum, qui vixit usque ad tempora Vespasiani) Dig. 4, 8, 40.* In consilio Traiani una cum Neratio Prisco *Dig. 37, 12, 5.* Epistula Neratii ad eum *Dig. 19, 2, 19, 2;* ipsius ad Neratium *ib. 20, 3, 3. 40, 4, 46.* Respondit Celso *Dig. 2, 14, 7, 2.* Saepe memoratur a iuris auctoribus *fr. Vat. 83. 88. 199; Dig. passim. De scriptis eius exposuit Mommsen Zeitschrift f. Rechtsgeschichte 7, 1868 p. 474 seq. Reliquias composuit Lenel paling. 1, 60 seq.* 'Liber Aristonis iuris consulti, haud quaquam indocti viri' *Gell. 11, 18, 16.* 'Aristo in decretis Frontianis' *Dig. 29, 2, 99 (cf. Momms. l. c. p. 475 not. 5).* — Amicus Plinii *ep. 1, 22, 8,* qui ad eum dedit *ep. 5, 3. 8, 14.* Pertinax valetudo eius, qua adductus de vita sponte finienda cogitavit *Plin. ep. 1, 22, 1. 8 (epistula scripta circa a. 97).* Sed supervixit Afranio Dextro consuli (id est post annum 105) *Plin. ep. 8, 14, 12.* Uxor et filia memorantur *ib. 1, 22, 9.*

198 TITIVS HOMVLLVS *(plerumque* Homullus; *gentilicium in duobus tantum codicibus antiquioribus Plin. ep. 4, 9, 15, fortasse insiticium est),* defendit Iulium Bassum et Varenum Rufum ex Bithynia accusatos *Plin. ep. 4, 9, 15. 5, 20, 6.* In senatu sententiam dicit *ib. 6, 19, 3.* — CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CVRVIVS LVCANVS.

Digitized by Google

199 Titius Maximus, qui Carpathium quendam stulte aliquid interrogavit *Quintilian. 6, 3, 71.*

200 Titius Proculus, eques Romanus, a Silio custos Messalinae datus, a. 48 occisus *Tac. a. 11, 35. — Alius eiusdem nominis, sed non huc pertinens, III 3968*[a].

— M. MARIVS TITIVS RVFINVS.

201 TITIVS RVFVS (senator ut videtur), a. 39 accusatus quod dixisset, senatum alia sentire alia dicere, se ipse interemit *Dio 59, 18.*

202 Titius Sabinus *(cognomen solum ponit Dio)*, illustris eques Romanus *Tac. a. 4, 68* (ἀνὴρ τῶν πρώτων ἐν Ῥώμῃ *Dio 58, 1, minus accurate*) amicus Germanici *Tac. a. 4, 18. 68*, nec post mortem eius 'omiserat coniugem liberosque percolere' *c. 68 cf. Plin. h. 8, 145*, invisus Seiano, quiiam a. 24 de opprimendo eo cogitaverat *Tac. a. 4, 18. 19.* A Latinio Latiare inlectus, ut convicia in Tiberium iaceret, kal. Ian. a. 28 epistula Tiberii incusatus statimque in carcerem tractus et interfectus est *Tac. a. 4, 68–70 cf. 6, 4, Dio 58, 1 (Zonar. 11, 2).* In servitia quoque eius animadversum *Plin. h. n. 8, 145.*

203 C. Titius Similis, C. f., tribu Cl., Agrippinensis; centurio legionis X . . . ., centurio frumentariorum, princeps peregrinorum, primipilus legionis III Augustae Piae vindicis *(non ante Septimium Severum, ut indicant haec legionis cognomenta)*, praepositus vexillationum e[xpeditionis pe]r Asiam Lyciam Pamphyliam Phrygiam; procurator provinciae M[y]siac inferioris, 'eiusdem provinciae ius gladii' *(sic traditur)*; procurator provinciae Lusitaniae et Vettoniae et curator reipublicae Emeritanorum *t. Emeritanus II 484 semel descriptus.*

204 T. TITIVS TAPPO T. Titii Poppaleni et Gessiae filius, tribu Ser.; vigintisexvir *t. Nomentanus XIV 3945. Aetatis circiter Augusti, cf. XIV l. c.*

205 Titia Quartilla, domina praedii suburbana ut videtur a. 123 *tegulae XV 1477. 1478.*

206 Titia Rufa, soror T. Titii Tapponis *XIV 3945.*

207 Titia Statilia Valeria Agrippiana Fadilla, M. Valerii Rulliani Agrippae procuratoris filia *t. Bithynicus, Lebas 3, 1179 et denuo Mitth. des arch. Inst. zu Athen 1887 p. 179, 9.*

208 M. TITTIVS FRVGI (M. Tittius *potius quam* Tillius Frugi *act. Arv.*, Τίτου Φρυγίου *Ioseph.*) legatus legionis decimae quintae (Apollinaris); a. 70 interest consilio ducum convocato a Tito Hierosolyma obsidente *Ioseph. bell. 6, 4, 3. (Fortasse ad hunc spectabat t. mutilus Carthaginiensis syllogae meae 988 = VIII S. 12536, quem tamen ad Sex. Vettulenum Cerealem, legatum legionis quintae, referre mavult Schmidt, cf. infra sub Sex. Vettuleno).* Consul suff. mense Dec. a. 80 cum T. Vinicio Iuliano *act. Arv.*

209 TITVCIVS ROBVRRVS (*an* Reburrus?) praefectus urbi a. 283 *laterculus praefect. urb., ap. Chronographum a. 354 (Mommus. chron. min. I p. 66).*

210 L. Titurius Sabinus, Vib(i) f., Arn. *VI 27539;* L. Titurius Sabinus *VI 27988;* T. Titurius Sabinus *VI 27540. Videntur fuisse homines de plebe; sed memorari propter Titurios Sabinos nobiles temporum liberae rei publicae (nummi ap. Eckhel 5, 325, Momms. Röm. Münzw. p 584 n. 214; Caes. b. Gall. 2, 5. 3, 17 cet.) — In tegulis Histricis V 8110, 96 dicitur lectum esse* P. Ituri (*non* Tituri) Sabi.

211 TITVS temporibus Maximini imperator factus a sagittariis Osdroenis, et paullo post occisus *vit. Maximin. 11 cf. trig. tyr. 32. Cf. supra sub Quartino.*

— Valerius Titus.

— C. LIEVRIVS TRANQVILLIVS TOCIVS SO[AE]MVS.

212 Togodumnus (Τογόδουμνος), Cunobellini filius, Britannus, ab A. Plautio victus a. 43; mox periit *Dio 60, 19. 21.*

213 TOGONIVS GALLVS senator, a. 32 censuit ut senatores ferro accincti principem protegerent quotiens curiam intraret *Tac. a. 6, 2.*

— P. TETTIVS RVFVS TONTIANVS.

214 Toranius, amicus Martialis *Martial. 5, 78, 2. 9 praef.*

215 Toranius Flaccus (Toranius *Plin.*, Thoranius *Suet.*, Toronius Flaccus *Macrob.*), mango, Antonii et Augusti temporibus *Plin. h. n. 7, 56 (inde Solin. 1, 84), Suet. Aug. 69, Macrob. sat. 2, 4, 28.*

216 C. TORANIVS (Θοράνιος *traditur; sed* C. Toranius, *non* Thoran- *appellabatur teste titulo optimae aetatis CIL. I² p. 199 n. XXIX, tutor Augusti, a quo fortasse huius pater fuerat manumissus*), tribunus plebis anno 729, patrem libertinum in theatrum induxit et in subsellio tribunicio collocavit *Dio 53, 27.*

217 Q. Torius Culleo, Q. f., procurator Aug. provinciae Baeticae *t. Castulonensis II 3270 semel descriptus.*

218 TORQVATA Q. Volusii *(Q. Volusii Saturnini consulis a. 56)* uxor: eius ancillae *VI 7297 (t. rep. ut videtur in monumento familiae Volusiorum). Huius ut videtur (vel patris eius ceteroquin ignoti, vel matris) aliquando servi:* Spendo Torquatian(us) *VI 7303*, Spurinnia Nice Torquatiana *VI 7290 = 27557 (tituli in eodem monumento reperti, ille positus a. p. Chr. 58). Mater videtur Volusiae Torquatae, cf. infra sub hac.*

— GAVIDIA TORQVATA.

— IVNIA TORQVATA.

— LICINIA CORNELIA VOLVSIA TORQVATA.

— METILIA TORQVATA.

— [P]OBLICIA BASSILLA TORQVATA.

— VOLVSIA TORQVATA.

219 *TORQVATVS *(solas* Tor ... *litteras certas esse ait Huebner, ne has quidem pro certis habet Bruce*), consul (suff. a. inc.) cum [Pr]aesente *VII 422 = Bruce lapid. septentr. p. 376 n. 728 (t. rep. in Britannia non longe a vallo Hadriani).*

— C. BELLICVS CALPVRNIVS [T]ORQVATVS.
— C. BELLICIVS TORQVATVS.
— C. BELLICIVS (*sive* BELLICVS) TORQVATVS TEBANIANVS.
— D. IVNIVS SILANVS TORQVATVS.
— L. IVNIVS SILANVS TORQVATVS.
— M. IVNIVS SILANVS TORQVATVS.
— LVCCEIVS TORQVATVS.
— Manlius Torquatus.
— M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO.
— (C.? NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS.
— (NONIVS) TORQVATVS ASPRENAS.
— L. NONIVS TORQVATVS ASPRENAS.
— TORQVATVS NOVELLIVS ATTICVS.
— SEXTIVS TORQVATVS.
— VOLVSIVS TORQVATVS.
— C. OCTAVIVS TIDIVS TOSSIANVS L. IAVOLENVS PRISCVS.

220 TOXOTIVS senator, maritus Iuniae Fadillae, proneptis Antonini, 'eiusdem familiae senator', periit post praeturam; eius poemata extabant *vit. Maximin. 27, 6. Narratio suspecta, cf. quae exposui Herm. vol. 24 p. 351.*

221 .... TRACHALVS, (tribu) [An]i.(?), [quaestor], tribunus plebis, praetor, consul, septemvir epulonum; proconsul provinciae Africae; patronus (Mediolanensium?) *t. Mediolani rep. V 5812. Fortasse idem P. Galerius Trachalus consul ord. a. 68.*

222 Trachali, Ariminenses; eorum mater Septicia in contumeliam eorum secundas nuptias contraxit, temporibus Augusti *Val. Max. 7, 7, 4 (cf. supra sub Septicio).* Ariminenses cognomento Trachalos memorat *Festus (Paul. p. 367).*

— P. GALERIVS TRACHALVS.
— IMP. CAES. C. MESSIVS QVINTVS TRAIANVS DECIVS AVG.
— M. VLPIVS TRAIANVS.
— M. VLPIVS TRAIANVS = IMP. CAESAR NERVA TRAIANVS AVG.
— FVRIA SABINIA TRANQVILLINA AVG.
— C. LIEVRIVS TRANQVILLIVS TOCIVS SO[AE]MVS.
— Q. GAVIVS FVLVIVS TRANQVILLVS.
— C. Suetonius Tranquillus.

223 Sex. Traulus Montanus (Sex. Traulus *Senec.*, Traulus Montanus *Tac.*), eques Romanus, 'modesta iuventa, sed corpore insigni': eum Messallina ultro accivit et post unam noctem dimisit; ob eam causam occisus a. 48 *Tac. a. 11, 36;* occisus a Claudio iussu Narcissi *Senec. apoc. 13.*

224 Trausius *(Trausii complures reperiuntur VI 27568 seq.;* Travius *Porph.),* ex divite ut videtur egens ('pauper sed luxuriosus' *Porph.*), *Horat. sat. 2, 2, 99 cum Porphyrione.*

225 TREBATIVS CLARVS clarissimus vir, defunctus aliquanto ante annum 183 *VI 8420.*

226 TREBATIVS MARINVS: rescriptum ad eum de alendis liberis *Ulpianus libro secundo de officio consulis (Dig. 25, 3, 5, 11). Videtur fuisse magistratus, fortasse consul.*

227 M. TREBATIVS PRISCVS, consul suff. mense Iun. a. 108 cum P. Aelio Hadriano *fasti feriarum Latinarum (CIL. I ed. 2 p. 59); cf. VI 10229 v. 124.*

228 C. Trebatius Testa. (C. Trebatius *vel* Trebatius *passim*, Testa *Cic. ad fam. 7, 13, 1. 7, 21. 7, 22. Vix idem, quod coniecerunt nonnulli,* Thalna *Cic. ad Att. 16, 6, 1*).

Eques Romanus *Porphyrio ad Hor. sat. 2, 1, 1.* Veliae in Lucania possessiones habebat paternas *Cic. ad fam. 7, 20, 1 cf. top. 1, 5* (Velia urbs eius amantissima *Cic. ad fam. 7, 19. 20*); *fortasse inde oriundus.* A. 700 ad Caesarem in Galliam se contulit, lucri causa *Cic. ad fam. 7, 17, 1,* proficiscens a Cicerone commendatur Caesari *Cic. ad fam. 7, 5,* item Q. fratri *ad Q. fr. 2, 12 [14], 3.* 'Tribunatus commoda' a Caesare ei oblata *(primum)* contempsit *ad fam. 7, 8, 1.* Mansit in Gallia etiam a. 701 *ib. 7, 11, 1.* Epistulae in Galliam ad eum a Cicerone missae *ib. 7, 6–18.* Ineunte anno 705 internuntius inter Caesarem et Ciceronem *Cic. ad Att. 7, 17, 3. 9, 12, 1. 9, 15, 6. 9, 17, 1.* A. 710 Caesarem sedentem pro aede Veneris Genetricis admonuisse dicebatur, ut senatui assurgeret *Suet. Caes. 78.* Post mortem Caesaris apud Ciceronem in Tusculano *Cic. ad fam. 11, 27, 1, top. 1, 1.* Circa hoc tempus topica ei conscripsit Cicero *ad fam. 7, 19, 1, top. l. c.* Epistulae Ciceronis ad eum datae a. 710 *ad fam. 7, 19 seq.* — Ad eum dedit Horatius *sat. 2, 1.* — Iuris peritus *Cic. ad fam. 7, 5, 3; 6, 2; 10, 1; 11, 2; 12, 2; 19 cet., Horat. sat. 2, 1, 80 seq.* Discipulus Cornelii Maximi *Dig. 1, 2, 2, 45 cf. Cic. ad fam. 7, 8, 2. 7, 17, 3.* Eius discipulus Antistius Labeo *Dig. 1, 2, 2, 47.* Consilio eius usi sunt Caesar *Cic. ad fam. 7, 11, 2; 13, 1,* et Augustus *Iust. inst. 2, 25 pr.* Quid de divortio inter Terentiam et Maecenatem responderit *Labeo apud Iavolenum (Dig. 24, 1, 64).* 'Aliquot libros de iure civili composuit et de religionibus novem' *Porphyr. ad Hor. sat. 2, 1, 1.* Libros de religionibus citant *Gellius Macrobius alii* (librum decimum *Macrob. sat. 3, 3, 5*). Trebatii complures libri extant, 'sed minus frequentatur' *Pomponius Dig. 1, 2, 2, 45. Fragmenta librorum de religionibus composuit Huschke iurisprud. anteiust. p. 100 seq., quae ad ius civile pertinent Lenel paling. iur. civ. II p. 343 seq.* — Etiam inter poetas locum obtinuit(?) *Porphyrionis ad Hor. sat. 2, 1, 1 codices deteriores* (inter poetas *deest in optimo codice, videturque insiticium*).

229 Tr[e]batia Marcellina *fistula plumbea urbana, ap. Lancianium syll. aq. n. 486. Nomen videtur indicare feminam nobilem.*

230 T. TREBELLENVS RVFVS *(sic tituli Concordienses,* Trebellenus Rufus *Tac. a. 2, 67,* Trebellienus Rufus *ib. 3, 38. 6, 39),* L. f., tribu Claudia *(origine ut videtur Concordiensis);* quaestor, tribunus plebis, legatus imperatoris Caesaris Augusti *(hoc munus in altero t. ante tribunatum plebis, in altero post tribunatum collocatur) tituli Concordienses V 1878; Notizie degli scavi 1886 p. 108 (= syll. meae n. 931. 931a).* Praetor *Tac. a. 2, 67.* A. 18 tutor datus liberis Cotyis regis Thraciae, atque etiam a. 23 regnum eis administrabat *ib. 3, 38.* A. 35 maiestatis accusatus sua manu cecidit *ib.; 6, 39.*

231 TREBELLIANVS *(sic Eutrop. et trig. tyr. bis,* Tribellianus *trig. tyr. uno loco)* imperator appellatus temporibus Gallieni *trig. tyr. 26 cf. Eutrop. 9, 8,* in Isauria; per Gallieni ducem Camsisoleum victus et occisus *trig. tyr. l. c.*

232 .. [Tr]ebell[ius] ...., [proc.] Aug. (Alpium Graiarum) *XII 114 (supplevit Allmer).*

233 L. TREBELLIVS aedilis curulis cum (A. Terentio) Varrone Murena *VI 1324 (paullo ante annum 729, cf. supra sub A. Terentio Varrone Murena; nisi forte intelleguntur Varro Murena pater, et L. Trebellius quem aedilem memorat Cic. Phil. 6, 4, 11).*

234 M. TREBELLIVS legatus *(legionis sine dubio),* a. 36 missus a L. Vitellio praeside Syriae cum quattuor milibus legionariorum et delectis auxiliis, gentem Clitarum ad deditionem coegit *Tac. a. 6, 41. Fortasse (ut coniecit Nipperdey) pater M. Trebellii Maximi (infra n. 239).*

235 M. Trebellius, amicus Columellae, ab eo requisivit, ut praeter praecepta rei rusticae etiam commetiendorum agrorum rationem traderet *Colum. 5, 1, 2.*

236 P. TREBELL[IVS] praetor urbanus a. p. Chr. 30 *fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71).*

237 Q. TREB[ELL]IVS CATVLVS (Treb[ell]ius *potius quam* Treb[at]ius *suppleverunt editores propter spatium),* (tribu) [T]er., quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, legatus divi Claudii legionis XVI *(reliqua perierunt) t. urbanus VI 31771 = Bull. comunale 1880 p. 172 cf. tab. XII. XIII fig. 1.*

238 Trebellius Marinus, procurator *(aquarum, cf. Hirschfeld Verw. 1 p. 168)* sub Hadriano *fistula aquaria Romae rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 23.*

239 M. TREBELLIVS MAXIMVS. *Plerumque* Trebellius Maximus; M. Trebelius *amphora picta Pompeiana quam edidit Sogliano di due epigrafi anforarie pompejane (Rendiconti dell' Accad. di Archeol. di Napoli 1891 p. 52). In tabula cerata Pompeiana, ap. de Petram n. 22, lectum erat* L. Annaeo L. Pollione cos., *unde Trebellio praenomen Lucii et alterum cognomen Pollionis addiderant, sed L. Pollionis nomen male lectum esse rettulerunt qui nuper tabulam viderunt, cf. de Petra ap. Soglianum l. c., item infra in Add. sub Palfurio.*

Homo novus (vel certe non priscae nobilitatis) *Tac. a. 14, 46.* Anno 41 Cn. Sentio Saturnino consuli in senatu verba facienti anulum detraxit *Ioseph. ant. 19, 2, 3.* Consul (suff.) cum L. Annaeo Seneca *amphora picta Pompeiana, de qua cf. supra, Gaius 2, 253, Dig. 36, 1, 1, Iustin. inst. 2, 23, 4,* mense Aug. *Dig. l. c.*, temporibus Neronianis *Dig. l. c., Iust. l. c. Consulem fuisse a. 56 statuit de Petra tav. cerat. p. 21, cf. Mommsen Herm. vol. 12 p. 128, propterea quod anni 57. 58. 59. 60 alios suffectos habuere mense Augusto, anno autem 61 Trebellius Maximus iam videtur fuisse consularis; possis cogitare etiam de anno 55.* (Ab eo appellatum senatus consultum Trebellianum *Dig. 36, 1 cet.*). A. 61 censum per Gallias egit una cum Q. Volusio (Saturnino) *(consule a. 56)* et Sextio Africano *(consule a. 59) Tac. a. 14, 46.* Legatus pro pr. Britanniae, successor (P.) Petronii Turpiliani *Tac. Agr. 16 (anno ut videtur 63, cf. supra sub P. Petronio Turpiliano).* Segniter provinciam administrat *ib.* Exercitui per avaritiam ac sordes contemptus invisusque *Tac. h. 1, 60.* Discordia inter eum et Roscium Caelium legatum vicesimae legionis; anno 69 usque ad seditionem ventum *Tac. l. c., cf. Agr. 16.* Coactus provinciam relinquere, ad Vitellium se contulit *Tac. l. c.* In eius locum a Vitellio Vettius Bolanus missus in Britanniam *Tac. l. c., Agr. 16.* Frater Arvalis; a. 72 magister collegii *act. Arv.*

— Q. Plotius Maximus Trebellius Pelidianus.

— M. STLACCIVS ALBINVS TREBELLIVS SALLVSTIVS RVFVS.

— M. VALERIVS TREBICIVS DECIANVS.

240 Trebicia Tertulla: eius figlinae *XV 524, cf. 525 (tegulae urbanae, quas temporibus Hadriani tribuit Dressel). Fortasse femina nobilis.*

241 L. TREBIVS GERMANVS *(sic VI 10241,* Trebius Germanus *Maecianus)* consul suff. cum C. Calpurnio Flacco *(supra C 214)* mense Dec. (a. inc.) *VI 10241 (non ante tempora Flaviorum, ut ex nomine T. Flavii Artemidori apparet).* Legatus (provinciae alicuius) *Maecianus de iudiciis publicis (Dig. 29, 5, 14). Temporibus Hadriani attribuit Borghesius opp. 3 p. 386, probabiliter. — Diversus, neque huc pertinet,* Trebius Germanus tribunus equitum singularium a. 197 *VI 224.*

242 TREBIVS MAXIMVS *(nomen duobus locis plene lectum est),* legatus pro pr. Lyciae et Pamphyliae, sub Hadriano (non post annum 127/8) *inscriptiones mausolei Opramoae Rhodiapolitani Reisen in Lykien p. 83. 84. 85. 103. 104 II g. III a. III g cf. Loewy ib. p. 126. 133.*

243 Trebius Niger, auctor Plinio de aquatilium natura similibusque *Plin. h. n. 9, 80. 89 seq., 10, 40. 32, 15 cf. 1, 8. 9. 32.* Comes L. Luculli proconsulis Baeticae *Plin. 9, 89. Hic plerumque creditur L. Licinius Lucullus consul a. u. c. 603, qui in ipso consulatu Hispaniam obtinuit (Liv. 48, App. Hisp. 49 seq., cf. Dio fr. 76 Dindorf), recte ut puto (quamquam Plinius Baeticae vocabulo ita minus accurate usus est); Borghesius tamen in epistula quam memorat Henzen ad CIL. VI 1442,*

Digitized by Google

*coniecit Trebium Nigrum comitem fuisse L. Licinii alicuius qui proconsul Hispaniae ulterioris videtur fuisse sub Augusto vel potius sub Tiberio (cf. supra L 115).*

244 C. TREBIVS SERGIANVS consul ordinarius a. 132 cum C. Serio Augurino *fasti (tria nomina VI 10299. X 6485. Dessau inscr. sel. 2181).* Trebio Sergiano rescripsit Hadrianus *Ulpian. libro quarto decimo ad edictum (Dig. 5, 3, 5, 1).*

— Trebonianus *Plut. Galb. 15. V. sub Trebonio Garutiano.*

— IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.

— APPIVS ANNIVS TREBONIVS GALLVS.

245 Trebonius Garutianus, procurator *(sic Tac.,* Τρεβωνιανός *traditur ap. Plut.),* iussu Galbae Clodium Macrum in Africa interfecit *Tac. h. 1, 7, Plut. Galb. 15. Videtur res familiares principis in Africa tractasse, non rexisse provinciam Mauretaniam Caesariensem (quod coniecerat Mommsen CIL. VIII p. XX), cum hanc per haec tempora rexerit Lucceius Albinus; ac vix cogitandum de procuratore Mauretaniae Tingitanae (cum Pallu de Lessert bull. des antiquités africaines 1885 p. 158).*

246 L. Trebonius Oricula (= Auricula), Philis fuit a. 752 una cum C. Numonio Vala *III 74.*

— [TRE]BON[IVS PRO]CVLVS METTIVS MODESTVS *v.* Mettius Modestus.

247 Trebonius Rufinus, duovir Viennae, gymnicum agonem, qui ex cuiusdam testamento ibi celebrabatur, sustulerat; qua re accusatus apud Traianum *Plin. ep. 4, 22.*

248 CN. TREMELIVS (Cn. Trem..... *act. Arv.,* Cn. Tremelius *videtur intellegendum esse in t. Pompeiano). Fortasse oriundus a Cn. Tremelio Scrofa amico Varronis (de re r. 1, 2, 9 cet.) et Ciceronis (ad Att. 5, 4, 2 cet.).* Consul suff. a. 21 mense Mai. Iul. cum Mam. Aemilio Scauro *act. Arv. (VI 2023$^b$ v. 16–18, quod actorum fragmentum, anno 21 coniectura attributum a Borghesio ann. inst. 1855 p. 8, revera huius esse anni demonstrat fragmentum nuper repertum Eph. ep. 8 p. 318); t. Pompeianus graphio exaratus IV 1553.*

249 Triarius, rhetor, irrisus ab Asinio Pollione *Seneca contr. 2, 3, 19. Passim citatur a Seneca, cf. ind. Kiesslingi p. 554.*

250 Triarius *(sic antiquissimus codex,* Traianus *recentiores),* cum Plinio egit, ut causam aliquam ad se pertinentem susciperet *Plin. ep. 6, 23.*

— POMPONIVS [E]RVCIVS TRIARIVS.

251 TRIARIVS MA[TERNVS] (Ma[gnus] *supplevit Huebner),* clarissimus vir, legatus iuridicus (Asturiae et Callaeciae) *t. Bracaraugustanus II 2415.* Procula uxor *ib.*

252 TRIARIVS MATERNVS LASCIVIVS senator nobilis, anno 193 d. 3 Ian., cum milites imperatorem eum contra Pertinacem facere vellent, aegre se iis subtraxit *vit. Pert. 6, 4.*

253 A. TRIARIVS RVFINVS (A. Tr.... *VI 864*, Triarius .... *VI 1984*, .. [T]riarius ..... *VI 31128*, *praeterea* Rufinus) consul ord. a. 210 cum M'. Acilio Faustino *fasti*.

254 TRIARIA, L. Vitellii uxor *Tac. hist. 2, 63. 64. 3, 77.* Licentia eius *ib.*

— POMPONIA TRIARIA.

— Sulpicia Triaria.

— AELIVS DECIVS TRICCIANVS.

255 Tricho *(nomen vix sanum)*, eques Romanus, cum filium suum flagellis occidisset, populi saevientis manibus Augusti auctoritate ereptus *Seneca de clem. 1, 15, 1.*

— L. (C.?) FVLCINIVS TRIO.

— C. LICINIVS TRIO PAVLINVS.

— Sulpicius Trio.

256 *Tristionias, Assarionem occidit Claudius *Seneca apoc. 11 (vocabula sine dubio corrupta;* tris homines assarios *coniecit Buecheler cf. Mommsen eph. ep. 1 p. 147 not. 2 et p. 227, ut intellegantur qui praecedunt Crassus, Magnus, Scribonia).*

257 M. Tritius Florens, pater M. Marii Florentini, avus senatoris *t. Lugdunensis, ap. Boissieu inscr. de Lyon p. 492 = CIL. XIII 1683.*

258 Triumphus, gladiator temporibus Tiberii *Seneca dial. 1, 4, 4.* Alius eiusdem nominis *Martial. spect. 20, cf. Friedländer ad l. c.*

— Pompeius Trogus.

— (C. QVINCTIVS) TROGVS.

— Saufeius Trogus.

259 TROPAIOPHORVS, ex provincia Pannonia, in amplissimum ordinem adsumptus, una ut videtur cum fratre *(cuius nomen periit)*, qui postea legatus Thraciae factus esse videtur *t. Perinthius III 731 = III S. 7395 quem servavit Cyriacus. Fortasse idem* Τροπαιοφόρος, quem una cum Alciphrone nescio quo memorat *Marc. Aurel. 10, 31.*

260 Trophimus *(plene* P. Aelius Trophimus, *ut intellegitur ex nomine liberti)*, procurator provinciae Cretae sub Hadriano *t. Ostiensis XIV 51.*

261 Trosius Aper, grammaticus, quo usus est M. Aurelius adulescens *vit. Marci 2, 3.*

262 Troxoboris *(sic priore loco traditur) vel* Troxoborus *(sic altero)*, dux rebellionis Clitarum in Cilicia Trachea, a. 52 a rege Antiocho oppressus *Tac. a. 12, 55.*

263 Truttedius Clemens, tribunus cohortis secundae vigilum *VI 2968.* Procurator Asturiae et Callaeciae *II 2643.* Uxor Marrinia Procula *ib.*

— Antonia Tryphaena.

264 Trypho, medicus, praeceptor Scribonii Largi *Scrib. Larg. c. 175. Fortasse hic* Trypho ὁ ἀρχαῖος, cuius medicamenta refert *Galenus XIII 745 ed. Kuehn*; Trypho Gortyniata, cuius medicamenta *id. XIII p. 246. 253.* De athletarum arte scripsit *Galen. V p. 898. Certe*

*diversus a praeceptore Scribonii Largi* Trypho medicus, quem memorat *Plutarchus quaest. conv. 3, 1. 3, 2. 5, 8. 9, 14 (p. 646A. 648B. 683C. 744F).*

265 Trypho, bibliopola *Quintil. inst. praef.; Martial. 4, 72, 2. 13, 3, 4.*

— Iulius Trypho.

— Claudius Tryphoninus.

— Q. AELIVS TVBERO.

— L. SEIVS TVBERO.

— PLOTIVS TVCCA.

— Sempronius Tucca.

266 TVCCIVS CERIALIS *(sic unus certe ex antiquioribus codicibus,* Tuctius Cerealis, Ductius Cerialis *alii),* consularis *(consul suff. temporibus ut videtur Flaviorum),* sententiam fert in senatu a. 99 *Plin. ep. 2, 11, 9.*

267 L. Tuccius Secundus, L. f., tribu Pom.; comes M. Valerii Itali legati Augusti (prov. Galatiae?) *t. Ancyranus III 253 cf. III S. p. 1234.*

— C. ASINIVS TVCVRIANVS.

268 L. TVLCIDIVS (?) PERENNIS *(sic alter ex descriptoribus,* Cestius Acidius Perennis *alter),* legatus Aug. pro pr. provinciae Lusitaniae *t. prope Olisiponem rep. II 258 p. 693. Fortasse alter ex filiis (Tigidii?) Perennis praefecti praet. Commodi, cf. supra sub Tigidio Perenne.*

269 Tullianus: rescriptum imperatoris Antonini ad eum citat *Ulpianus libro septimo decimo ad edictum (Dig. 8, 4, 2).*

270 Tullius Balbus: rescriptum divi Pii ad eum citat *Marcianus libro quarto regularum (Dig. 22, 1, 32).*

270a Tullius Bassus, medicus *Caelius Aurel. acut. III 16. Iulius potius quam Tullius; cf. Wellmann Herm. 24, 546.*

271 C. TVLLIVS CAPITO POMPONIANVS PLOTIVS FIRMVS consul suff. mense Sept. a. 84 cum C. Cornelio Gallicano *dipl. mil. (III S. p. 1963).*

272 M. TVLLIVS CICERO (Cicero *passim,* M. Tullius *fasti Venusini,* .. [T]ullius Cicero *Amiternini;* M. Tullius filius Ciceronis *Seneca suas. 7, 13). Falsi tituli huic a Grossio tributi, X 702*. 704*. 705*, qui multis fraudi fuere. De nummo quodam Magnetum ad Sipylum cf. infra.*

Ciceronis ex Terentia filius, natus L. Iulio Caesare C. Marcio Figulo consulibus *Cic. ad Att. 1, 2 (consules sunt anni u. c. 690; sed intellegi consules designatos, Ciceronemque natum esse a. 689 statuunt inde a Bosio, propterea quod causa Catilinae, quam memorat Cic. l. c., acta esse videtur anno 689, et quod anno 690 Atticus iam Romam rediisse videtur, cf. Nep. Attic. 4).* Parvulus commemoratur a patre *in Cat. 4, 2, 3. 4, 11, 23 et saepius in epistulis.* Sors eius defletur a patre in exilium proficiscente *ad fam. 14, 1, 1 cet.* A. 703 patrem in Ciliciam comitatur *ad Att. 5, 9, 3.* Cum Deiotaro in regnum eius missus *ib. 5, 17, 3; 18, 4; 20, 9.* A. 704 cum patre in Italiam redit *ib. 6, 7, 2; 8, 5; ad fam. 14, 5, 1; 16, 1 al.* A. 705 exeunte mense Martio togam virilem sumpsit Arpini *ad Att. 9, 6, 1; 17, 1; 19, 1.* Una cum patre ad Pom-

peium se confert *ad fam. 14, 7, 3.* Bello civili Pompeius eum alae alteri *(vocabulum aut corruptum aut insiticium)* praefecit *de offic. 2, 13, 45.* A. 707 pater Brundisii commorans in animo habuit eum Caesari obviam mittere, sed destitit *ad Att. 11, 17, 1; 18, 1, ad fam. 14, 11; 15.* A. 708 aedilis Arpini cum Q. fratre patruele et M. Caesio *ad fam. 13, 11, 3.* Circa haec ut videtur tempora *(cf. Drumann 6, 293)* a patre verba faciens inducitur in dialogo de partitione oratoria *Cic. part. or. 1, 1 seq.* A. 709 in animo habuit ad Caesarem in Hispaniam se conferre *ad Att. 12, 7, 1.* Athenas se confert studiorum causa *ad Att. 12, 27, 2; 32, 2, ad fam. 16, 21, de off. 1, 1, 1 al.* Ad eum Athenis morantem pater dedit libros de officiis *de off. 1, 1, 1 cf. ad Att. 15, 13, 6; 16, 11, 4.* Exeunte a. 710 vel ineunte a. 711 relictis Athenis Brutum secutus est *Plut. Cic. 45, Brut. 24, Appian. b. c. 4, 51* (a patre missus in Graeciam ad Brutum *App. 4, 20 cf. 51, minus accurate).* Brutus eius opera bello civili saepe usus est *Cic. Phil. 10, 6, 13, ad fam. 12, 14, 8, ep. ad Brut. 1, 4, 6; 6, 1, Plut. Brut. 26, Cic. 45, App. b. c. 4, 51.* Ut in collegium pontificum absens cooptetur, pater desiderat *Cic. ep. ad Brut. 1, 5, 3.* Proscriptus a triumviris *Appian. b. c. 4, 19. 20.* Post pugnam Philippensem primum ad Cassium Parmensem se contulit, deinde ad Sex. Pompeium in Siciliam *App. b. c. 5, 2; 4, 51.* Postea *(post pacem Miseni factam, vel etiam antea)* a Caesare, ut de patris nece se purgaret, in gratiam receptus, et in collegium aliquod sacerdotale cooptatus *App. b. c. 4, 51,* nec multo postea consul factus *ib.*, consul factus ob memoriam patris *Sen. benef. 4, 30, 2.* Consul suff. a. 724 *fasti Amiternini (CIL. I ed. 2 p. 61), fasti Venusini (ib. p. 66),* idibus Septembribus *Plin. h. n. 22, 13,* ex id. Sept. ad kal. Nov. *fasti Venusini,* collega Caesare (IIII consule) *Plut. Cic. 49.* Eo consule nuntius de interitu Antonii Romam adlatus est *Dio 51, 19;* consul litteras Caesaris de clade Antonii apud Actium *(potius de interitu Antonii)* pro rostris recitavit *App. b. c. 4, 51;* eo consule senatus Antonii memoriam damnavit *Plut. Cic. 49.* Proconsul Asiae *Seneca suas. 7, 13. Fortasse huc pertinet nummus Magnetum a Sipylo, de quo egerunt Eckhel 5, 327 seq. (qui dubitabat an antiquus esset). Borghesius opp. 1, p. 170 seq., Waddington revue numism. 1867 p. 116 seq. cf. etiam Bernoulli Roem. Ikonographie I p. 134, in quo* Μάρκος Τύλλιος Κικέρων *adscriptum est ad imaginem, quam ipsius esse coniecit Waddington, Augusti putavit Borghesius, Ciceronis oratoris imaginem esse putaverunt multi (huc etiam Mommsen Herm. 3, 269 inclinat). Proconsulem fuisse paullo post annum 724 putat Waddington fastes des provinces asiatiques n. 53. (Nummi Trimenothyrensium in Mysia, in quibus legitur* ἐπὶ Μ. Τυλλίου, *ap. Mionnet IV 148, 838 meliusque suppl. V p. 459 n. 1259. 1261, non huc pertinent, quippe multo posteriores, cf. Eckhel 3, 120).* Legatus Syriae *Appian. b. c. 4, 51 (de tempore non constat, cf. Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 165).* Homo ebriosus

*Seneca suas. 7, 13, Plin. h. n. 14, 147 cf. Dio 46, 18;* temulentus M. Agrippae scyphum impegisse dicitur *Plin. l. c.* 'Nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem' *Seneca l. c. — Alius* M. Tullius Cicero, M. f., tribu Maecia, eques Romanus, patronus coloniae Paestanorum, curator complurium aliarum civitatum Lucaniae *X 482. 483.*

273 Tullius Crispinus, praefectus praetorio factus a Didio Iuliano suffragiis praetorianorum una cum Flavio Geniale *vit. Did. Iul. 3, 1.* Mittitur contra Severum *ib. 6, 4; 7, 4. 6.* Occiditur *ib. 8, 1.*

274 Tullius Geminus (Tali- *traditur pro* Tulli-), a. 62 Fabricium Veientonem accusavit *Tac. a. 14, 50. Iudice Borghesio opp. 5, 222 idem Terentius Tullius Geminus consul suff. cum M. Iunio Silano, cf. supra sub Terentio Tullio Gemino.*

275 Tullius Geminus (Τυλλίου Γεμίνου *anth. Pal. 9, 707, app. Plan. 205,* Γαιμίνου *anth. Pal. 9, 414, praeterea* Γεμίνου; Τυλλίου Σαβήνου *anth. Pal. 9, 410, sed Planud.* Γεμίνου): eius epigrammata *anth. Pal. 6, 260. 7, 73. 9, 288. 414. 707. 740, app. Planud. 30. 103. 205. Eundem esse qui praecedit putat O. Jahn mus. Rhen. 9, 1854 p. 626, quem secutus est Nipperdey ad Tac.*

— TERENTIVS TVLLIVS GEMINVS.

276 Tullius Iustus: epistula imp. Nervae ad eum, qua epistulis Domitiani standum esse statuitur *Plin. ad Trai. 58, 10. Certe magistratus aliquis, proconsul puto aut procurator Bithyniae.*

277 (M.) Tullius Laurea, Ciceronis libertus: carmen eius in aquas calidas quae non multum post obitum Ciceronis eruperunt in villa olim Ciceronis, iam Antistii Veteris *(consulis a. u. c. 724 ut videtur) Plin. h. n. 31, 7 seq.* Epigrammata eius Graeca *anth. Pal. 7, 17. 294. 12, 24.*

278 Tullius Marcellinus, adulescens Lucilio et Senecae notus, morbo correptus inedia vitam finivit *Seneca ep. 77, 5–10.*

279 Q. TVLLIVS MAXIMVS legatus Aug. legionis VII Geminae Felicis *t. Legionensis II 2660 (cum carmine adscripto, = Buecheler carm. epigr. n. 1526; cf. Huebner ex. scriptur. epigr. n. 1138).* Ex Africa oriundus ('Tullius e Libya') *carmen. Non diversum puto ab eo qui sequitur, quamquam Huebner scripturam tituli Legionensis aetati Traiani vel Hadriani adtribuit.*

280 Q. TVLLIVS MAXIMVS. K. Τουλ. Μάξιμος *nummus Pautaliensis musei Vindobonensis quem post Eckhelium 2, 38 ed. Pick num. Zeitschrift Wien 23, 1891 p. 63,* Τουλ. *vel* Τούλλιος Μάξιμος *nummi reliqui (in multis ex his cum praecedat* ἡγεμ., *minus recte ut iam constat* M. *littera a nonnullis pro praenomine Maximi habita est).* Legatus pro pr. Thraciae sub M. Aurelio et Vero (161—168) *nummi urbium Thracicarum, cusi Hadrianopoli (Mionnet suppl. II 304, 620), Pautaliae (Mionnet suppl. II 368, 977. 979–982. 372, 1005. 1006, Mus. Berol. Beschr. der Münzen I p. 198, 1, alibi), Augustae Traianae (Mionnet I p. 423 n. 375, suppl. II 506, 1778. 1779, Mus. Berol. I*

*p. 238, 2. 5), Traianopoli (Mionnet I p. 423 n. 379, suppl. II 506, 1777), aut Marci aut Veri caput exhibentes (male sine dubio in nummo ap. Mionnet suppl. II 368, 977 dicitur esse caput Pii; legatus Thraciae tempore mortis Antonini Pii fuit L. Pullaienus Gargilius Antiquus). Legatum Thraciae fuisse etiam post mortem Veri coniecit Pick num. Zeitschr. 23, 1891 p. 63 not. 81, sed plane incerta de causa.*

281 TVLLIVS MENOPHILVS (Τούλλιος Μηνόφιλος *exc. de leg.*, Μηνόφιλος *nummi, Herod.*, Menofilius *vit. Maximin.*, Melofilius *traditur vit. Max. et Balb.*). *Cf. Borghesi opp. 2, 227 seq.*

Consul *(suff. a. inc.)* ante annum 238 *Herod. 8, 2, 6, vit. Maximin. 21, vit. Maximin. et Balbin. 12.* A. 238 missus a senatu Aquileiam una cum Crispino contra Maximinum fortiter defendit *Herod. l. c., vit. Maxim. 21. 22, vit. Maxim. et Balb. l. c. (fortasse unus ex viginti viris consularibus reipublicae curandae).* Legatus consularis (ὑπ.) Moesiae inferioris, sub Gordiano, ante a. 241 *nummi Marcianopolitanorum ap. Mionnet I p. 359, 36, suppl. II p. 109, 320 seq., p. 111, 332 seq., Mus. Berol. Beschr. d. Münzen I p. 68 n. 63–71 (tempus inde recte colligitur quod Tranquillina in nummis non comparet, sed ubi uxoris caput exspectareris, constanter adest Serapis; cf. Borghesi opp. 2 p. 231 not. 1, Pick num. Zeitschr. Wien 23, 1891 p. 50)*, dux Moesiae *Petrus Patricius exc. de leg. (Müller fr. hist. Graec. IV p. 186, 8)*, provinciam per tres annos obtinuit *ib. Legatus igitur Moesiae inferioris fuit ab a. 238 ad a. 241.* Quomodo legatos Carporum tractaverit *Petrus Patr. l. c.*

282 M. Tullius Tiro *(tria nomina posuit Hieronymus,* Tullius Tiro *Plin. h. n. 1, 2, Gell. 6, 3, 54. 13, 9, 1, schol. Bob.,* Tiro Tullius *Gell. 4, 10, 6. 6, 3, 8. 54. 12, 3, 3; plerumque* Tiro), Ciceronis libertus, manumissus a. 701 *Cic. ad fam. 16, 16 (si recte eo anno hanc epistulam scriptam esse statuit Koerner in editione Mendelssohnii).* Adulescens etiamtum a. 704 *Cic. ad Att. 6, 7, 2.* Patronum comitatus est in Ciliciam *ad Att. 6, 7, 2 cet.*; rediens morbo correptus Patris substitit convalescendi causa *ad fam. 16, 1 cet.* 'In Puteolano praedio usque ad centesimum annum consenescit' *Hieronymus ad a. Abr. 2013 (= a. u. c. 750); sed vix illo anno mortuus, cum a. 704 fuerit adulescens.* 'Ab ineunte aetate liberaliter institutus'; eo 'adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus est' *Gellius 6, 3, 8, cf. ib. 13, 9, 1; Cic. ad fam. 16, 4, 3. 16, 17, 1, ad Att. 7, 5, 2.* Epistulas Ciceronis etiamtum vivo patrono colligere coepit *Cic. ad Att. 16, 5, 5 cf. ad fam. 16, 17, 1.* Commentarios patroni edidit *Quintil. 10, 7, 30 (cf. Teuffel 180, 3).* Libri Ciceronis emendate ut legerentur curavit *Gell. 1, 7, 1. 13, 21, 6. 15, 6, 2; subscriptio codicum quorundam, ap. Jahn Ber. d. sächs. Gesellsch. d. W. 1851 p. 329, Kiessling coniectan. I (ind. schol. Gryphiswald. 1883) p. 6.* De vita patroni scripsit libros minimum quattuor *Ascon. in Mil. p. 43 Kiessl.; Plut. Cic. 41. 49; Tac. dial. 17;*

*cf. Gell. 4, 10, 6 (nisi haec ex alio libro Tironis sumpta sunt).* Ab eo editi putabantur libri tres iocorum Ciceronis *Quintil. 6, 3, 5, schol. Bob. in Sest. 64, 135 p. 309 Orell., cf. Macrob. sat. 2, 1, 12.* Ipse complures libros de usu atque ratione linguae Latinae, item de variis atque promiscis quaestionibus composuit, in his πανδέκτας *Gellius 13, 9;* 'Tiro in pandecte' citatur *Charis. 1, 207 ed. Keil,* praeterea liber huius generis *Gell. 12, 3, 3*, epistulae eius de quaestionibus grammaticis *ib. 6, 3, 10. 10, 1, 7.* Adhibitus a Plinio *Plin. h. n. 1, 2.* Notas scribendi primus commentus est *Hieronymus ad a. 2013, Isidor. orig. 1, 21 (Suet. ed. Reifferscheid p. 135). Cf. Teuffel § 190, 4. 5.*

— L. DASVMIVS TVLLIVS TVSCVS.

283 TVLLIVS VARRO. *T. Viterbii extans, acephalus, sed quem huius esse ostendit nomen filii in fine perscriptum, XI 3004 = syll. meae 1002 (1); memoratur in t. Tarquiniensi filii XI 3364 (2).* — Varro *t. 2 (in t. 1 nomen periit).* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VIII bis Augustae *(de cognomine bis Augustae cf. Bormann ad t. 1),* quaestor provinciae Cretae et Cyrenarum, aedilis plebis, praetor, legatus divi Vespasiani legionis XIII Geminae, proconsul provinciae Macedoniae *t. 1.* Pater P. Tullii Varronis *(eius qui sequitur) t. 1. 2.*

284 P. TVLLIVS VARRO. *T. Tarquiniensis ipsi positus XI 3364 (1). Ipse posuit patri t. Viterbii extantem XI 3004 (2). Memoratur in Tarquiniensi XI 3366 (3).* P. Tullius Varro *t. 1. 2 (cognomen aut periit aut omissum fuit t. 3).* Varronis *(eius qui praecedit)* filius *t. 1.* Tribu Stel. *t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis XVI Flaviae, quaestor urbanus, aedilis Cerialis, praetor, legatus legionum XII Fulminatae et VI Victricis piae fidelis, proconsul provinciae Baeticae ulterioris Hispaniae, praefectus aerarii Saturni *t. 1.* Consul *t. 1. 3.* Augur *t. 1. 3.* Curator alvei Tiberis et riparum et cloacarum urbis *t. 1.* Legatus Aug. pro pr. Moesiae superioris *t. 1.* Proconsul provinciae Africae *t. 1.* Praetor Etruriae; quinquennalis Tarquiniis *t. 1.* Thermas Tarquiniis testamento fieri iussit *t. 3. Hic ut videtur* Tullius [V]arro, memoratus in testamento facto anno 108, Dasumii ut videtur *VI 10229 v. 22 Praeterea huius sine dubio filius* L. Dasumius Tullius Tuscus P. f., tribu Stel. *(adoptatus, ut nomen ostendit, a L. Dasumio aliquo),* quaestor non ante a. 138 *t. Tarquiniensis XI 3365 (t. una cum illius t. 1 rep., et ab eodem homine positus), brevius dictus* L. Tullius Tuscus *III 4117 (cf. supra D 10). L. Dasumius, cui filium in adoptionem dederat, potest esse is ipse, in cuius testamento facto anno 108 memoratur, cf. Mommsen CIL. VI p. 1349. — Denique fortasse non diversus is qui sequitur.*

285 P. Tullius Varro, possessor fundorum complurium in agro Viterbiensi *XI 3003. Aequalis L. Mummii Nigri Q. Valerii Vegeti con-*

Digitized by Google

*sularis, qui in eodem t. memoratur. Non plane certum, num idem qui praecedit.*

— M. DASVMIVS TVLLIVS VARRO.

— L. ANNIVS TVLLVS.

— BAEBIVS TVLLVS.

— P. CALVISIVS TVLLVS.

— CN. DOMITIVS ..... TVLLVS.

— M. MAECILIVS TVLLVS.

— [PV]BLI[CIVS?] TVLLVS.

— (Volcacius) Tullus.

— L. VOLCACIVS TVLLVS.

— L. ARRIVS PLARIANVS AVFIDIVS TVRBO.

— T. FLAVIVS LONGINVS Q. MARCIVS TVRBO.

— C. GALLONIVS [Q. MARCIVS?] TVRBO.

— Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus.

— L. VALERIVS TVRBO.

— M. VALERIVS TVRBO IVN(IOR).

— L. AQVILLIVS FLORVS TVRCIANVS GALLVS.

286 L. TVRCIVS FAESASIVS APRONIANVS *(sic t.,* L. T. Faesas. Apronianus *in una certe tegula lectum est)* $\overline{\text{cos.}}$ (= consularis); maritus Aemiliae Callistae clarissimae feminae *t. ab Aufidenatibus Samnii positus IX 2801.* Eiusdem nomen *in tegulis in eadem regione repertis IX 6078, 165. E maioribus sine dubio L. Turcii Aproniani, qui fuit praefectus urbi a. 339, et filii huius L. Turcii Aproniani praefecti urbi a. 363 (cf. syll. meae n. 1229).*

287 TVRCIA MARCELLA clarissima femina, consularis viri filia, coniux Tussi De.... *(mariti nomen fortasse corruptum) t. Campanus X 3862.*

288 Turdus, inter comites Oceii Flammae proconsulis Cretae, infamis et invisus *Seneca contr. 9, 4, 20.*

289 Turesis, Thrax, inter duces rebellionis a. 26 *Tac. a. 4, 50.*

290 TVRIA *(sic optimi codices Valerii,* Tyria *Paridis epitome),* uxor Q. Lucretii *(Q. Lucretii Vespillonis consulis a. u. c. 735),* maritum proscriptum anno 711 cum magno periculo suo servavit *Val. Maxim. 6, 7, 2 (eadem res narratur, sed nomen Turiae non ponitur, Appian. b. c. 4, 44). In eius ut videtur tumulo a marito insculptum elogium, cuius fragmenta composuit Mommsen Abh. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin 1863 p. 459 seq., CIL. VI 1527.* Nondum nupta, mortem parentum, a servis ut videtur occisorum, fortiter vindicavit *elogium I v. 3 seq.* Decessit post matrimonium XXXXI annorum *ib. v. 27 seq.* Soror eius nupta C. Cluvio *ib. I v. 16. 47, II v. 9.*

— Verconius Turinus.

291 Turnus, satirarum scriptor *Martial. 7, 97, 8. 11, 10; Rutil. Namatian. 1, 604, Sidon. Apoll. carm. 9, 266, Io. Lydus de mag. 1, 41.* Scaevi Memoris poetae tragici frater *Martial. 11, 10; Probus Vallae ad*

Digitized by Google

*Iuvenal. 1, 20.* 'Hic libertini generis ad honores ambitione provectus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani' *Probus Vallae l. c., ubi perhibetur hunc significari a Iuvenale 1, 20.* Versus eius referuntur *schol. Iuv. 1, 71.*

— P. PETRONIVS TVRPILIANVS.

— C. Pomponius Turpilianus.

292 Turpilius (*sic optimus codex, plerique* Turpillus), eques Romanus, e Venetia, laeva manu pinxit temporibus Plinii, operaque eius Veronae extabant *Plin. h. n. 35, 20. Complures Turpilii memorantur in t. Veronensi V 3432, qui fortasse ad huius gentem pertinebant.*

293 L. TVRPILIVS DEXTER consul suff. a. inc. mense Dec. cum M. Maecio Rufo *XIV 3543 (temporibus Flaviorum, cf. supra sub M. Maecio Rufo).*

— M. Calpurnius Seneca Fabius Turpio Sentinatianus

294 TVRR..... TITIANVS vir clarissimus *fistula plumbea agri Viterbiensis semel descripta, XI 3015.*

295 Turranius, poeta tragicus tempore Ovidii *Ovid. ex P. 4, 16, 29.*

296 Turranius, praefectus Aegypti sub Augusto, anno eius decimo quinto (ab u. c. 738/9) vel vicesimo (743/4) vel vicesimo tertio (746/7) *(nam hos numeros apographa admittunt) t. Aegyptius CIG. 4923 = Kaibel ep. Gr. 978.*

297 C. Turranius *(sic Tac. a. 1, 7,* Turranius *ib. 11, 31,* Tyrannius *Senecae cod. Med.),* praefectus annonae a. p. Chr. 14 (= a. u. c. 767) *Tac. a. 1, 7.* Cum a C. Caesare vacationem procurationis *(videtur significari praefectura annonae)* ultro accepisset nonagenarius senex, ut exanimem se lugeri iussit, donec 'labor illi suus restitutus est' *Seneca dial. 10, 20, 3.* Praefectus annonae etiam a. 801 = p. Chr. 48 *Tac. a. 11, 31. Circiter centum annos igitur natus tunc fuerit necesse est. Sed fortasse nonaginta tantum annos attigit, et Seneca minus accurate de eo tamquam nonagenario etiam antea verba fecit. Utut est, fieri potest ut sit idem qui praecedit, praefectus Aegypti mediis Augusti temporibus. Cf. O. Hirschfeld Philol. 29, 1870 p. 27. — Plane incertum num ab hoc appellata* Turraniana pira *Plin. h. n. 15, 54. Item incertum an is qui sequitur.*

298 Turranius Gracilis, natus prope fretum Gaditanum *Plin. h. n. 3, 3,* auctor adhibitus a Plinio de rebus Hispanicis *Plin. h. n. 3, 3. 9, 11. 18, 75 cf. 1, 3. 9. 11. Incertum quo tempore vixerit, cf. Teuffel 132, 6.*

299 Turranius Priscus (Τυράννιος *traditur*), praefectus exercitus (? στρατοπεδάρχης) a. 66, a Gessio Floro corruptus Cestio Gallo suasit, ut Hierosolymis abscederet *Ioseph. bell. 2, 19, 4. Vix idem* Priscus praefectus castrorum (στρατάρχης) legionis sextae, in discessu a Iudaeis occisus *ib. 2, 19, 7.*

300 Sp. Turranius Proculus Gellianus. *Tituli: Lavinas XIV 4176 mutilus (1); Pompeianus X 797 (2). Nomen integrum t. 2,* ..... Proculus .... *superest t. 1.* L. f., Sp. n., L. pronepos *t. 2.* Tribu Fab. *t. 1. 2.* Praefectus fabrum bis *t. 2.* Praefectus curatorum alvei

Tiberis *t. 2 (de munere cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 1050 not. 2).* Praefectus cohortis Gaetulorum *t. 2 (una ex praefecturis memorata erat etiam t. 1).* Tribunus militum legionis decimae *t. 2.* In urbe Lavinio non solum praefectus iure dicundo, sed etiam pater patratus populi Laurentis foederis cum populo Romano *(quotannis)* percutiendi causa, multisque aliis sacerdotiis ornatus *t. 2 (minus plene t. 1).* Lavinii sacra fecit anno 36 vel 37 *t. 1.* Pompeiis ei statua collocata inter annos 47 et 54 *t. 2 (tempus definit litteratura Claudiana).*

— Clodius Turrinus.

301 Turullius Cerialis, ordines in Germania duxerat, a. 69 primipilaris in exercitu Othonis, cum paucis classicis abeunti a Placentia Caecinae se tradidit *Tac. h. 2, 22.*

302 Tuscenius Felix, primipilus iterum, ex auctoritate imp. Antonini Pii sententiam dixit inter Ardeatinos et nescio quem populum vel privatum *liber col. q. d., Scriptores gromatici I p. 251 ed. Lachmann, cf. CIL. X p. 676.*

— Q. OCTAVIVS VOLVSIVS THVSCEN[IVS] .....

— L. RAGONIVS VRINATIVS TVSCENIVS QVINTIANVS.

303 Tuscianus, iuris consultus, qui (una cum Aburnio Valente et Salvio Iuliano) successit Iavoleno Prisco *Dig. 1, 2, 2, 53. Praeterea ignotus.*

304 Tuscilius Nominatus *(sic IX 5746 et Plin. ep. 5, 13, 1 itemque 5, 4, 1 certe in parte codicem;* Tusculius *vel* Tuscillus Nominatus *alii codices l. c.),* causarum actor, quod causam Vicetinorum, quam susceperat, pecunia accepta deseruisset, coram senatu accusatus et absolutus, a. 105 *Plin. ep. 5, 4. 5, 13.* Eius hereditatem *(scilicet heredem instituerat Traianum)* Traianus rei publicae Riciuensium concessit *IX 5746.*

— L. MEMMIVS TVSCILLVS SENECIO.

— GN. PAPIRIVS AELIANVS AEMIL[IANVS] TVSCILLVS.

305 *TVSCIVS FVSCIANVS legatus Numidiae *Dig. 37, 5, 7. Nomen corruptum; intellegitur L. Matuccius Fuscinus, cf. supra sub hoc.*

306 Tuscus, poeta, Ovidii aequalis, 'qui Phyllide sua nomen' nactus erat *Ovid. ex P. 4, 16, 20. Cf. Teuffel 252, 8.*

307 Tuscus, historicus, fatuus, iudice Seneca *suas. 2, 22;* 'homo quam improbi animi tam infelicis ingeni' *ib.* Mamercum (Aemilium) Scaurum maiestatis reum fecit *ib. Videtur aut Cornelius Tuscus aut Servilius Tuscus dictus fuisse, cf. Tac. a. 6, 29 et supra sub Servilio.*

308 Tuscus novarum rerum suspectus sub Macrino *vit. Diadum. 9, 1 (epist. fictic.).*

— Caecina Tuscus.

— Clodius Tuscus.

— L. DASVMIVS (TVSCVS?).

— L. DASVMIVS TVLLIVS TVSCVS.

— Fabricius Tuscus.

— *MEMMIVS TVSCVS.

— M. NVM[MIVS] ... ATTIDI[VS] ... TVSCVS.
— M. NVMMIVS TVSCVS.
— *[Q. POMP]ON[IVS] ... [T]VSC[VS].
— M. Macnius Agrippa L. Tusidius Campester.
309 Cn. Tussanius P[roculus] *(cognomen supplevi ex t. eius qui sequitur; sed potest fuisse* P. [f.]), [iuris] consul[tus] *(potest cogitari etiam de consule) t. prope Ostiam rep. VI 1534 = XIV 175 cf. add. p. 481.*
310 Postumus Tussanius Proculus, Cn. f., tribu Ani., q(uaestor) *t. urnae, originis ut videtur urbanae, VI 27843. Quaestorem collegii alicuius fuisse coniecit Huelsen.*
311 Tussanius Aristo, egregius vir, procurator *(tractus Carthaginiensis ut videtur)* sub Commodo *VIII 10570. III v. 11 cf. Mommsen Herm. 15, 397.*
— Valeria Tussania.
312 *TVSSIVS DE .... *(sic alterum exemplum,* Tussibi .. *alterum; fortasse nomen corruptum),* maritus Turciae Marcellae, clarissimae feminae *t. Campanus X 3862 bis (fortasse ne bis quidem) descriptus.*
313 Tuticanius Capito, praefectus classis Ravennatis a. 152 *dipl. mil. (III S. p. 1987).*
314 TVTICANVS, amicus Ovidii inde a tenera aetate *Ovid. ex P. 4, 12, 20 seq.,* ad quem hic dedit *ex P. 4, 12. 4, 14.* Honoribus ex ordine functus *ib. 4, 12, 40 (vix alii honores intelleguntur ac senatorii).* Ipse quoque poeta; 'Maeonium Phaeacida vertit' *ib. 4, 12, 27 cf. 4, 16, 27. Cf. Teuffel 252, 2.*
— GEMINIVS TVTICIVS AEMILIANVS.
315 M. Tuticius Proculus, procurator Augusti (in Africa) *t. Siccensis VIII 1625.*
316 Tutilius (Utilius, Rutilius *plerique codices Martialis*), socer Quintiliani *Plin. ep. 6, 32, 1;* ipse scripsit de arte rhetorica *Quintil. 3, 1, 21 cf. Martial. 5, 56, 6.*
317 Tutilius Lupercus, Tutilii Pontiani *(n. 320)* aut frater minor aut filius *II 550.*
318 L. TVTILIVS LVPERCVS PONTIANVS *(sic plene t. urbanus eph. ep. 4, 774,* Lupercus *chronographus a. 354,* .... ercus *XI 3899,* Pontianus *plerumque,* Pompeianus *fasti Vind. priores cum Prospero).* Consul ord. a. 135 cum P. Calpurnio Atiliano *fasti.*
319 L. Tutilius Lupercus Sulpicius Avitus *t. Faliscus XI 3102 Parentela sine dubio coniunctus cum eo qui praecedit.*
320 Tutilius Pontianus: eius et Tutilii Luperci servus *II 550. Frater maior vel pater videtur fuisse Tutilii Luperci. Fortasse non diversus ab eo qui sequitur.* — Tutilii Pontiani *signaculum ad ostia Padi ut videtur rep., V 8116, 57.*
321 L. TVTILIVS PONTIANVS GENTIANVS *(sic act. Arv.,* Utilius *vit. Marc., correxit Klein mus. Rhen. 35, 1880 p. 637),* adulter Faustinae, nihilo-

Digitized by Google

minus a M. Aurelio honoribus exornatus *vit. Marc. 29, 1.* Consul suff. mense Febr. a. 183 *act. Arv.*

321ª Tutilia Proc(u)la, L. f. *fistulae urbanae quas vidit Dressel; cf. Bull. comunale 1890 p. 179. Fortasse femina nobilis.*

322 Ti. Tutinius Senti(us) Satrinus, dominus figlinarum urbanarum tempore Hadriani *tegulae XV 103–105. 107–109, cf. Dressel l. c. p. 25. Filium vel certe propinquum eius fuisse qui sequitur coniecit Marinius Arv. p. 307.*

323 TI. TVTINIVS SEVERVS frater Arvalis, magister collegii a. inc. temporibus Domitiani *fragmentum actorum, ap. Henzen p. CXXXV (Dom. C).*

— Iulius Tutor.

— C. VELLAEVS TVTOR.

324 Tynchanius *(sic Salmasius,* Thyncanius *traditur),* stipator Maximini *vit. Gord. 14, 7 (epist.).*

325 Tyrannio iunior, grammaticus, discipulus Tyrannionis senioris *Suidas s. v. (discipulus scilicet Tyrannionis eius, quem praeter Suidam l. c. memorant Cicero Strabo 12 p. 518, 13 p. 609 aliique).* Ex Phoenicia oriundus, captivus factus bello Antonii et Caesaris, emptus a Dymante Caesaris liberto, ab hoc dono datus Terentiae Ciceronis, ab hac manumissus, docuit Romae *Suidas s. v.* Scripta eius enumerat *Suidas l. c.,* citant *Eustathius aliique.*

326 Tyrius Septimius Azizus, vir perfectissimus, curator reipublicae Faliscorum temporibus Gallieni *XI 3089. 3091. 3092. Oriundus ex Syria, ut praeter Azizi cognomen ostendit Tyrium gentilicium, cf. supra sub L. Septimia Pataviniana Tyria Nepotilla Odaenathiana.*

— L. SEPTIMIA PATAVINIANA BALBILLA TYRIA NEPOTILLA ODAENATHIANA.

# V (U)

1 C. VA.... rex sacrorum, augur *VI 2123.* Uxor Manlia Fadilla *ib. cf. 2124.*

— [A]urelius Va...

— I(VLIVS) A(VRELIVS) SEPTIMIVS VABALLATHVS ATHENODORVS.

2 Vagellius declamator, homo stultus ut videtur (cor eius 'mulinum') *Iuvenal. 16, 23* (Mutinensis *codices aliquot, item scholia, ex interpolatione*). Idem ut videtur, item ut homo stupidus (statua eius tam a sensu aliena quam effigies deorum) memoratur *ib. 13, 119.*

3 L. VAGELLIVS consul suff. cum Cn. Hosidio Geta exeunte anno 44 vel 45 vel 46 *X 1401 cf. Momms. ib. p. 159 not. 1. Eiusdem ut*

Digitized by Google

*videtur nomen in fistula aquaria Romae rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 12. Idem ut puto* Vagellius *(sic codices plerique)*, amicus Senecae, poeta *Seneca nat. quaest. 6, 2, 9. Cf. Baehrens fr. poet. Rom. p. 362 (vix hic* Vallegius *— sic traditur —* cuius versus citat *Donatus app. ad vit. Terentii Suetonianam, ap. Reifferscheid Suet. p. 35; cf. Teuffel 147, 2).*

— CN. BAEBIVS TAMPILVS VALA NVMONIANVS.

— C. NVMONIVS VALA.

— Q. Numonius Vala.

4 * P. Val., praeses provinciae Sardiniae *miliarius Sardus eph. ep. 8, 762.*

5 ..... VALENS praetor (aerarii) a. p. Chr. 15 *fasti scribarum quaestoriorum, CIL. I ed. 2 p. 74.*

6 VALENS avunculus magnus — 'alii tantum avunculum dicunt' — eius Valentis, qui sub Gallieno imperavit *(eius qui sequitur)*, imperator appellatus in Illyrico et post paucos dies occisus *vit. trig. tyr. 20 cf. 31, 8.*

7 VALENS, temporibus Valeriani et Gallieni apud Macedonas imperator appellatus *Vict. ep. 32, 4.* 'Proconsulatum Achaiae dato a Gallieno tunc honore gubernabat' *trig. tyr. 19, 1 cf. vit. Gallien. 2, 2.* Ad eum opprimendum Macrianus misit Pisonem; quo comperto sumpsit imperium *vit. Gall. 2, 2. 3, trig. tyr. 19, 2. 3. 21, 1,* missis militibus Pisonem interfecit *vit. Gallien. 2, 4, trig. tyr. 21, 3;* ipse mox a suis militibus interemptus *trig. tyr. 19, 3. 21, 3.* Valens, cognomento Thessalicus (thesanicus *cod. Vat.;* Thessalonicus *vulgo*) inter eos qui Gallieni temporibus imperium invaserunt *Ammian. Marc. 21, 16, 10. (Non Valens sed* Piso Thessalicus appellatus *trig. tyr. 21, 1 cf. vit. Gallien. 2, 4). Nullus fuit, aut certe hoc posterior* imp. C. Q. Valens Aelianus Aug. *nummus iam musei Vindobonensis, ap. Eckhel 7, 450, Cohen ed. 2 VI p. 67, suspectae lectionis.*

8 C. VALENS HOSTILIANVS MESSIVS QVINTVS. *Nomina plene perscripta extant in t. urbano VI 1102, in Valentino Hispaniae II 3736, in Ceramensi Cariae Journal of hell. stud. 11, 1890 p. 127 cf. syll. meae n. 520 adn.* (Ὀστιλλιανός *t. Ceramensis*), *plene fuerunt II 4957. III 3746. VIII 10051. XI 3088, item in papyro nunc Vindobonensi, Corpus pap. Raineri I n. XXXVII;* C. Valens Hostil. Mes. Quintus *nummi plerique, ap. Eckhel 7, 357, Cohen ed. 2 vol. VI p. 225 seq.* (C. Oval. Ostil. Mes. Covintus *nummi alii non pauci, Graecissantes,* Q. Val. Hostil. *traditur II 4958*); Messii Decius et Quintus *miliarii Raetiae III 5988. 5989 de ipso et fratre;* Quintus *nummus coloniae Aeliae Capitolinae, ap. Cohen V² p. 223;* Hostilianus *Victor Caes.,* Ἰουστιλιανός *Cedrenus,* Hostilianus Perpenna *Victor epit.,* Σευῆρος Ὀστιλιανός *Zonaras; de Gallo Hostiliano Eutropii v. infra.*

Filius imperatoris Caesaris C. Messii Quinti Traiani Decii Aug. *t. Ceramensis (item filius Decii dictus fuit sine dubio XI 3088, ubi*

Digitized by Google

*periit tantum filii vocabulum, et VI 1102, ubi filii vocabulum extat, patris nomen periit). Frater sine dubio minor Q. Herennii Etrusci Messii Decii, cum quo coniungitur, sed ita ut ille constanter praecedat II 4957. 4958. III 3746. 5988. 5989. VIII 10051. XI 3088, item in papyro Vindobonensi, natus et ipse puto Herennia Cupressenia Etruscilla; nam hic videtur alter ex adulescentibus, quorum imagines coniunguntur cum imaginibus Decii et Etruscillae in nummis Decii ap. Cohen V² p. 206, Decii et Etruscillae ib. p. 207, Etruscillae solius ib. p. 214/5 n. 1. 2.* — Caesar, nobilissimus Caesar *nummi, tituli.* Caesar Augustus *III 5988. 5989,* ὁ θεοφιλέστατος Καῖσαρ *(nomen)* Σεβαστός *t. Ceramensis (cf. supra), abusu solito, sed ita ut patre inferiorem fuisse eum appareat.* Tribunicia potestate II (adhuc Caesar) *VI 1102.* Imp. Cae. C. Val. Hos. *vel* Host. Mes. Quintus Aug. *nummi ap. Eckhel 7, 353, Cohen n. 7. 8. 22. 29 cet.,* imp. C. Mes. Quintus Aug. *nummus unus ap. Eckhel l. c., Cohen n. 58.* (A. 251) post mortem patris *(et fratris)* adoptatus a (C. Vibio Treboniano) Gallo Augusto *Zosim. 1, 25 (qui nomen non ponit, sed aperte hunc significat, cum verba facit de eo ex Decii filiis qui patri supervixerit).* Post mortem Decii et Etrusci una cum Gallo Hostilianus imperator creatus *Victor Caes. 29 (qui videtur ignoravisse eum filium Decii fuisse);* post mortem Decii filiique Gallus Hostilianus et Galli filius Volusianus imperatores creati *Eutrop. 9, 5 (tamquam unus fuisset Gallus Hostilianus);* Galli et Volusiani temporibus Hostilianus Perperna a senatu imperator creatus *Victor epit. 30.* (Philippi temporibus imperator creatus *Zonar. 12, 18,* imperator fuit inter Gordianum et Philippum *Cedrenus I p. 451 Bonn.*). Non multo post pestilentia consumptus est *Victor Caes., epit.;* morbo correptus venis incisis sanguinis emittendi causa periit *Zonar., Cedrenus;* Galli dolo sublatus *Zosim. 1, 25* (imperavit annos II *Cedrenus*). *Videntur igitur Hostiliano aliquantum temporis etiam sub Gallo et Volusiano vel Caesaris vel etiam Augusti honores mansisse (in titulis tamen, et extant non pauci Gallo et Volusiano communes, numquam cum his vel altero vel ambobus coniungitur), donec fato fungeretur; apud scriptores autem memoriam eius a patris memoria separatam vagari coepisse non ita mirum.*

— P. Aelius Valens.
— L. Caninius Valens.
— Donatius Valens.
— FABIVS VALENS.
— Fabius Valens.
— FLAVIVS VALENS.
— L. FVLVIVS ABVRNIVS VALENS.
— IVLIVS VALENS.
— Iulius Valens.
— C. Iul(ius) Valens.

Digitized by Google

— T. MANLIVS VALENS.
— Pinarius Valens.
— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA *cet.* SILIVS VALENS VALERIVS NIGER CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.
— Pompeius Valens.
— SALVIVS VALENS.
— M. SATRIVS VALENS.
— Q. Septueius Valens.
— Statius Valens.
— Valerius Valens.
— Vettius Valens.
— M. VETTIVS VALENS.
— M. Vettius Valens.

9 Valentilla, uxor Calpurnii Marcelli τοῦ κρατίστου, propinqua clarissimorum virorum *t. Pisidicus, Papers of the American School at Athens II p. 186 n. 189.*
— Aufidia Cornelia Valentilla.
— IVLIA VALENTILLA.
— M. AVR(ELIVS) VALENTINIANVS.

10 Valentinus, dux ut videtur vel praeses snb Gallieno *exc. Vat. de sent. post Dionem (Dio ed. Dindorf V p. 220).*
— Iulius Valentinus.
— MARIANA VALERIANA.
— NVMIDI[A] .... OPENDA VALERIANA.
— SERV(A)EA F[L(AVIA)] STATIANILLA VALERIANA.

11 VALERIANVS, anno 194 dux copiarum Septimii Severi cum (Cornelio) Anullino, pugna apud Issum commissa missus ab Anullino eum equitatu terga Nigrinianorum invadit *Dio 74, 7. Hic fortasse* [VA]LERIANVS .... NINVS legatus ut videtur Galatiae a. 197 *III 243. Cf. praeterea supra sub M. Fabio Magno Valeriano.*

12 Valerianus, decurio in exercitu Vespasiani, Tiberiadem missus cum equitibus quinquaginta procursione oppidanorum fugatur *Ioseph. bell. 3, 9, 7.*

13 Valerianus, amicus Frontonis *Fronto ad am. 1, 18 p. 186 Naber. Idem fortasse* Valerianus Clitianus *Fronto ad am. lib. II ind. p. 189 Naber.*

14 Valerianus, qui cum Pertinace grammaticen docuerat, ab eodem imperatore ad cenam saepius adhibitus, ut fabulas litteratas haberet *vit. Pert. 12, 7. — Homo de plebe videtur* Valerianus cui respondit Ulpianus *Dig. 46, 5, 10.*

15 Valerianus, auctor citatus a Plinio *Plin. h. n. 3, 108 cf. 1, 3. Cf. supra sub Cornelio Valeriano. Apud Arnobium 6, 7 Valeriano, ut traditur, dudum substitutus est Valerius Antias.*
— P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus.

— Cornelius Valerianus.
— Q. DECIVS VALERIANVS.
— M. DOMITIVS VALERIANVS.
— M. FABIVS MAGNVS VALERIANVS.
— FLAVIVS VALERIANVS.
— M. IALLIVS BASSVS FABIVS VALERIANVS.
— Iulius Valerianus.
— M. IVVENTIVS SECVNDVS RIXA POSTVMIVS PANSA VALERIANVS.
— [M. IVVEN]TIVS [SECVN]DVS RIXA *cet.* VALERIANVS .... SEVERVS.
— P. LICINIVS CORNELIVS (*vel* CORNELIVS LICINIVS) VALERIANVS CAESAR.
— (LICINIVS) VALERIANVS.
— IMP. CAESAR P. LICINIVS VALERIANVS AVGVSTVS.
— Q. LVCANIVS VALERIANVS.
— MARIVS VALERIANVS.
— Paetus Valerianus.
— C. Plinius Valerianus.
— Q. Pollius Valerianus.
— T. QVINCTIVS CRISPINVS VALERIANVS.

16 Valerius, miles, tribunus cohortis praetoriae factus loco Iulii Crispi cuius dictum aliquod Septimio Severo detulerat *Dio 75, 10.*

17 D. VALER[IVS] .... inter pueros senatorum filios qui Arvalibus ministraverunt a. 105 *act. Arv. (VI 2075 I v. 49). Fortasse ex posteris Valerii Asiatici (infra n. 25).*

18 L. Valerius ....., praefectus cohortis Ituraeorum, tribunus ....; praefectus classis [Flaviae] Moesicae; procurator Aug. p[rov. Dalmatiae?] *t. Salonitanus III S. 8716.*

19 P. VALER[IVS] ..... sodalis Augustalis *VI 1988 = XIV 2392 v. 4. Cf. infra sub P. Valerio Patruino.*

20 *Q. Valer(ius), procurator Mauretaniae Caesariensis sub Maximino *miliarius non bene ut videtur descriptus, Eph. ep. 7, 676.*

— M. Aur(elius) Valerius.

21 VALERIVS ACISCVLVS: cum eo (cum ualeri ac situlo colono *optimus codex*) tribuno plebis adulterium in aede Veneris theatri Pompeiani Catia quaedam *(Horat. sat. 1, 2, 95)* fecit *Porphyrio ad Horat. l. c. Fortasse* L. Valerius Acisculus *memoratus in nummis aetatis Caesarianae.* — [Valerius A]cisculus *qui putabatur consul suffectus fuisse a. p. Chr. 18, nullus fuit; cf. supra sub Regulo (R 33).*

22 VALERIVS AGRICOLA c(larissimus) v(ir), q. d. (= quaestor designatus?), (defunctus antequam quaesturam iniret) *t. urbanus quem servavit Metellus cod. Vat. 6038 f. 24.*

23 Valerius Alexander, vir egregius, subpraefectus vigilum (sub Gordiano, non ante annum 241) *t. Ostiensis eph. ep. 7, 1211.*

24 Valerius Antonius, a Frontone commendatus ut videtur L. Vero: is ut libellum sibi det vult Verus, cui libello rescripturum se ostendit *Verus ap. Frontonem ep. ad Verum 1, 2 p. 116 Naber.*

25 D. (?) VALERIVS ASIATICVS. Valerius Asiaticus *Seneca, Iosephus, Tac., Dio,* Asiaticus *fastorum laterculi sub anno 46. De praenomine constat, si vere eius nepos* M. Lollius D. f. D. n. Paullinus Valerius Asiaticus *(cf. supra sub hoc), eiusque pronepos* [Valerius] ... D. pronepos Taurus Asiaticus *(cf. infra sub Valerio Tauro Asiatico).*

Viennae genitus *Tac. a. 11, 1 (hic videtur consularis e colonia Viennensi oriundus, in cuius memoriam anno 48, scilicet anno postea quam hunc damnatum esse constat, invectus est Claudius, cf. infra). Tribum putandus est habuisse Viennensium, Voltiniam; Voltinia tribu fuerunt qui ex posteris eius fuisse videntur M. Lollius Paullinus Valerius Asiaticus et Valerius Taurus Asiaticus.* — Amicus L. Vitellii, una cum quo Antoniam Augustam coluerat *Tac. a. 11, 3.* Varia eius 'in rem publicam officia' *ib.* Consul suff. a. inc. ante a. 41, fortasse sub Tiberio (scilicet consularis sub C. Caesare *Seneca dial. 2, 18, 2,* consularis a. 41 *Ioseph. ant. 19, 1, 20, Dio 59, 30*). ('Ante in domum consulatum intulit, quam colonia sua solidum civitatis Romanae beneficium consecuta est' *Claudius or. Lugd., de hoc ut videtur, cf. infra*). C. Caesari in primis amicis *Seneca l. c.;* qui nihilominus consuetudinem cum uxore eius habebat, et praeterea in ipsum contumeliosus fuit *ib.;* ea res inter alias C. Caesarem exitio dedit *ib. 2, 18, 1.* Praecipuus auctor interficiendi C. Caesaris fuisse credebatur *Tac. a. 11, 1.* Erat cum C. Caesare quo die occisus est *Iosephus ant. 19, 1. 4.* Post mortem C. Caesaris progressus in contionem (ad milites *Dio*) 'gloriam facinoris ultro petivit' *Tac. l. c., Ioseph. 19, 1, 20, Dio 59, 30 (Zon. 11, 7).* Quin ipse imperium adfectaret, obstitit ei Annius Vinicianus (Μινουκιανός) *Ioseph. ant. 19, 4, 3.* 'Adversus Brittanniam militia' eius *(videtur Claudium eo comitatus esse) Tac. a. 11, 3.* Consul II *(iterationis notam om. fasti Hydat. aliique)* ord. a. 46 cum M. Iunio Silano *Dio 60, 27, fasti,* ante tempus abdicavit, quo invidiam minueret *Dio l. c.* (ante idus Martias *V 5050*); consul II *Seneca nat. quaest. 2, 26, 6, Tac. a. 11, 1.* A. 47 instigante Messallina a Suillio et Sosibio accusatur apud Claudium una cum Poppaea Sabina, cuius adulter credebatur; missis militibus Baiis, ubi repertus est, in urbem vinclis inditis raptus *Tac. a. 11, 1;* ab accusatoribus maxime ei obiectum, quod milites pecunia et stupro corruperit *Tac. a. 11, 2, Dio 60, 29.* Cum Claudius liberum mortis arbitrium ei permisisset, venas exsolvit *Tac. a. 11, 3, Dio l. c.* A. 48 in memoriam eius in senatu invehitur Claudius nomine eius non posito ('ut dirum nomen latronis taceam') *or. Claud. Lugdunensis II 15 seq.* Divitiae eius; possessor hortorum Lucullianorum; quae res maxime exitio ei fuerant *Tac. a. 11, 1, Dio 60, 27. 31.* Vir ferox

*Seneca dial. 7, 18, 2, Tac. a. 11, 2.* Exercitationibus athleticis adsueverat *Tac. a. 11, 3* ('palaestricum prodigium' *Claudius l. c.*). — *Fortasse ab hoc appellati* scaenici Asiaticiani Viennae *XII 1929.* — Frater eius memoratur (nomine non posito) *or. Claud. Lugd.*; senatu (post mortem eius) eiectus *ib.* — *Pater videtur eius qui sequitur, avus M. Lollii Paullini Valerii Asiatici Saturnini.*

26 D.(?) VALERIVS ASIATICVS. Valerius Asiaticus *Tac. h. 1, 59. 4, 4;* D. Aurelius Asiaticus *apographum t. urbani VI 1528 quem ad hunc rettulit Marinius, cf. infra.*

*Filius videtur eius qui praecedit.* A. 69 legatus provinciae Belgicae, in primis Vitellii partibus accessit *Tac. h. 1, 59.* Mox a Vitellio gener adscitus *ib.* Consul designatus *ib. 4, 4.* Exeunte a. 69 occiso Vitellio, ut consul designatus honores decernit ducibus Flavianis *ib. Defunctus esse videtur antequam consulatum iniret, si recte titulum VI 1528 Romae semel saec. XV descriptum:* dis manibus D. Aurelii Asiatici consulis designati *ad eum rettulit Marinius Arv. p. 345 not. 74 (scilicet ut* Aureli *errore lectum sit pro* Valeri, *quod sane fieri potuit). Brevi post mortuum esse indicat etiam id quod* Vespasianus Vitellii filiam *(eandem puto quae huic nupserat vel certe desponsa fuerat)* dotavit et marito collocavit *Suet. Vesp. 14 (nam alia filia Vitellio non videtur fuisse, cf. infra sub Vitellio).* — *Huius ut videtur libertus* D. Valerius Asiatici libertus Sisses(?) sevir in colonia Equestrium Novioduni *XIII 5012 = Inscr. Helv. 121.* — *Pater puto M. Lollii Paullini Valerii Asiatici Saturnini, consulis a. 93 iterumque a. 125, avus Valerii Tauri Asiatici infra n. 139.*

27 Q. Valerius Asiaticus: eius servus sacrum fecit in agro Albensi vel Hastensi *V 7592. Fortasse homo nobilis.*

— M. LOLLIVS PAVLLINVS VALERIVS ASIATICVS SATVRNINVS.

28 C. Valerius *Astraeus (Astraeus *Orell.*; Aestreus, Aestiaeus *duae antiquae editiones, a quibus reliquae pendent*), Valerii Paulini libertus: ei ius Quiritium a Traiano impetrat Plinius *Plin. ad Trai. ep. 104. 105.*

— Ulp(ius) Valerius Aurelianus.

29 C. Valerius *Axer (Axer *primus editor*, Aper *is qui post eum solus codicem vidit*): ei similiter ut Valerio Astraeo *(n. 28)* ius Quiritium impetrat Plinius *Plin. ep. ad Trai. 104. 105.*

30 VALERIVS BASSIANVS consularis, occisus a Commodo *vit. Comm. 7, 6.*

31 M. VALERIVS BRADVA MAVRICVS. *T. Albingaunensis Liguriae. V 7783 (1); memoratur in urbanis VI 1342 (2). 1541 (3). 9836 (4). Fistula rep. in Aventino, ap. Lancianium syll. aq. n. 177 (5).* M. Valerius Bradua Mauricus *t. 1. 2. 5,* Val. Bradua Mauricus *t. 4,* Bradua Mauricus *Dig. 26, 10, 1, 4,* ..... Mauricus *t. 3,* Bradua *Dig. 1, 21, 4. In consulatu* M. Valerius Bradua *VI 1980, plerumque* Bradua. — Clarissimus vir *t. 4. 5* (clarissimae memoriae vir *t. 1*). Consul *t. 1. 3,* ordinarius a. 191 cum Pedone Aproniano *fasti.* Ponti-

fex *t. 1. 2. 3.* Sodalis Hadrianalis *t. 1.* Curator operum publicorum *ib.* Curator aquarum sacrae urbis et Miniciae *ib.* Censitor provinciae Aquitanicae *ib.* Proconsul provinciae Africae *ib.; Dig. 1, 21, 4. 26, 10, 1, 4,* Severo et Caracalla imperantibus *Dig l. c.* — Adfinis M. Antonii Antii Lupi, occisi a Commodo, sepulcrum eius perfecit *t. 2.* Praeterea nescio quod monumentum in urbe (in quo partes fuerunt etiam Q. Virii Larcii Sulpicii) perfecit *t. 3.* Domum videtur habuisse in Aventino *t. 5.* Albingauni balneum inchoavit, quod post mortem eius perfectum Albingaunensibus adsignavit Q. Virius Egnatius Sulpicius Priscus *t. 1.* — Libertus et procurator eius *t. 4.*

32 VALERIVS CAPITO praetura (*traditur* praefectura) functus, ab Agrippina in exilium actus, post huius caedem a. 59 restitutus a Nerone *Tac. a. 14, 12.*

33 VALERIVS CATVLLINVS (*sic vit. Sev., in vita Did. Iul. scriptor codicis Palatini posuit* Catolinus *idque mutavit in* Catulinus), a. 193 a Didio Iuliano successor missus Septimio Severo (scilicet ut eius loco Pannoniam superiorem regeret) *vit. Did. Iul. 5, 7.* Occisus a Septimio Severo *vit. Sev. 13, 7.*

34 Valerius Catullinus, procurator Aug. (in Dacia) *t. Napocensis III 857. Fortasse (ut coniecit Rhoden) huius est tegula Sarmizegetusae rep. III S. 8075, 5, in qua est:* C. V. C. pr. Au.

35 VALERIVS CATVLLVS consulari familia iuvenis, Gaium Caesarem stupratum a se adfirmavit *Suet. Cal. 36. Fortasse is qui sequitur.*

36 [VALERIVS] CATVLLVS pontifex, filius ut videtur eius qui sequitur (*certe in eodem t. post eum nominatus*) *XIV 2095.*

37 ..... VALERIVS CATVLL(VS) L. f. (L. f. *collocatum ante Valerii nomen, ut alterum gentilicium praecessisse appareat*), consul, qui divo Aug. Lanuvii titulum posuit *XIV 2095. Pater ut videtur eius qui praecedit. Fortasse non diversus* Sex. Tedius Valerius Catullus consul suff. a. 31 *(cf. supra sub hoc); natum eum possis conicere L. Valerio Catullo eo qui sequitur, adoptatum a Sex. Tedio aliquo.*

38 L. VALERIVS CATVLLVS triumvir monetalis mediis fere Augusti temporibus *(cf. Mommsen hist. numm. p. 744 not. 15) nummus aeneus ap. Eckhel 5, 333, Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 524.*

39 L. Valerius Catullus, L. f., statua honoratus una cum matre Terentia Hispulla a populo Atheniensi *CIAtt. III 619b (p. 498). Diversus ab eo qui praecedit, si recte Dittenberger titulum Atheniensem 'vix multis annis ante finem primi p. Chr. saeculi' (propter* Λουκ-, *non* Λευκ- *scripturam) iudicat.*

— SEX. TEDIVS VALERIVS CATVLLVS.

40 [VALERIV]S CATVLLVS MES[SALINV]S inter pueros senatorum filios, qui Arvalibus ministrabant anno 105 *act. Arv. (VI 2075 I v. 49). Fortasse nepos eius qui sequitur.*

41 L. VALERIVS CATVLLVS MESSALLINVS. Catullus Messalinus *Plin. ep. 4, 22, 5,* Catullus *Iuv. 4, 113, Victor epit. 12, 5,* Messalinus *Tac. Agr. 45; in consulatu* L. Valerius Catullus M..... *V 7239,* Valerius Messalinus *Frontin. aq. 102,* Messalinus *chronogr. a. 554, fasti Hydat.*

*Filium fuisse Valerii Catulli supra n. 35 et Statiliae Messallinae, sororis Tauri Statilii Corvini consulis a. 45, coniecit Borghesius; sed res plane incerta, cf. supra sub Statilia Messallina (S 626).* Consul ord. a. 73 cum Domitiano Caesare II *fasti.* (Proconsul Africae *scholia ad Iuv. 4, 113, quae ex schedis Borghesii citat Tissot fastes de l'Afr. p. 125, dummodo antiqua*). Imperante Domitiano 'calumniator praecipuus' *Victor epit. 12, 5,* 'mortifer' *Iuvenal. 4, 113:* eius opera multi boni viri perversi *Plin. ep. 4, 22, 5;* 'sanguinariae sententiae' eius in consilio Domitiani *Plin. ep. 4, 22, 6; cf. Tac. Agr. 45; Iuv. 4, 113 seq.* Luminibus orbatus *Plin. ep. 4, 22, 5; Iuvenal. 4, 114 seq.* In vivis a. 93 *Tac. Agr. 45,* sed mortuus erat a. 97 vel 98 *Plin. ep. 4, 22, 6 (inde pendet Victor epit. 12, 5).*

42 P. (M.?) VALERIVS COMAZON EVTYCHIANVS. Εὐτυχιανός *Dio integer (vel certe Dionis integri codex Vatic.) 78, 31 (quo loco bibliopega ...νός tantum reliquit). 32,* Κωμάζων *ib. 78, 39. 79, 3. 4, neque additur unum eundemque esse,* Εὐτυχιανὸς ὁ καὶ Κωμάζων *Dio a Xiphilino breviatus 79, 4 (p. 347 ed. R. Stephan.), fortasse ex codice Dionis magis pleno quam Vaticanus (sed dubitat qui de loco Xiphilini monuit Boissevain),* Κωμάζων *Dio (Xiph.) 79, 21 (ex Xiph. pendet Zonar. 12, 13. 14). In consulatu:* Comazon *VI 2003. 3068 Brambach 1138, item fastorum laterculi,* P. Valerius Comazon *XIV 2809 (lapis integer et certae lectionis),* M. [Val.] Comazon *VI 866 (lapis mutilus et bis tantum saeculis prioribus descriptus),* Λολλουαλι Κωμάζων *Dio ind. l. 79 (ut testatur Boissevain Mnemos. nov. ser. 13, 1885 p. 320, qui putat* Λολλουαλι *ortum esse ex* M. Οὐαλ.). P. *praenomen tuetur Publia Valeria Comasia, filia eius ut videtur, cf. infra n. 156 (utrumque praenomen ei fuisse suspicatur Boissevain).*

Libertus e domo Caesaris (τῶν Καισαρείων τις) *Dio a Xiphilino breviatus 78, 31 p. 344 Steph. (ex hoc Zonar. 12, 13) nescio an errore excerptoris (certe non ipsius Augusti libertum eum fuisse ostendit gentilicium).* In ludicris et palaestris placuerat (ἔν τε ἀθύρμασι καὶ ἐν γυμνασίοις ἀρέσας) *ib. (in Dione idem suppletur, sed incertum num recte, nam in codice Vat. haec tantum relicta esse* ἐν ..... καὶ ἐν γυ.... *neque spatium superesse vocabulo* ἀρέσας *testatur Boissevain).* Mimus et scurra, ideoque (ἔκ τε μίμων καὶ γελωτοποιίας) Comazon appellatus *Dio 79, 4.* Pantomimus qui Romae in theatro saltaverat *Herodianus 5, 7, 6, similiter vit. Elag. 12, 1 (neque hic neque illic nomen ponitur, sed videtur significari Comazon). Famam de histrionica ab eo factitata ex nomine Comazontis ortam esse coniecit Hirschfeld Verw. p. 234.* — Militaverat in Thracia; a Claudio Attalo legato *(temporibus Commodi,*

*cf. supra sub Claudio Attalo)* propter maleficium quoddam in classiarios translatus *Dio 79, 3.* Neque procuratione neque praefectura ulla functus erat nisi legionis *Dio 79, 4.* A. 218 in Syria *(praefectus legionis fortasse, cf. supra)*, primarius auctor extitit motus militaris, quo deiecto Macrino imperium ad Elagabalum translatum est; hic Soaemiadis filium, Caracalla genitum dictitans, ad milites produxit *Dio 78, 31 (locus mutilus suppletus ex Xiph.; ex hoc Zonar. 12, 13); cf. Dio 78, 32. 39.* Ab Elagabalo victore praefectus praetorio factus *Dio 79, 4 (Zonar. 13, 14); cf. Herod. 5, 7, 6, vit. Elagab. 12, 1 ubi nomen non ponitur, sed hic videtur significari histrio ab Elagabalo praefectus praetorio factus.* Ornamentis consularibus ornatus *Dio l. c.* Consul *Dio l. c.*, (consul II *VI 866. XIV 2809 propter ornamenta, consularia*) ord. a. 220 cum M. Aurelio Antonino Aug. (Elagabalo) III *fasti.* Praefectus urbi, nec semel tantum sed bis ac tertio, quod nemini alii evenerat *Dio 79, 4 (cod. Vat.; Xiphilinus, ex quo Zonaras, locum corrupit omissis verbis* καὶ ἐπολιάρχησεν), praefectus urbi saepius factus in locum aliorum, postremo a. 222, occiso Elagabalo, in locum Fulvii *Dio (Xiph.) 79, 21.* — *Filia puto eius:* Publia Valeria Comasia clarissima femina *(cf. infra); ex posteris eius* Valerius Coma[z]on, consularis aedium sacrarum a. 299 *t. urbanus CIG. 6002 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1026.*

43 Valerius Cordus, eum Severus Alexander in prima pueritia litteratorem habuit *vit. Alex. 3, 2.*

44 VAL(ERIVS) CRESCENS FVLVIANVS legatus pro pr. Britanniae III p. Chr. saec. *(fortasse, ut putat Huebner, imperante Caracalla vel Alexandro, nam videtur in t. superesse mentio matris Augusti) VII 222.*

45 Valerius Crescentia(nus), eques Romanus equo publico, frater Valerii Materni clarissimi iuvenis *V 5729.*

46 Valerius Datus *(cognomen solum ponit Dio)*, praefectus Aegypti anno 215/6. 216/7 *papyri nunc Berolinenses, Urk. aus d. k. Mus. zu Berlin, I n. 159. 266, II n. 614.* Interficitur a Macrino *Dio 78, 15.*

47 C. Valerius Dionysius, Valerii Paulini libertus: ei ius Quiritium a Traiano impetrat Plinius *Plin. ep. ad Trai. 104. 105.*

48 M. VALERIVS ETRVSCVS. *Tituli Lambaesitani VIII 2543 (1). 2613 (2). 2728 (3), Thamugadenses VIII S. 17854 (4). 17855 (5); viae cuiusdam Numidicae, Eph. ep. 7, 645 (6).* — *Tria nomina extant t. 1. 5.* Legatus pro pr. (exercitus Africani) *t. 1–6*, a. 152 *t. 1. 4.*

49 VALERIVS FABIANVS 'capessendis honoribus destinatus', Domitio Balbo praetorio, propinquo suo, testamentum subdidit; quod apud patres convictum; Fabianus lege Cornelia damnatus, a. 61 *Tac. a. 14, 40.*

50 VALERIVS FESTVS legatus provinciae Africae proconsule Cornelio Anullino, a. 193 *VIII 1170.*

— C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS VALERIVS FESTVS.

Digitized by Google

— Baebius Valerius Firmus.

51 Valerius Flaccinus, adulescens nobilis, parens Valeriani imperatoris, a Probo tunc tribuno e Quadorum manu liberatus *vita Probi 5, 2.*

52 C. VALERIVS FLAC(CVS) IVLIVS VRSVS *tegulae urbanae XV 522 (quas aetatis Hadrianae esse iudicat Dressel). Nomen indicat hominem nobilem. Cf. supra sub L. Iulio Urso Valerio Flacco.*

53 C. VALERIVS FLACCVS SETINVS BALBVS *(sic codex Vaticanus in subscriptione lib. V,* G. Valerius Flaccus Balbus Setinus *ib. lib. II,* G. Valerius Flaccus Setinus *ib. lib. IV. VI. VII. VIII; cf. Thilo prol. p. III. Setini vocabulo originem ex Setia significari coniecerunt nonnulli, cf. Thilo ib. p. IV).* Scripsit Argonautica, de quibus extant libri octo *(reliqui periisse putandi sunt),* ediditque imperante Tito, Vespasiano iam in sidera recepto *1, 16 (cf. 1, 11:* sancte pater; *minus recte haec viro Vespasiano scripta plerique statuerunt)* (eruptionem Vesuvi montis memorat *3, 209. 4, 507*). Quindecimvir sacris faciundis *1, 5 (sic recte verba de cortina Cymaeae vatis, quae sibi domi staret, acceperunt interpretes).* Inter poetas honorifice memorat, nuper mortuum eum esse dolet *Quintilian. 10, 1, 90 (immature eum defunctum esse videtur ex Quintiliani verbis colligi posse). (Etiam a Statio silv. 2, 7, 77 huius Argonautica significari putant plerique.)*

— L. IVLIVS VRSVS VALERIVS FLAC(CVS).

54 C. Valerius Florinus, L. f., tribu Quir.; praefectus cohortis secundae Thracum Syriacae, tribunus militum legionis VII Claudiae; frater (L. Valerii) Proculi *(praefecti annonae et Aegypti, cf. infra) t. Praenestinus XIV 2957.*

55 (Valerius) Fronto, pater M. Valerii Martialis poetae, maritus Flaccillae *Martialis 5, 34, 1.*

— L. SERVILIVS DOMITIVS VALERIVS FRONTO LVCIANVS.

56 C. Valerius Fuscus, tribu Quirina, procurator vicesimae per complures provincias, procurator ad annonam Ostiae *t. urbanus semel descriptus VI 1633.*

57 C. VALERIVS GALLIANVS HONORATIANVS vir clarissimus, curator rei publicae Karthaginis, anno ut videtur 283 *(recte enim Caro titulum positum fuisse videtur statuisse Mommsen)*, certe saec. III vergente *VIII S. 12522;* filius Valerii Rogatiani, nepos Valerii Galliani *VIII S. 11935.*

58 Valerius Gratus, procurator Iudaeae sub Tiberio per undecim annos *(id est ut videtur ab a. p. Chr. 15 ad a. 26, cf. sub Pontio Pilato),* successor Annii Rufi; ipsi successit Pontius Pilatus *Ioseph. 18, 2, 2 (inde Euseb. h. eccl. 1, 10); cf. 18, 6, 5.*

59 L. VAL(ERIVS) HELVIDIVS PRISCVS [P]OBLICOLA clarissimus vir, quindecimvir sacris faciundis, allectus inter quaestorios, sevir eq. Rom. turmae primae, ..... *VI 1530 cf. p. 852.*

60 [Va]lerius Hermes, amicus ut videtur Dasumii *VI 10229 v. 26.*

Digitized by Google

61 M. VALERIVS HOMVLLVS. *Sic act. Arv., item X 3863;* Valerius Homullus *vit. Marci 6, 9,* Omullus *vit. Ant. Pii 11, 8 (tertio loco in optimo codice mutatum in* Omullius), Homulius *vit. Alex. 65, 5. In consulatu* M. Valerius Homulus *XIV 250, plerumque* Homullus *(quod in fastorum laterculis plerisque corruptum,* Humillius *in fastis Hydat., in aliis aliter;* C. Omollus Verianus *falsus titulus VI 1960* = Orell. 4443). (Vix hic, sed fortasse pater eius* Homullus familiaris Traiani *vit. Alex. 65, 5.)*

Consul ord. a. 152 cum M'. Acilio Glabrione *fasti* (cos. *t. Campanus X 3863; vix alius significatur*). Frater Arvalis, memoratur in actis a. 145 *Eph. ep. 8 p. 322 v. 22,* et a. 155 *VI 2086, 7.* Patronus coloniae Capuae *X 3863.* — Ioca eius patienter tulit Antoninus Pius *vit. Pii 11, 8.* Antoninum Pium in M. Aurelium frustra temptavit incitare *vit. Marci 6, 9.*

62 M. VALERIVS ITALVS legatus Aug. (Galatiae ut videtur): comes eius Ancyrae sepultus *t. Ancyranus III 253.*

— M. Valerius Iulianus Agrippa *v.* M. Valerius Rullianus Agrippa.

63 M. VALERIVS IVNIANVS frater Arvalis, memoratur in fragmento actorum quod videtur pertinere ad ultima tempora Traiani *Eph. ep. 8 p. 330, 13 cum adnotatione (ubi extat* ...... us Iunianus), deinde a. 119 *VI 2079,* promagister a. 122 *VI 2081.*

64 M. VALERIVS IVNIANVS *(plene in actis a. 145. 155; in actis ceterorum annorum duorum praenomen deest). Fortasse filius eius qui praecedit; eundem esse vix credi potest.* Frater Arvalis, memoratur in actis a. 145 *Eph. ep. 8 p. 332 v. 29,* a. 155 *VI 2086,* a. inc. sub Pio *VI 2087,* denique anno incerto inter 169 et 176 *Eph. ep. 8 p. 336, 17.*

65 P. VALERIVS LAEVINVS (Laevinus, Valeri genus *Horat.*; Publius Valerius *Porph.*), homo nobilissimus, sed nullius pretii *Horat. sat. 1, 6, 12;* 'adeo foedis et proiectis in omnem turpitudinem moribus vixit, ut provehi non potuerit ultra quaestoriam dignitatem' *Porphyr. ad Hor. l. c. Huius puto indignitate motus, vel contra hunc verba faciens* Messalla (Corvinus) orator (consul a. 723), 'prohibuit inseri genti suae Laevinorum alienam imaginem' *Plin. h. n. 35, 8.*

66 Valerius Largus, amicus et contubernalis Cornelii Galli, praefecti Aegypti, accusator eius extitit (a. 728) *Dio 53, 23. 24. Vix hic Largus poeta epicus, cf. supra sub Largo (L 66).*

67 VALERIVS LICINIANVS praetorius, inter eloquentissimos causarum actores habebatur; a Domitiano adactus ut incestum cum Cornelia virgine Vestali maxima fateretur, bonis publicatis in exilium pellitur; inde clementia Nervae in Siciliam translatus, rhetoricen ibi profitetur *Plin. ep. 4, 11.*

68 Valerius Ligur, vir equestris ordinis, cui permissum, ut cum Augusto senatum ingrederetur ibique sederet *Dio 60, 23. Fortasse unus e praefectis praetorii Augusti. Cf. praeterea infra sub Vario Ligure.*

69 M. VALERIVS LONGINVS vir [clarissimus] (v. g. *pro* v. c. *ex altero t. exceperunt descriptores; in altero videtur* v. c. *defuisse*), legatus legionis XIII Geminae Severianae (i. e. imperante Severo Alexandro) *tituli Apulenses III 1019. 1020.*

70 Q. VALERIVS LVPERCVS IVLIVS FRONTINVS tribu Volt. *(origine Viennensis);* quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor designatus *tituli Viennenses XII 1859. 1860.*

71 Q. Valerius Macedo, C. fil., tribu Volt. (origine Viennensis), variis honoribus Viennae functus; 'huic divus Hadrianus latum clavum cum quaestura optulit et petentis excusationem accepit' *XII 1783.*

72 .... LIVS VALERIVS MACEDO curator alvei Tiberis et riparum et cloacarum urbis a. 198 *t. urbanus Bull. commun. 1880 p. 139 n. 381 (= VI 31555). Plene Ofilius Valerius Macedo, cf. in Addendis.*

— Q. FABIVS BARBARVS VALERIVS MAGNVS IVLIANVS.

73 Valerius Marcellinus, imperatorum ut videtur vitas scripsit more Suetoniano *vit. Max. et Balb. 4. 5.*

74 L. Valerius Marcellinus, ad fisci advocationes promotus suffragiis L. Gabonis Arunculeii P. Acilii Severi clarissimi viri avunculi sui *t. Brixianus V 4332.*

75 VALERIVS MARIANVS (MARINVS?) praetorius: eius celerrima navigatio Puteolis in Aegyptum *Plin. h. n. 19, 3,* XV annis post (Claudium) Balbillum *(Aegypto praefectum a. 55, ita ut in Aegyptum profectus esse videatur a. 70, ad Vespasianum fortasse; sed lectio loci Pliniani non ita certa) ib. Videtur idem qui sequitur.*

76 P. VALERIVS MARINVS *(sic act. Arv.,* Valerius Marinus *Tac.),* frater Arvalis, memoratur in actis anni 69 *act. Arv.* Consul designatus a Galba (in partem aliquam anni 69) *Tac. h. 2, 71;* sed a Vitellio consulatus eius dilatus *ib. Cf. sub eo qui praecedit.*

77 M. Valerius Martialis *(tria nomina in codicibus epigrammatum eius;* Valerius Martialis *ipse in praefationibus lib. II. VIII. XII epigrammatum, item Plin. ep. 3, 21, 1;* Marcus *ipse de se 1, 55, 1. 3, 5, 10. 5, 29, 2; 63, 1. 6, 47, 6. 8, 76, 1. 10, 73, 8. Medio aevo dictus* Martialis coquus, *imprimis a Iohanne Sarisberiensi, Vincentio Bellovacensi, item in codicibus quibusdam recentibus, cf. Schneidewin ed. a. 1842 p. 21. 683, Friedländer in editione Martialis p. 3 not., de origine eius appellationis Schneidewin l. c. p. 736.* — M. Valerius Iulius Martialis *codex aliquis saeculi XV exeuntis uno loco, cf. Friedländer p. 141).*

Oriundus Bilbili municipio Hispaniae Tarraconensis *ipse 1, 61, 12. 10, 103, 1. 12, 18, 9,* patre Frontone, matre Flaccilla *5, 34, 1.* Natus kalendis Martiis *9, 52, 3. 10, 24, 1. 12, 60,* inter annos *38* et *41, si quidem carmen 10, 24, quo natalem suum quinquagesimum septimum memorat, scriptum est ut reliqua huius libri epigrammata, non ante a. 95, nec post annum 98.* Relicta patria Romam se contulit a. 64,

Digitized by Google

si quidem rediturum se in patriam post annos triginta quattuor nuntiat in libro epigrammatum decimo edito a. 98 *(cf. infra) 10, 103, 7; 104, 10 cf. 12, 31, 7.* Senecam (defunctum a. 65) vidit etiamtum florentem *4, 40, 2.* Tribunus *3, 95, 9.* Eques (Romanus) *5, 13, 2. 9, 49, 4. 12, 26, 2 cf. 3, 95, 10.* 'Caesar uterque' *(Vespasianus puto et Titus)* eum laudavit eique praemia tribuit *3, 95, 5.* Ius trium liberorum ei dedit Caesar *2, 91. 92,* 'Caesar uterque' *3, 95, 5. 9, 97, 5 (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 888 not. 4).* Romae habitat in Quirinali *1, 108, 3; 117, 6. 5, 22, 3. 6, 27, 1. 10, 58, 10. 11, 1, 9 cf. Huelsen mus. Rhen. 49, 1894 p. 397* ('scalis tribus, sed altis' *1, 117, 7;* postea domum suam memorat *9, 18, 2; 97, 8).* Praedium habet in agro Nomentano *2, 38, 1. 6, 43, 3. 7, 93, 5. 9, 60, 6. 10, 94, 3. 12, 57, 1. 13, 119, 1 (cf. CIL. XIV p. 441. 447).*

Carmina pangere coepit adulescens *1, 113, 1.* Extant epigrammata quae fecit a. 80 cum Titi amphitheatrum dedicaretur *lib. spectaculorum qui dicitur 1, 7. 2, 5 cet.* Imperante Domitiano edidit xenion et apophoreton libellos singulares, Domitiano iam Germanico appellato *xen. 4, apoph. 170,* deinde epigrammatum libellos a primo ad nonum: et primum quidem Domitiano iam censuram gerente (quam gerere coepit a. 85) *1, 4, 7,* librum quartum circa id tempus quo Domitianus ludos saeculares edidit (a. 88) 4, 1, 7, librum sextum post mortem et consecrationem Iuliae (quae consecrata est a. 90 vel 91) *6, 3, 6 cf. praeterea Friedländer in ed. Martialis p. 53 seq.* Undecimum epigrammatum librum edidit mense Dec. 96, scilicet Nerva iam principe *11, 2, 6,* iamque tertium consulatum inituro *11, 4, 5,* Saturnalibus *11, 2, 5,* vivo adhuc Parthenio *11, 1, 3;* librum decimum qualem nos habemus (priore editione revocata *10, 2, 2*), anno 98, scilicet cum adventus Traiani e Germania expectaretur *10, 6, 7,* (Sex. Iulio) Frontino *(consule iterum mens. Febr. a. 98)* alterum consulatum adepto *10, 48, 20.* Eodem tempore rediturum se in patriam nuntiat *10, 78, 9; 92, 15; 96, 3; 103, 11; 104, 13.* Secedentem viatico prosequitur Plinius *Plin. ep. 3, 21, 1.* Reversus in patriam domum et praedium dono accipit a Marcella quadam *12, 31.* Post silentium trium annorum *(anno igitur 101)* edit epigrammatum librum duodecimum *12 praef.,* (L. Arruntio) Stella iam consulo vel certe consulatum inituro *12, 3, 10 seq.* Mortem eius plangit Plinius *ep. 3, 21 (quae epistula vix scripta est post annum 104; scriptam esse anno 101, ut alias eius libri, atque eo ipso anno decessisse Martialem statuit Mommsen Herm. 3, 43).* De fama quam nactus erat *ipse 1, 1. 3, 95, 7. 5, 13, 3. 6, 82, 4. 7, 88. 8, 3; 61, 3. 9, 84, 5. 11, 3.* Eum Vergilium suum dictum esse ab L. Aelio Caesare, narratur *vit. Ael. 5, 9.* Citatur *vit. Sev. Alex. 38, 2.* Memoratur *Sidon. Apoll. carm. 9, 267.*

78 VAL(ERIVS) MATERNVS clarissimus iuvenis; frater Valerii Crescentiani, equitis equo publico *V 5729.*

Digitized by Google

79 M. VALERIVS MAXIMIANVS. *Tituli: Dacicus Apulensis III 1122 (1), Numidici VIII 2621 (2). 2698 cf. ad 18247 (3). 2749 (4). 2777 (5). 4212 (6). 4234 (7). 4600 (8). VIII S. 18247 (9). — Nomina plene exhibent t. 1. 2. 6. 7. 8.* M. Valerii Maximiani, quinquennalis, sacerdotalis filius; pontifex coloniae Poetovionensium *(nisi hoc quoque spectat ad patrem) t. 8.* Legatus Aug. *(legionis puto, non provinciae Daciae, quia propraetoris vocabulum non additur) t. 1.* Legatus Aug. legionis tertiae Augustae pro pr. *t. 2. 4. 6. 8 cf. t. 3. 9*, praeses *t. 4. 8*, sub Commodo *t. 3. 6 (ubi v. 1 ab initio fuisse putandum est Commodi nomen, sed non divi, id erasum a. 193, rursus tempore interiecto restitutum). 9.* Consul designatus *t. 8.* Consul *t. 2. 4. 7.* — Maximiani *(huius ut videtur)* clarissimi viri ads[ess]or aliquis *t. 5.* — Uxor: Ulpia Aristonice *t. 2. 7.*

80 M. Valerius Maximianus, pater eius qui praecedit *VIII 4600.*

81 VALERIVS MAXIMVS praefectus urbi a. 255 *laterculus praefectorum urbis, ap. Chronographum anni 354 (Momms. chron. min. I p. 65).*

82 Valerius Maximus, modica fortuna *ipse 4, 4, 11*, Sex. Pompeium *(consulem a. p. Chr. 14)* comitatur in Asiam *2, 6, 8*, eundem ut amicum et patronum suum celebrat *4, 7 ext. 2.* Scripsit factorum et dictorum memorabilium libros novem (decem *Iulius Paris in praefatione epitomae quam fecit*) qui extant: horum sextum edidit viva Livia (i. e. non post annum 29) *6, 1 init.*, nonum post caedem Seiani (Oct. 31) *9, 11 fin.* Memorat Valerium Maximum Plinius inter auctores adhibitos *h. n. 1, 7. 33*; citant *Plutarch. Marcell. 30, Brut. 53; Gellius 12, 7, 8.*

83 Valerius Maximus, trierarchus ex classe Britannica, heres institutus a Seio Saturnino *Dig. 36, 1, 48 [46]. Cf. supra sub Seio Saturnino.*

84 L. VALERIVS MAXIMVS consul (consul II *cod. Iust. saepius, cf. Krueger app. ad cod. Iust. p. 10, item fasti quidam ap. Momms. chron. min. I p. 289*) ord. a. 256 cum M. Acilio Glabrione fasti *(tria nomina XI 6335).*

— L. FVLVIVS ..... C. BRVTTIVS PRAESENS MIN... VALERIVS MAXIMVS *cet.*

— SEX. QVINCTILIVS VALERIVS MAXIMVS.

85 VALERIVS MESSALA *fistula plumbea in agro Albano sive Tusculano rep., XV 2435. Fortasse unus ex iis qui sequuntur.*

86 L. VALERIVS MESSALLA cos. ord. a. 214 cum C. Octavio Appio Suetrio Sabino *fasti (tria nomina VI 31338ᵃ = Bull. comunale 1884 p. 8 n. 709; plerumque* Messalla; *praeterea Apollinaris cognomen ei fuisse coniecit Dressel, ad hunc et collegam referens quae leguntur picta in amphora montis Testacei XV 4097:* Sabino et Apoll[inare cos.]). — *Fortasse ab hoc oriundus Valerius Messala qui praefectus praetorio et praefectus urbi fuit imperante Honorio, cf. ad VI 1775.*

87 M. (VALERIVS) MESSALLA consul (a. 701) cum Cn. Domitio (Calvino); augur per annos quinquaginta et quinque *Macrob. saturn. 1, 9, 14.*

*Mortuus igitur sine dubio imperante demum Augusto. De vita eius cf. Borghesi opp. 1, 404 seq., qui eum consobrinum vel fratrem putavit M. Valerii Messallae Nigri consulis a. 693.* — In libro quodam egit de Iano *Macrob. l. c. Hic videtur* M. Messalla augur, cuius libros de auspiciis citat *Gellius 13, 15, 3 cf. 13, 14, 5; 16, 1,* Messala senex, cuius libros de familiis citat *Plinius h. n. 34, 137. 35, 8 cf. 1, 35 (idem videtur* Messala Rufus *Plin. h. n. 1, 7. 34. 7, 173). Cf. Teuffel Lit. 199, 2.*

88 (M. VALERIVS) MESSALLA BARBATVS. Barbatus Messala *Suet.; praeterea nomen non ponitur; praenomen colligitur ex t. liberti VI 4493, si vere is huius libertus fuit, cf. infra.* Consobrinus Claudii *Suet. Claud. 26. Filius sine dubio eius qui sequitur, M. Valerii Messallae Barbati consulis a. 742, natus ut videtur Marcellarum, sororum Antoniae, matris Claudii, una (nam alia ratione vix potuit esse consobrinus Claudii, cf. Borghesi opp. 1, 415), et quidem Marcella minore. In sepulcro enim, quod teste titulo VI 4421 Marcellae minoris libertus dedicavit (circa annum p. Chr. 10, cf. VI 4418), et in quod plurimi Marcellarum liberti et servi inlati sunt, conditi etiam* Messallae servi servae *VI 4446. 4475 (hic cum Claudia aliqua). 4635. 4699,* Messallae liberti libertae *VI 4480. 4493. 4703. 4707 (in his certe unus* M. Valerius *VI 4493), quorum patronum dominumve apparet fuisse M. Valerium Messalam aliquem propinquum Marcellae minoris, probabile est fuisse Valerium Messallam Barbatum, quem Claudii consobrinum fuisse testatur, Marcellae filium indicat Suet. (matris igitur eius aliquando ancilla* Valeria Nama Messallaes liberta Marcelliana *VI 4501). Patrem eius, Marcellae maritum, in his titulis significari non crediderim, propterea quod hic defunctus est anno 742, multo antea quam monumentum illud institutum esse videtur.*

Pater Valeriae Messallinae, uxoris Claudii *Suet. l. c. Maritus igitur per aliquod tempus Domitiae Lepidae. Defunctus puto ante imperium Claudii, certe ante mortem Messallinae (in viris enim si tunc fuisset, memoraretur a rerum scriptoribus).*

89 M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS consul a. 742. — M. Valerius *fasti Colotiani, fasti Biondiani, Dio 54, 28,* * γερουσιαριος *(sic Boissevain, qui putat confusionem ortam esse ex nomine Vari consulis quod praecedit)* Μέσσαλος Ἄρβατος *Dio ind. l. 54,* M. Messala *Cassiod.,* Messala *chronogr. a. 354, fasti Hydat., chron. Pasch.;* ..... Appian. *fasti Capit.* — M. f. *fasti Colotiani, Dio ind. l. 54. Natum esse cum coniecit Borghesius (opp. 1, 416) Appio Claudio Pulchro consule a. 716, adoptatum (ib. 1, 414) a M. Valerio Messalla augure consule a. 701. Barbati cognominis origo incerta.*

Consul ord. a. 742 cum P. Sulpicio Quirinio *fasti (cf. supra).* In [magistratu mortuus est] *fasti Capitolini.* — *Non hic Barbatus Messalla, pater Valeriae Messallinae Claudii, quae a. p. Chr. 41*

*(u. c. 794) peperit Britannicum, i. e. anno quinquagesimo altero post mortem eius, sed pater eius, avus Messallinae. Cum filius eius fuerit consobrinus Claudii (cf. sub eo qui praecedit), ipse in matrimonio videtur habuisse Claudiam Marcellam sororem Antoniae matris Claudii. Praeter filium etiam filiam ei fuisse, Claudiam Pulchram sobrinam Agrippinae (Tac. a. 4, 25), quae nomina avi paterni resuscitaverit, coniecit Borghesius. — Stemma potest fuisse hoc:*




90 M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS orator. M. Valerius Messalla Corvinus *VI 1375, fasti triumph. Cap.* (. . . . . inus *superest in elogio quod eius videtur fuisse nomenque plenum habuisse, CIL. I ed. 2 p. 201 n. XL),* M. Val. Messal[la] *fasti triumph. Barberin.,* Μάρκος Οὐαλέριος Μεσσάλας *Dio 47, 11,* M. Messalla Corvinus *VI 29789,* Μάρκος Μεσσάλας *Dio 47, 24,* M. Messala *Liv. per. 122, Charisius p. 104, 18 Keil, alii,* Valerius Messala *Suet. Aug. 58,* Μεσσάλας Οὐαλέριος *Dio 49, 16. 38. 50, 10,* Messala Corvinus *et deinde* Messala *Frontin. aq. 99. 102,* Messalla *et postea* Corvinus *Vell. 2, 71, item Tac. dial.,* Messala Corvinus *Cicero ad Brut. 1, 12, Seneca suas. 1, 7. 6, 27, contr. 3 praef. 14; Seneca apoc. 10, 2; Plin. h. n. 1, 9. 7, 90; Tac. a. 4, 34. 6, 11, Suet. gramm. 4, Solin. 1, 110, Plut. Brut. 45, Appian. Illyr. 18, b. c. 4, 136, Hieronymus chron. ad a. 1958. 1992. 2027, adv. Iovinian. 1, 48* (Messala Corvinus orator *Plin. h. n. 7, 90, Hieronym. ad a. 1958. 2027*), Messala orator *Plin. h. n. 1, 35, 10, 52. 33, 50. 35, 8. 21, Suet. Claud. 13,* Corvinus Messalla or[ator] *breviarium vitae Tibulli quod extat in codicibus Tibullianis (cf. Hiller Herm. 18, 1883 p. 351),* Corvinus *Horat. carm. 3, 21, 7, Vell. 2, 36, Plin. h. n. 1, 33,* orator Corvinus *Tac. a. 13, 34,* Messala *Cic. ad Att. 12, 32. 15, 17, 2, ad Brut. 1, 15, Horat. art. poet. 371, Tibull., Quintil. constanter, Tac. a. 3, 34. 11, 6. 7, Dio 53, 27, alii. — In consulatu* M. Valer. Messal. Corvin. *fasti Amiternini (CIL. I ed. 2 p. 61),* M. Οὐαλέριος Μεσσάλλα[ς] Κορουίνιος *Dio ind. lib. 50,* M. Οὐαλέριος Κορουῖνος Μεσσάλας *ib. lib. 51,* M. Valerius *fasti Venusini,* M. Mess[a]la *Cassiod.,* Messala Corvinus *Vellei. 2, 84,* Messala *chronogr. ann. 354,* [M.] Corvinus *fasti Cuprenses (CIL. I ed. 2 p. 62),* Corbilius *fasti Hydat., chron. Pasch. — Publicolae nomine neque ipse usus est neque de eo puto alius quisquam; nam quod in carmine catal. Vergil. 11, 40 Roma dicitur dedisse* praemia Messalis maxima Publicolis, *de nomine eius quem adloquitur poeta (si modo fuit Messalla Corvinus) nihil sequitur; apud Horatium autem (sat. 1, 10, 28), ubi nonnulli Poblicolam*

*Corvinum sibi reperisse visi sunt, aut tres homines significantur, Pedius, Publicola, Corvinus (sic Nipperdey opusc. p. 495, qui sine causa, scilicet propter male lectum titulum Atticum CIAtt. III 866, retractavit quae dixit ib. p. 450), aut duo, Pedius Publicola et Corvinus.*

M. f., *fasti triumph. Cap., Dio ind. l. 50,* M. n. *fasti triumph., Cap., fragmentum elogii CIL. I ed. 2 p. 201 n. XL. Filium esse statuit Borghesius opp. 1, 407 M. Valerii Messallae consulis a. 693, censoris a. 699/700 cum P. Servilio Isaurico, de cuius vita ad elogium eius nuper repertum egit Mommsen eph. ep. 3 p. 2 seq.; id quod confirmatur ea re quod iuxta elogium consulis anni 693 supersunt litterae* ... inus, *relictae ut videtur ex Corvini nomine. Oriundus sine dubio a M. Valerio Maximo Messalla consule a. 491, item ex posteris M. Valerii Corvi sive Corvini, consulis sexies ab a. 406 ad a. 455 (eam originem filio eius Cottae Messalino diserte adscribit schol. ad Pers. 2, 72). Videtur autem haec Valeriorum stirps deducta esse non a P. Valerio Publicola cos. a. 245, sed ab eius fratre Valerio Maximo, cuius extat elogium (CIL. I ed. 2 p. 191) cf. stemma Valeriorum adiectum ad F. Muenzeri dissertationem Berol. de gente Valeria (1891) et videtur abstinuisse Publicolae cognomine (cf. supra).* 'Laevinorum alienam imaginem genti suae inseri prohibuit' *Plin. h. n. 35, 8.* Nobilitatem suam in dicendo praeferebat *Quintil. 10, 1, 113.* Frater (L.) Gellii Poblicolae *Liv. per. 122, Dio 47, 24* (frater Pedii Poblicolae *Ps.-Acro ad Horat., sat. 1, 10, 25*); Polla (Πάλλα *traditur*) natus *Dio l. c. Fortasse hunc fratrem memorat Horat. sat. 1, 10, 85 (certum esset hunc significari, si constaret eundem significari ib. v. 2. 28 Publicolae nomine; ceterum nullum alium fratrem Messallae fuisse ex Horatio non recte collegit Nipperdey opusc. p. 495). Praeterea fratrem eius fuisse coniecit Borghesius opp. 1, 412 M. Valerium Messallam Potitum consulem a. 722 vel 725, cf. infra (n. 94) sub hoc. Quamquam mirum, in celeberrimi hominis memoria nunquam fratris eodem patre geniti disertam mentionem fieri. Hos esse Messallas, quorum sororem Valeriam mortuo Servio marito amplius nubere noluisse refert Hieronymus adv. Iovinianum 1, 48, coniecit Haupt Herm. 5, 33 = opp. 3, 502.* Aliqua parentela coniunctus cum Q. Pedio consule a. 711 (avia nepotis Pedii ex eius familia fuerat) *Plin. h. n. 35, 21.*

*Natalem eius adscripsit Hieronymus chron. ad a. Abr. 1958 (a. u. c. 695) vel, si codicem Petavianum sequimur, ad a. 1959 (u. c. 696), omnino male; nam Messalla natus a. 695 nec causas agere potuit vivo Cicerone neque a. 712 in castris Bruti et Cassii proximus esse a ducibus (cf. infra). Videtur natus esse circa a. 690 (ut statuit Borghesius opp. 1. 410 seq.). — Patrem amiserit necesse est ante a. 708, cum is inter mortuos memoretur Cic. Brut. 70, 246.* Athenas se confert a. 709 (studiorum causa) *Cic. ad Att. 12, 32,* redit a. 710 *ib. 15, 17, 2* (absens idibus Martiis a. 710 *edictum triumvirorum, ap.*

*Appian. b. c. 4, 38*). A. 711 proscriptus *Appian. b. c. 4, 38. 5, 113, Dio 49, 16*, ab Antonio *Dio 47, 11.* Ad Brutum confugit *App. l. c. 4, 38*, ad Brutum et Cassium *ib. 5, 113 (sed iam ante proscriptionem Messallam se contulisse ad Brutum legitur ap. Cic. ep. ad Brut. 1, 12. 15)*, neque ab iis discessit quamvis mox e numero proscriptorum exemptus *ib. 4, 38.* Cassio maxime adhaesit *Dio 47, 24; cf. Plut. Brut. 40;* Cassium imperatorem suum praedicabat *Tac. a. 4, 34.* Brutus et Cassius ei fratrem (Gellium Publicolam) condonaverunt *Liv. per. 122; cf. Dio 47, 24.* In castris Bruti Cassiique proximus a ducibus *Vell. 2, 71 cf. Plut. Brut. 45.* Pugna Philippensi dextrum cornu cum validissima legionum occupare iussus *Plut. Brut. 40*, pulsis hostibus una cum Bruto castra Caesaris cepit *ib. 41. 47.* Defunctis Cassio et Bruto cum essent qui ducem eum poscerent, maluit transire ad victores *Vell. 2, 71, Appian. b. c. 4, 38. 136. 5, 113, Plut. Brut. 53.* Est cum Antonio *Appian. b. c. 4, 38*, donec Cleopatrae pertaesus transiret ad Caesarem *ib. cf. Plin. h. n. 33, 50.* Caesar opera eius utitur a. 718 bello Siciliensi contra Sex. Pompeium *App. b. c. 5, 102. 103. 105. 109. 110. 112. 113.* Inter augures supra numerum cooptatus *Dio 49, 16. (Fortasse huius libertus* M. Valerius Messallae l. Philarg., viat. augur. *Notizie 1887 p. 240 = Bull. com. 1887 p. 257 n. 1477). Incertum an etiam frater Arvalis, scilicet an hic* [M]essalla Corvinus *memoratus in fragmento actorum Eph. ep. 8 p. 316 v. 11, quod ad annum 734 spectare coniecit Hula (Henzenus cogitaverat de alio Messalla et de tempore multo posteriore, cf. Eph. l. c. p. 319).* Res ab eo fortiter gestae contra Iapudas et Pannonios *(Tibull.) 4, 1, 108 seq. (videtur comes fuisse Caesaris expeditione Illyrica a. 719).* Salassos vicit *Appian. Illyr. 17, Dio 49, 38 cf. Strabo 4 p. 205*, a. 720 *Dio (a Messalla postea demum, cum Galliam regeret, Salassos victos esse coniecit Ganter die Provinzialverwaltung der Triumvirn [diss. Strasburg. 1892] p. 69. 70; et vere victo demum Antonio Messallam contra Salassos missum esse videtur indicare Appianus l. c.). Circa haec tempora, fortasse a. 721 vel 722, scripsisse putandus est* contra Antonii litteras *Charisius lib. I p. 129, 7 ed. Keil (cf. Dio 50, 2), scripsisse vel egisse* de Antonii statuis *ib. p. 104, 18; item fortasse, similiterque contra Antonium*, 'de vectigalium Asiae constitutione' *ib. p. 146, 34 (ex simili scripto potest hausisse Plin. h. n. 33, 50).* — Consul ord. a. 723 cum Caesare III *fasti cf. Tac. a. 13, 34.* creatus in locum Antonii qui hostis declaratus erat *App. b. c. 4, 38, Dio 47, 11. 50, 10.* — Domum Antonii Palatinam accipit una cum M. Agrippa *Dio 53, 27.* 'Inter Antonium et Augustum bellorum praemiis refertus' *Tac. a. 11, 7.* — Apud Actium classi (parti classis) Caesarianae praeest *App. b. c. 4, 38; cf. Plut. Brut. 53.* Gladiatores quosdam, qui Antonio auxilio venerant quibusque Syriae praeses permiserat (a. 724) ut prope Antiochiam sedes figerent, falsis ut

videtur promissionibus decepit *Dio 51, 7. Videtur comitatus vel subsecutus esse Caesarem in Asiam, item in Aegyptum; si quidem cum eo Tibullus adiit Ciliciam, Syriam, Aegyptum, vel certe Messalla has terras adiit victor, Tibull. 1, 7, 13 seq.* — Missus contra Gallos rebelles *Appian. b. c. 4, 38 (extemplo a pugna Actiaca in Galliam missum esse Messallam nequaquam tradit Appian. l. c.).* Vicit Aquitanos *Tibull. 1, 7, 3 seq., 2, 1, 33, vita Tibulli (iniuria nonnullos torsit quod haec victoria de Aquitanis incidere videtur in id tempus per quod Ianus Quirinus clausus erat, a. 725–727).* Triumphavit ex Gallia *fasti triumph. Cap. et Barb. (CIL. I ed. 2 p. 50. 77), Appian. b. c. 4, 38, Tib. 1, 7, 8. 2, 1, 33,* proconsul *fasti Cap.,* d. 25 Sept. 727 *ib.* (Tunc temporis ut videtur) viam Latinam munivit *Tibull. 1, 7, 57 seq.* A. 728 *(certe ad hunc annum rem videtur adscripsisse Hieronymus)* 'primus praefectus urbi factus, sexto die magistratu se abdicavit, incivilem potestatem esse contestans' *Hieronymus ad a. Abr. 1991 (ad a. 1992 cod. Bongarsianus); similiter Tac. a. 6, 11 (cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 1059 not. 3).* A. 729 pro parte domus Palatinae incendio consumptae pecuniam accipit ab Augusto *Dio 53, 27.* A. 743 primus curator aquarum *Frontin. aq. 99.* — Per eum *(a. 752)* senatus Augustum patrem patriae nominavit *Suet. Aug. 58.* — *De anno quo mortuus sit diu dubitatum est.* Ante biennium quam moreretur ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret (proprii nominis oblivione captus *Plin. h. n. 7, 90; Solin. 1, 110*), et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit *Hieronymus ad a. 2027 (ad a. 2028 codd. Oxon. Freher. Petav.).* Corvinus in medium usque principatum Augusti duravit *Tac. dial. 17, omnino male, nam medio demum fere principatu Augusti (quem ab anno 711 inchoat Tacitus l. c.) Corvinus curam aquarum suscepit, et postea demum Augustum patrem patriae appellavit (cf. supra) (verba Taciti emendare sibi sumpserunt Borghesius opp. 1, 408 et Nipperdey). In vivis videtur fuisse, cum Ovidius in exilium mitteretur, siquidem tunc (ut recte observavit F. Marx Wiener Studien 1897 p. 151) Ovidium* non infitiatus amicum *Ovid. ex P. 1, 7, 28 (alio tempore nulla causa erat cur amicitiam Ovidii infitiaretur).* In cura aquarum a. 766 (p. Chr. 13) successit ei Ateius Capito *Frontin. aq. 102, ut eum hoc ipso anno decessisse putes; accedit quod Hieronymus de morbo quo biennio ante mortem captus est (cf. supra) adscripsisse videtur ad a Abr. 2027 (p. Chr. 11).* Mortem eius planxit Ovidius, neniam quae in funere eius caneretur composuit *Ovid. ex P. 1, 7, 29. 30 (adfuisse funeri Ovidium, Messallam igitur mortuum esse antequam Ovidius in exilium iret, ex verbis Ovidii multi collegerunt, atque etiam Nipperdey opusc. p. 291; sed verba illa etiam de absente Ovidio accipi posse recte videtur statuisse F. Marx l. c.).* — Decessit anno aetatis LXXII *Hieronymus, constans sibi, si quidem codices eius natalem Messallae*

*referunt ad a. 1958 vel 1959, de morbo duorum annorum eius ad a. 2027 vel 2028; attamen* anno aetatis LXXXII *habet antiquissimus qui extat codex Hieronymi Oxoniensis (testatur Haverfield),* LXXVII *Leidensis Frcherianus descriptus ex codice summae antiquitatis; vere autem decessit anno septuagesimo septimo, si natus est, ut supra statuimus, a. u. c. 690, mortuus a. p. Chr. 13 (u. c. 766).* — 'Marmora Messalae' *Martial. 10, 2, 9,* 'Messalae saxa' *idem 8, 3, 5, mausoleum ut videtur eius significans.*

Uxor eius Terentia, quae antea Ciceronis, deinde Sallustii fuerat uxor *Hieronymus adv. Iovinianum, quod vix credi potest, cf. supra sub Terentia, aequalis enim erat Messalla filio Terentiae et Ciceronis, videturque figmentum scholasticum. — Immo huius potius* Messallae (uxor) Calpurnia *terminus VI 29782 (cf. 29789, qui terminus ad M. Messallae Corvini possessionem aliquam pertinens illi videtur fuisse similis et una cum eo fuisse repertus, certe eodem tempore prodiit); et fortasse hac ex uxore genuit M. Aurelium Cottam Maximum, cuius matrem a Numa oriundam fuisse ait Ovidius ex P. 3, 2, 106, Calpurnii autem a Numa putabantur oriundi (Paulus Fest. p. 46 cf. Horat ep. ad Pis. 292); quam tamen matrem propter Ovid. ex P. 4, 16, 43, Aureliam Cottae filiam fuisse posuit Borghesius opp. 1, 413. 5, 529.*

Filii: Valerius Messalinus *Tac. a. 3, 34,* Messalinus *Tibull. 2, 5, 119. 120, Vellei. 2, 112, scilicet M. Valerius Messalla Messallinus consul a. 751,* et Messalinus Cotta *Plin. h. n. 10, 52 cf. Vellei. 2, 112; qui si vere est ut esse videtur M. Aurelius Cotta Maximus sive Messallinus cos. a. 773, cum iam senior genuisse videtur.* Nepos *(per filiam, cf. infra n. 160)* (Taurus) Statilius Corvinus *Sueton. Claud. 13.* Pronepos Valerius Messala consul a. 58 *Tac. a. 13, 34. — Huius ut videtur liberti* M. Valerius Corvi[ni l. L]orico *III 577 p. 989 (Corcyrae),* M. Valerius Corvini l. Ion *VI 28045; item huius puto* M. Valerius Messallae l. Philarg. viat. augur. *Notizie 1887 p. 240 = Bull. comunale 1887 p. 257 (cf. supra); incertum an huius libertus* M. Valerius Messallae l. Spinther *VI 28118 a, huius servus* Cladus Messalla(e) vilicus supra hortos *VI 9472. (Non huius sed Valerii Messallae Barbati videntur fuisse Messallae liberti servique sepulti in monumento Marcellae, cf. supra n. 88).* — Heres C. Cestii *VI 1375.*

Orator temporum suorum una cum Asinio Pollione clarissimus *Vellei. 2, 36, Columell. I praef. 30, Quint. 10, 1, 113. 12, 11, 28, Tac. a. 11, 6, dial. 12, 17.* Agere coepit Cicerone arcem eloquentiae tenente *Quint. 12, 11, 28.* Aufidiam quandam defendit contra Ser. Sulpicium *(defunctum a. 711) Quint. 10, 1, 22 (cf. ib. 4, 2, 106. 6, 1, 20, Festus p. 153 b) (sed errorem ibi subesse et confundi a Quintiliano Messallam patrem cos. a. 693 et filium suspicatus est Mommsen eph. ep. 3 p. 3).* Eosdem defendit quos (Asinius) Pollio *Quint. 10, 1, 24.* Eloquentia eius praedicatur iam a Cicerone *ep. ad Brut. 1, 15, 1,* celebratur

*Horat. sat. 1, 10, 29, de art. poet. 371, Ovid. trist. 4, 4, 5. 31, ex P. 2, 2, 53. 2, 3, 75. 3, 5, 7, Seneca apoc. 10, 2.* Iudicia de genere orationum eius *Quintil. 10, 1, 113 cf. 12, 10, 11, Tac. dial. 18. 21.* Graecas orationes in Latinum ab eo versas memorat *Quintil. 10, 5, 2.* Multum ad posteros gloriae tradidit *Quintil. 12, 11, 28.* — Videtur reliquisse etiam ad historiam sui temporis pertinentes commentarios, quos citant *Plut. Brut. 40. 42. 45, Suet. Aug. 74 cf. Plin. h. n. 33, 50.* — Praeterea scripsit non pauca ad rem grammaticam pertinentia: 'quosdam totos libellos non verbis modo singulis sed etiam litteris dedit' *Quint. 1, 7, 35; cf. ib. 1, 5, 15. 1, 7, 23. 9, 4, 38.* Grammaticos litteratores vocitatos esse 'in quadam epistula ostendit' *Suet. de gramm. 4.* 'Exactissimi ingenii in omnes studiorum partes, Latini utique sermonis observator diligentissimus' *Seneca controv. 2, 4, 8; cf. Acro ad Hor. sat. 1, 10, 25.* Versus quoque fecit parum severos ut videtur *Plin. ep. 5, 3, 5 (eadem carmina memorari putant catal. Vergil. 11, 13 seq.).*

Fautor Ovidii; eum ad edenda carmina impulit *Ovid. ex P. 1, 7, 27. 2, 3, 77 cf. Trist. 4, 4, 29 seq.* Familiaris eius Tibullus, quem secum duxit in expeditionibus *Tibull. 1, 3, 56. 1, 7, 9 seq.* et quem bello Aquitanico donis militaribus donavit *vita Tibulli.* Ad eum datum carmen inter Tibulliana receptum 'panegyricus Messallae' *Tib. 4, 1;* item ad eum carmina Tibulli *1. 3. 1, 7 (praeterea datum ad eum creditur carmen catal. Vergil. 11).* Domum praebet recitationi Sextilii cuiusdam poetae *Seneca suas. 6, 27.* Verba faciens inducitur a Maecenate in symposio, cui etiam Vergilius et Horatius interfuerunt *Servius ad Aen. 8, 310 (nomen Messalae corruptum, restituit Daniel).* Memoratur *Seneca suas. 3, 6, contr. 2. 4. 10. 3 praef. 14.* Puerum quendam natura mutum propinquitate sibi coniunctum picturam docendum censuit *Plin. h. n. 35, 21.* Sibyllae statuas duas in rostris positas restituit *Plin. h. n. 34, 22.* — *Incertum quis* M. Valerius Messala *CIA. III 571ᵃ p. 498.*

91 M. VALERIVS MESSALLA CORVINVS cos. a. p. Chr. 58. *Quattuor nomina saepius in actis Arvalium;* Valerius Messala *Tac. In consulatu* M. Valerius M[essalla] *et alio loco* [M. Valerius] Messalla *tab. cerata Pompeiana ap. de Petram n. 122,* M. Messalla Corvinus *alia tab., ib. n. 121,* Messala Corvinus *fasti Hydat.,* M. Messalla *tabula cerata ap. de Petram n. 117,* Messala *chronogr. a. 354.* Oratoris Corvini pronepos *Tac. a. 13, 34. Nepos videtur fuisse M. Valerii Messallae Messallini consulis a. u. c. 751, filius M. Valerii Messallae consulis a. p. Chr. 20.* Frater Arvalis, adfuit in collegio a. inc. inter a. 50 et 54 *VI 2034 v. 2 (nam vix alius ... [M]essalla significatur),* deinde a. 57, 58, 59 *act. Arv. VI 2039–2042.* Consul designatus *VI 2039.* Consul ord. a. 58 cum Nerone Caesare III *fasti,* deinde cum C. Fonteio (Agrippa) *tab. cerata n. 122.* Pauper sine culpa; Nero ei sestertium L milia annua constituit *Tac. l. c. (hunc vel progeniem eius significari a Iuvenale 1, 107 coniecit Borghesius opp. 5, 531).*

92 M. VALERIVS MESSALLA (MESSALLINVS?) cos. a. p. Chr. 20 *(in consulatu* M. Valerius *VI 10051 = CIL. I ed. 2 p. 73, Tac. a. 3, 2, Cassiod.,* M. Valerius Messalla *fasti Ostienses XIV 244,* M. Οὐαλέριος Μεσσάλας *Dio ind. l. 57,* M. Valerius Messal[la] *fasti scribarum quaestoriorum CIL. I ed. 2 p. 74,* Messalla *coll. leg. Mos. 8, 7, 2, Dig. 1, 16, 4, 2. 48, 2, 12, 3, fasti Hydat., Epiphan. t. I p. 445 D.,* M. .... *fasti Lunenses,* M. Valerius Messalinus *soli fasti Arv. CIL. I ed. 2 p. 70).* — M. f. *Dio ind. Filius scilicet eius qui sequitur, consulis a. u. c. 751.*

Consul ord. a. p. Chr. 20 cum M. Aurelio Cotta *fasti. Vix hic Valerius Messalinus sed pater consul a. 751, qui sententiam dixit inter primores senatus ipso anno 20, Tac. a. 3, 18. Incertum utrum hic an pater* Messal[l]... *memoratus in fragmento actorum Arvalium, quod spectat ad annum p. Chr. 21 (cf. sub eo qui sequitur). — Pater videtur M. Valerii Messallae Corvini consulis a. 58, eius qui praecedit.*

93 M. VALERIVS MESSALLA MESSALLINVS (CORVINVS?) cos. a. 751. Messala Valerius *Tac. a. 1, 8,* Valerius Messalinus *Tac. a. 3, 18. 34, Dio 55, 29,* M[ess]alla Messallinus *act. lud. saec. anni 737,* Messalla *Ciris v. 54 (nam hic videtur significari),* Messalinus *Tibull. 2, 5, 17. 115, Ovid. ex P. 1, 7, 1. 67. 2, 2, 3. 87, Vell. 2, 112, Dio 55, 30. In consulatu* M. Valerius Messala *Suet. Galb. 4,* M. Messalla *IV 2450, mon. Ancyr. 3, 29,* M. Messala *Cassiod.,* M. Mess ... *VI 10395 =* $I^2$ *p. 69,* M. Mes. *I 748,* Messalinus *chron. a. 354, fasti Hydat.;* M. Οὐαλέριος Μεσσαλᾶς ἢ Μεσσαλῖνος *Dio ind. lib. 55,* ... [Me]ssalla Messal[linus] *t. urbanus ab ipso et collega positus Notizie 1890 p. 214 = VI 31772;* Corvinus Messala *VI 10243. Antiquissima igitur monumenta, acta ludorum saecularium et t. ab ipso consule positus, docent, cum inde ab adulescentia Messallae et Messallini cognominibus simul usum esse; Corvini cognomen qui addit t. VI 10243, parvae auctoritatis est, quippe multo postea demum (a. 110) perscriptus (cf. Henzen ad t.) et in quo non huius tantum consulis nomen minus accurate scriptum sit (cf. supra sub L. Flavio Silva Nonio Basso).* — Messallae Corvini oratoris *(M. Valerii Messallae Corvini consulis a. 723)* filius *Tibull. 2, 5, 20, Vell. 2, 112, Tac. a. 3, 34 cf. Ovid. ex P. 1, 7, 27 seq., 2, 2, 53* (M. f. *Dio ind. l. 55).* Frater Cottae, cui (moriens) cognomen suum reliquit *Vell. 2, 112. scilicet frater M. Aurelii Cottae Maximi sive Messallini consulis a. p. Chr. 20 (supra C 1236).* Amantissimus fratris *Ovid. ex P. 1, 7, 31 cf. 2, 2, 101* (ut frater Cottae Maximi memoratur nomine non posito *ib. 1, 9, 29. 2, 3, 80).*

Inter quindecimviros sacris faciundis cooptatus ante a. 735 *(quo mortuus est Tibullus) Tib. 2, 5, 1. 17;* qua occasione eum celebravit Tibullus *2, 5 (praeterea memorat eum nomine non posito Tibullus 1, 7, 55).* Adest inter quindecimviros sacris saecularibus anni 737 *act. lud. saec. v. 152 (Eph. ep. 8 p. 233),* postremo loco enumeratus *(quippe adulescentulus) ib. (cf. Eph. ep. l. c. p. 243). Num frater*

*Arvalis quoque fuerit, incertum; incertum enim num hic sit* [M]essalla Corvinus *memoratus in fragmento actorum quod fortasse spectat ad annum 734 (Eph. ep. 8 p. 316),* Messal[l].... *memoratus in fragmento quod spectat ad a. 774 = p. Chr. 21 (VI 2023*[b] *v. 12). — (Henzenus bull. Inst. 1882 p. 202, qui prius fragmentum rettulerat ad a. p. Chr. 21, cogitaverat de filio eius M. Valerio Messalla consule a. p. Chr. 20, quem tamen Corvinum appellatum praeterea non reperimus, aut de alio filio eius praeterea ignoto).* — Consul ord. a. 751 cum L. Cornelio Lentulo *fasti.* Illyrico praepositus *Vell. 2, 112 cf. Tac. a. 3, 34,* Dalmatiae et Pannoniae ἄρχων *Dio 55, 29,* a. 759 = p. Chr. 6 una cum Tiberio contra Maroboduum profectus *Dio l. c.,* audita rebellione Illyrici a Tiberio remissus, varia fortuna cum Batone Dalmata conflixit *Dio 55, 30,* cum semiplena legione vicesima circumdatus hostili exercitu amplius viginti milia hostium fugavit *Vellei. 2, 112 (etiam apud Vellei. 2, 125, 5 Messalini nomen fuisse, sed excidisse statuit Haasius).* Cum Tiberio moratur Sisciae *Dio 55, 30.* Ob res in Illyrico bene gestas triumphalibus ornamentis honoratus *Vell. 2, 112.* Comitatus est triumphum Tiberii Illyricum *Ovid. ex P. 2, 2, 83.* A. p. Chr. 14 censuit renovandum quotannis sacramentum in nomen Tiberii *Tac. 1, 8.* Etiam anno 20 sententiam in senatu dicit *Tac. a. 3, 18,* item anno 21 *ib. 3, 34. Paullo postea defunctum esse putat Henzen ann. inst. arch. 1865 p. 8.* 'Inerat imago paternae facundiae' *Tac. 3, 34; Ovid. ex P. 2, 2, 53.* Uxor et liberi memorantur *Tac. l. c.* — Ad eum adulescentem a nescio quo datum carmen Ciris *Cir. v. 36 seq. 54 (nam vix alius est* Messalla), item ad eum Ovidii epistulae *ex P. 1, 7. 2, 2,* item ut videtur *Trist. 4, 4.*

94 M. VALERIVS MESSALLA POTITVS consul suff. a. 722 (725?). *In consulatu anni 722* M. Valerius *fasti Venusini et fasti quidam urbani (cf. infra),* M. Messal. *fasti Cuprenses.* — Οὐαλέριος Ποτῖτος *Dio 51, 21;* Μεσσάλας Ποτῖτος *t. Magnesiae rep.,* Messala Po[t]itus (Politus *unus e codicibus,* Pontus *plerique) Plin. h. n. 14, 69,* Potitus Messalla *act. lud. saec., item VI 9700.* — Μάρκος Οὐαλέριος Μεσσάλας *t. Pergamenus (sed non plane certum num huius).* — M. f. *(nam filius eius L. Valerius Messala Volesus, infra n. 96, M. nepos fuit). Frater putatur M. Valerii Messallae Corvini consulis a. 723. Id si ita est, et si vere fuit consul a. 722, maior Corvino fuerit necesse est; unde etiam magis mirum (cf. supra p. 364) par hoc fratrum numquam memorari.* Consul suff. a. 722 *fasti Cuprenses (CIL. I ed. 2 p. 62), fasti Venusini (ib. p. 66), fasti quidam urbani (ib. p. 68),* ex kal. Nov. *fasti Venus., idemque indicant Cuprenses.* Consul suff. a. 725, suffectus in locum Sex. Appulei, fasces habebat cum Caesar Romam rediret *Dio 51, 21 (ubi errorem subesse, sane mirum, recte videtur statuisse Borghesius opp. 1, 412, cum fasti Venusini nullum consulem suffectum esse anno 725 doceant; alioquin possis conicere, anno 722 consulem suffectum fuisse M. Valerium Messallam,*

*anno 725 alium Valerium Messallam Potitum).* Proconsul Asiae *t. Magnesiae ad Sipylum rep., ap. Lebas-Waddington 1660*[a]. *Cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 52. Fortasse hic* M. Valerius Messalla *(sed nullum honoris vocabulum additur)*, statua honoratus a Pergamenis *t. Pergamenus ap. Fränkel Inschr. v. Perg. n. 417.* Quindecimvir sacris faciundis; aderat sacris saecularibus a. 737 *act. lud. saec.* — Vina quaedam prope Grumentum Lucaniae nascentia Messalae Potiti salute illustrata (videtur cum in morbum incidisset post huius vini usum convaluisse) *Plin. h. n. 14, 69.* Alia vina circa Messanam genita ab eo ut videtur Potitiana (Potulana *traditur; correxit Detlefsen*) dicta *ib. 14, 66. Fortasse hic* Potitus (*sic pars codicum, alii* Pitius), cuius κηπουρικά adhibuit Plinius libro XIX *Plin. h. n. 1, 19. Huius ut videtur servus* Tyrannus nomenclat. Potiti Messallae *VI 9700.* — *Pater L. Valerii Messallae Volesi (infra n. 96), cf. sub hoc.*

95 L. VALERIVS MESSALLA THRASEA PRISCVS. *Sic plene (nisi quod* Thrasia *scribitur pro* Thrasea) *in mentione consulatus X 1786*, Thrasia Priscus *XIV 71*, Priscus *pleraeque mentiones consulatus* (Κρίσπος *fasti Theonis*, Crispinus *cons. vet. Icti 1 = cod. Gregor. 2, 2, 1*). — Thrasea Priscus *X 8059, 29*, Θρασέα(ς) Πρίσκος *Dio*, Thrasia Prisc. *fistula aquaria (cf. infra).* Vir, nulli vel genere vel animo secundus *Dio 77, 5 (exc. Val.). Fortasse oriundus (ut coniecit Borghesius opp. 6, 410) ab Helvidio Prisco huiusque socero Thrasea Paeto, cf. supra sub Helvidio Prisco (H 37) fin.* Consul ord. a. 196 cum C. Domitio Dextro *fasti.* Cos. (= consularis, *sc.* aquarum?) Severo et Caracalla Augustis, Getae Caesare, clarissimus vir *fistula, urbana ut videtur, Bull. comunal. 1888 p. 180.* Interfectus a Caracalla *Dio l. c.* Eius servus actor *signaculum Neapoli adservatum X 8059, 29. (Messalam proconsulem Asiae memoratum in t. Milesio Revue de philologie 19 p. 131 hunc putat editor, sed cf. sub eo qui sequitur.)*

96 VOLVSVS VALERIVS MESSALLA = L. VALERIVS MESSALLA VOLESVS. Volusus Valer. Messal. *pars nummorum (ap. Eckhel 5, 333, Babelon monnaies de la rép. rom. II p. 522 n. 24–26)*, Volesus Messala *Tac. a. 3, 68*, Volesus *Seneca dial., item ut videtur Seneca contr.* (*ubi* Volesuel *traditur pro* Volesum), Messalla *nummi ap. Eckhel 5, 334, Babelon l. c. n. 27–32. In consulatu* L. Valerius Messalla Volesus *fasti Cap.*, Λ. Οὐαλέριος Μεσσαλᾶς Οὐάλαισος *Dio ind. l. 55*, L. Valerius Volesus *VI 851. 10294*, L. Valerius *Cassiod.*, Οὐαλέριος Μεσσάλας *Dio 55, 22*, Valerius *fasti Hydat.*, Volesus *chronogr. a. 354.* Potiti *(M. Valerii Messallae Potiti consulis a. 722 vel 725)* filius *fasti Cap., Dio ind. l. 55*, M. n. *fasti Cap.* Triumvir aere argento auro flando feriundo *nummi*, sub Augusto, non ante annum 742 *(sed vix multo postea, cf. Mommsen Roem. Münzw. p. 744 not. 15) nummi ap. Babelon n. 24. 25*, una cum Apronio, Galo, Sisenna *nummi ap. Eckhel 5, 334, Babelon n. 27–32.* Consul ord. a. p. Chr. 5 cum Cn. Cornelio Cinna

Magno *fasti.* Proconsul Asiae sub Augusto *Seneca dial. 4, 5, 5, Tac. a. 3, 68 (circa a. p. Chr. 11 vel 12, Waddington fastes n. 67). (De nummo quodam, in quo male lectum erat* Οὐαλέριος ἀνθύπατος *et quem ad hunc rettulerat Borghesius, cf. Waddington l. c.).* Crudelitas eius in proconsulatu *Seneca l. c.* Repetundarum ut videtur accusatus: libelli divi Augusti de eo *(ad senatum)*, factumque in eum senatus consultum *Tac. l. c.;* condemnatur causam agente Furio Saturnino *Seneca contr. 7, 6, 22. — Vix hic, sed aliquanto recentior, ut et alia ostendunt et Claudiorum nomen, nec tamen aetatis Severianae, ut putavit primus editor,* Messalla ὁ γενόμενος τῆς Ἀσίας ἀνθύπατος *t. Milesius Revue de philologie 1895 p. 131. (Incertum quis* Messa[lla] *memoratur in t. Tralliano ap. Sterrett papers of the American school at Athens II p. 337 n. 395 v. 7.)*

97 VALERIVS NASO *(sic Tac.,* ....ale.... Naso *est in t. Veronensi;* M. Valerius Naso M. f. *tituli Veronensis primus editor, sed incertum num ex lapide).* Tribu Pub. *t. Veronensis V 3341. (Origine sine dubio Veronensis; Valerii Nasones Veronenses sunt etiam in titulis Veronae repertis, Notizie 1893 p. 7).* Quattuorvir viarum curandarum *t. Veronensis.* Flamen Augustalis primus Veronae creatus *ib.* Praetor ante a. 26 *Tac. 4, 56.* A. 26 sorte lectus qui supra numerum legatus esset M'. Lepido proconsuli Asiae *Tac. l. c.*

98 Valerius Nepos: de eius testamento agebatur coram M. Aurelio imperatore a. 166 *Marcellus lib. XXIX digestorum (Dig. 28, 4, 3).*

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA *cet.* VALERIVS NIGER *cet.* SOSIVS PRISCVS.

99 Valerius Paetus, praefectus classis praetoriae Misenensis a. 145 *dipl. mil. (III p. 880).*

100 L. VALERIVS PAETVS sodalis Augustalis Claudialis, magister collegii a. 213 *VI 1987 = XIV 2391.*

101 M. VALERIVS PAETVS AQVI[LA] (*vel* AQVI[LINVS]) cooptatus in collegium aliquod sacerdotale e maioribus aut a. 204 aut a. 212 *VI 2003.*

102 C. Valerius Pansa, C. f., tribu Claudia; primipilus bis, tribunus cohortis VIIII praetoriae, procurator Aug. provinciae Britanniae; Novariae flamen divorum Vespasiani Traiani Hadriani *V 6513.* Uxor Albucia Candida *ib. cf. 6514.*

103 Valerius Patruinus *(sic Dig.* Πατρώινος [*non* Πετρώνιος] *exc. de sent.,* Patrous *traditur vit. Carac.),* procurator, temporibus Papiniani *Paulus libro tertio decretorum, Dig. 49, 14, 50.* Occisus a Caracalla eodem tempore quo Papinianus (a. 212) *vit. Carac. 4, 2,* accusatus a praetorianis una cum Papiniano et ab eis occisus permittente Caracalla *exc. de sent., Dio ed. Dindorf V p. 212 (videtur igitur postremo fuisse praefectus praetorio, fortasse tertius collega Papiniani et Maecii Laeti; cf. O. Hirschfeld Herm. 24, 1889 p. 159 not. 2).*

Digitized by Google

104 P. VALERIVS PATRVINVS consul suff. a. 82 mense Iul. (fortasse cum L. Antonio Saturnino) *IX 5420*. *Hic videtur* P. Vale[rius] ...., cooptatus a. 91 *(an Vespasiano imperante?)* inter sodales Augustales *VI 1988 = XIV 2392*. *Praeterea huius fortasse liberta* Valeria Patruini l. Tyche m(ater?) P. Valerii Severi *V 6454 (Ticini)*.

105 Valerius Paulinus, oriundus Foro Iuli *Tac. h. 3, 43*. Tribunus cohortis praetoriae *ib*. A. 69 procurator (Galliae Narbonensis), provinciales in verba Vespasiani, cuius etiamtum privati fuerat amicus, adigit; Fabium Valentem, qui Galliam Narbonensem ingredi paraverat, missis Liburnicis apud Stoechadas Massiliensium insulas oppressit *Tac. l. c*. *Hic ut videtur* Paulinus, praefectus Aegypti successor Ti. Iulii Lupi, imperante Vespasiano *Ioseph. bell. 7, 10, 4*. — *Pater vel avus C. Valerii Paulini consulis a. 107*.

106 Valerius Paulinus medicus, *Galenus XIII p. 1025. 1026. 1027*.

107 VALERIVS PAVLINVS, in causa Iulii Bassi sententiam dicit in senatu a. 103 vel 104 *Plin. ep. 4, 9, 20. 21*. *Recte videtur statuisse Mommsen (ind. Plin.), eum tunc temporis fuisse consularem; diversus igitur ab eo qui sequitur, qui anno demum 107 consul factus est. Item fortasse hic potius quam is qui sequitur* (C.) Valerius Paulinus *(praenomen colligitur ex libertorum praenominibus)*, qui, 'excepto Paulino' *(hoc vix sanum)* ius Latinorum suorum Plinio (testamento) reliquit *Plin. ep. ad Trai. 104*; ex quibus tres Traianus Plinii rogatu cives Romanos fecit *ib. 105*.

108 C. VALERIVS PAVLLINVS (C. Valerius Paullinus *dipl. mil.*, Valerius Paulinus *Plinii codex Florentinus in inscriptione ep. 4, 16, codex Ashburnhamianus ep. 5, 19; praeterea* Paulinus [Paulinus Nepos *codices quidam ib. 2, 2, mera confusione cum eo cui inscripta ep. 2, 3*]). Amicus Plinii ad quem hic dedit epistulas *ep. 2, 2. 4, 16. 5, 19. 9, 3. 9, 37*. Praedia possidet Foro Iuli *ib. 5, 19 (oriundus igitur sine dubio a Valerio Paulino amico Vespasiani, origine Foroiuliensi, cf. supra)*. Plinius apud eum se excusat, quod non statim ipsis kalendis, quibus consulatum initurus erat, eum visurus sit *Plin. ep. 9, 37*. Consul suff. mense Nov. a. 107 cum L. Iulio Longino *dipl. mil. (III S. p. 1973)*.

109 C. Valerius Paulinus *fistula plumbea (sive fistulae fuerunt) in agro Albano sive Tusculano rep. XIV 2435 = Lanciani syll. aq. n. 351. 357*.

110 C. Valerius Pius Vegetus, qui vixit annos XL (?) mens. V dieb. XV; filius Valeriae Pelagiae *t. urbanus Bull. comm. 1886 p. 227 n. 1264*. *Fortasse aliqua parentela coniunctus cum Q. Valerio Vegeto (infra n. 150)*.

111 Valerius Ponticus, in exilium pulsus a. 61, 'quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset, interim specie legum, mox praevaricando, ultionem elusurus' *Tac. a. 14, 41*.

112 Q. Val(erius) Postimius Romulus, Q. f., equo publico; procurator ad bona damnatorum, procurator ad alimenta, consiliarius Augustorum

duorum *(Severi et Caracallae puto, cf. Hirschfeld Verw. p. 121 not 2) VI 1634.* Filius Q. Postimius Romulus *ib.*

113 L. Valerius Primanus, rhetor, de quo post Q. Curtium Rufum, ante Verginium Flavum *(ut floruisse eum appareat temporibus Claudianis)* egerat Suetonius *de gramm. et rhet. (teste indice, p. 99 ed. Reiff., p. 272 Roth).*

114/15 VALERIVS PRISCIANVS praetor urbanus temporibus divorum fratrum *Ulpianus Dig. 25, 4, 1.*

116 ..... CATVS ([PA]CATVS?) P. VALERIVS PRI[SCVS] clarissimus vir, proconsul Africae sub Hadriano *t. Capsitanus VIII 98. Fortasse idem, ut coniecit Villefosse,* [P]riscus *(sed lapis etiam admittit* [Vo]piscus) proconsul Africae memoratus *VIII S. 16322.*

117 M. Valerius Probus *(sic codices Suetoniani in ipso opusculo de gramm. et rhet.,* Valerius Probus *iidem codices in indice, Gellius plerumque, Caper ap. Charisium I p. 118, 1, Macrob. sat. 5, 22, 9, plerumque* Probus), grammaticus inlustris *Gell. 1, 15, 18 cf. Ausonius opusc. 3, 20, professor. 16, 12. 21, 7* (vir perfectissimus *Macrob. sat. 5, 22, 9, non dignitatem puto viri significans, sed doctrinam laudans). Antiquior Suetonio qui de eo egit de gramm. et rhet. c. 24, sed recentissimus eorum, de quibus egit Suetonius, recentior Q. Remmio Palaemone, qui floruit temporibus Tiberii et Claudii.* Probus grammaticus Romae agnoscitur *Hieronymus (qui pendet ex Suetonio) chron. ad a. Abr. 2072 = p. Chr. 56.* Berytius *Sueton. de gramm. c. 24, Ausonius opusc. 3, 20.* Diu centuriatum petiit, donec taedio ad studia se contulit *Suet. l. c.* Quomodo grammaticam exercuerit *ib.* 'Doctus homo et in legendis pensitandisque veteribus scriptis bene callidus' *Gell. 9, 9, 12.* 'Non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit; numquam enim ita docuit, ut magistri personam sustineret' *Suet.* Indociles prope inclementer dimittere solebat *Gell. 13, 21, 9.* Probum, scilicet aestimatorem severum, timebant poetae etiamtum tempore Martialis *Martial. 3, 2, 12 (qui liber editus est circa a. 87 vel 88). (Apud Martialem et Gellium alium Probum significari coniecit Steup de Probis grammatis p. 68, recte negaverunt Teuffel Studien u. Charakteristiken ed. 2 p. 568, Vahlen ind. lect. Berol. hib. 1877/8).* Familiares (discipulos *Gell. 9, 9, 12)* Probi novit Gellius, et ab iis accepit quae Probus disputaverat *Gell. 1, 15, 18. 3, 1, 5. 6, 7, 3. 9, 9, 12. 13, 21, 1.* Edidit pauca tantum 'et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis; reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui' *Suet.* 'Probi multos admodum commentationum libros' sibi adquisitos esse adfirmat *Gell. 15, 30, 5,* qui commentarium eius de occulta litterarum significatione in epistularum C. Caesaris scriptura citat *17, 9, 5,* epistulam Probi ad Marcellum *4, 7,* annotationes quasdam eius memorat *6, 9, 11.* Praeterea citant Probum *Charisius Diomedes Servius Macrobius sat. 5, 22, 9 Priscianus alii. Extat fragmentum*

*de litteris singularibus inscriptum 'Valerii Probi de iuris notarum' (Gramm. Lat. ed. Keil IV p. 271 seq.), quod e Probi commentationum aliqua sublatum putat Mommsen (l. c. p. 267), extant libelli libellorumque fragmenta ad artem grammaticam pertinentia inscripta 'de catholicis Probi', 'Probi instituta artium', 'differentiae Probi Valerii', 'Valerii Probi de nomine' (Gramm. Lat. IV p. 1 seq. 45 seq. 199 seq. 205 seq.), quae ex parte certe derivata esse ex Probi Berytii scriptis putat Keil l. c. p. XXVI seq. cf. I p. LIII; extat 'Valerii Probi in Bucolica et Georgica Vergilii commentariolus' (sic cod. Paris.), quem ed. Keil a. 1848, quem, quamquam ex aliis fontibus interpolatum, tamen non plane alienum esse a Probo Berytio statuit Ribbeck proleg. ad Vergilii opera p. 163; extat Persii vita 'de commentario Probi Valerii sublata' (Jahn in ed. Persii a. 1843 p. 233 seq. cf. praef. p. CL, Reifferscheid Suet. reliq. p. 72 seq. cf. p. 394); denique ex Probi grammatici in Iuvenalem commentariis scholia in Iuvenalem edidit G. Valla, sed eos errore Vallae Probo attributos esse putat Jahn praef. in Persium (ed. a. 1843) p. CLVII. Fuerunt qui haec ad recentiorem aliquem Probum rettulerint, qui vixisse putatur saec. p. Chr. IV. Forlasse Probi nomen aetate labente praescriptum libellis grammaticis a Probo alienis. Cf. Teuffel Lit. c. 300, 7 (ed. 5), praeterea Froehde Jahrb. f. class. Phil. suppl. XVIII 1891 p. 611, XIX 1893 p. 159 seq.*

118 Valerius Proculus *(sic Donat.,* Proculus *Prob.),* frater uterinus Vergilii *(sic Donat.,* frater minor *Prob.),* heres ab eo ex dimidia parte relictus *Donati quae putatur vita Vergilii (Suet. reliquiae p. 63 ed. Reifferscheid), similiter Probi qui dicitur commentar. ad Vergilii buc. et georg. (ib. p. 53).*

119 L. Valerius Proculus. *T. Malacitanus II 1970 non bene descriptus (1). Memoratur in t. urbano VI 1002 (2), in Malacitano uxoris II 1971 (3), in Praenestino fratris XIV 2957 (4). Papyrus Aegyptiaca nunc Berolinensis, Urk. aus d. k. Mus. I n. 288.*

L. Valerius Proculus *t. 1. 2,* Proculus *t. 4,* .... *κλος papyrus.* L. f. *t. 1 cf. t. 4.* Tribu Quir. *t. 1 cf. t. 4.* Praefectus cohortis quartae Thracum Syriacae, tribunus legionis VII Claudiae, ......, praefectus classis Alexandrinae et potamophylaciae, procurator Aug. Alpium maritimarum, delectator Aug. prov....., [proc.] provinciae veteris *(sic apographum antiquissimum et plenissimum; in alio apographo fide digno est* ulteris; *forlasse:* ulterioris) Hispaniae Baeticae, proc. provinc. Ca[pp. Pafla]g. Gal. (Cartag. Gal. *traditur, emendavit Momms.),* proc. provinciae Asiae, proc. provinciarum trium [Galliar.] *t. 1.* Praefectus annonae a. 144 *t. 2.* Praefectus Aegypti *t. 3; papyrus,* sub Antonino *Pio papyrus. Successorem fuisse M. Petronii Honorati, ipsi successisse L. Munatium Felicem probabiliter censet P. Meyer Herm. 32 p. 222.* Patronus rei p. Malacitanorum *t. 1.* Uxor: Valeria Lucilla *t. 3.* Frater: C. Valerius Florinus *t. 4.*

120 T. V[a]lerius Proculus (Τίτος Οὐ[α]λέριος Πρόκλος), **Drusi Caesaris** φροντιστής *(quid significetur, obscurum, res privatas* ***Drusi*** *ab eo curatas esse possis conicere)* piratas in Hellesponto dicitur sustulisse (καθελὼν τὰ ἐν Ἑλλησπόντῳ λῃστήρια) *CIG. 3612 t. Ilii rep., nunc Cantabrigiae, quem descripsit Clarke. Fortasse ad eundem Proculum pertinet fragmentum tituli eodem loco reperti perexiguum CIG. 3630.*

121 L. VALERIVS PVBLICOLA BALBINVS MAXIMVS. *Tituli urbani VI 1531 (1). 1532 (2).* L. Valerius Poplico[la] Balbinus Maximus *t. 1*, ..... Balbinus Maximus *t. 2.* L. f. *t. 1.* Tribu Cl(audia) *t. 1.* Sevir equitum Romanorum *t. 1. 2.* IIIvir capitalis *t. 2.* Quaestor kandidatus *t. 1. 2 (inter vigintiviratum et quaesturam interponit t. 2, inter seviratum et quaesturam t. 1, honores complures sine dubio posteriores).* Praetor kandidatus tutelaris *t. 1. 2.* Legatus provinciae Asiae *t. 1. 2.* Curator reipublicae Laurentium Lavinatium, item cognoscens ad sacras appellationes *t. 1. 2.* Consul ordinarius *t. 1. 2. Fortasse hic* L. Valerius Maximus consul ord. a. 256 cum M. Acilio Glabrione *XI 6355; sed pari iure potest fuisse unus ex Maximis consulibus a. 232. 233. 234. 253.* Quindecimvir sacris faciundis *t. 1. 2.* Curator aquarum et Miniciae *t. 2.* Praefectus alimentorum viae Flaminiae *t. 2. — Incertum an hic* Valerius Maximus praefectus urbi a. 255 *laterculus praef. urb., ap. Chronographum anni 354 (Mommus. I chron. min. p. 65). — De recentioribus quibusdam Valeriis Publicolis vide ad VI 1776.*

122 C. VALERIVS PVDENS. *Tituli: Rhenanus, ap. Brambach n. 6ª (1); Aquincenses III S. 10396 (2). 10399 (3). 10438 (4); Africanus VIII S. 11999 (5).*

C. Val. Pudens *t. 3. 4*, C. Val. Pudes *t. 2*, Valerius Pudens *t. 5*, Val. Pudens *t. 1*, Pudens *Tertullian.* Clarissimus vir *t. 5.* (Consul suff. a. inc.). Legatus pro pr. Germaniae inferioris inter a. 196—198 *t. 1.* Legatus pro pr. Pannoniae inferioris *t. 2-4.* Proconsul Africae *t. 5 (circa annum 212, ut apparet inde, quod qui in t. 5 memoratur Opstorius quidam Saturninus, anno 212 posuit VIII S. 12006)*, ante Scapulam *Tertullianus ad Scap. 4 (quem cum Schmidtius statuerit proconsulem fuisse a. 212/3, cf. supra sub Scapula Tertullo, Valerium Pudentem proconsulem fuisse coniecit anno 211/2 vel anno 210/1).*

123 L. Valerius Pudens L. f., cum esset annorum XIII, Romae certamine sacro Iovis Capitolini lustro sexto *(a. 106)* inter poetas Latinos coronatus; ab imperatore Antonino Pio curator reipublicae Aeserninorum datus *t. Histoniensis IX 2860.*

124 M. VALERIVS QVADRATVS. *Tituli: suburbanus VI 1533 = XIV 3996 (1); Mactaritanus Africae, VIII S. 11811 (2).* — M. f. *t. 1.* Tribu Quirina *t. 1 cf. t. 2 (oriundus ut videtur Mactari, cf. t. 2).* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1. 2.* Tribunus laticlavius legionis III Augustae *t. 1. 2.* Sevir equitum Romanorum *t. 1.* Quaestor Augusti *t. 1. 2.* Tribunus plebis candidatus *t. 1.* Praetor *t. 1.* Septemvir epulonum *t. 1.*

Digitized by Google

125 VALERIVS ROMANVS vir clarissimus, curator rei publicae Siccensium *t. Siccensis VIII S. 15881. Fortasse initio demum quarti p. Chr. saeculi vixit.*

126 M. Valerius Romulus Timotheus V[o]nul[o]ianus (Vinuilian- *ex. I,* Vinuian- *ex. II*) V[e]nuleius (Vinulei- *traditur*) Gallus, a parentibus ut videtur sepulcro conditus *II 1924 t. Baesippone in Baetica bis descriptus. Illustris stirpis videri fuisse recte observavit Huebner. Fortasse parentela coniunctus cum Valerio Timotheo infra n. 141.*

127 M. Valerius Rullianus Agrippa *(prius cognomen* Ἰουλιανός *excepit Mordtmann),* a militiis, ex procuratore (ἀπὸ στρατειῶν ἱππικῶν καὶ ἐπιτροπῶν; *fortasse scr.* ἐπίτροπον); pater Titiae Statiliae Valeriae Agrippianae Fadillae *t. Prusiade ad Hypium rep., Lebas 3, 1179, quem praeterea descripsit (nam non videtur diversus esse) Mordtmann athen. Mitth. 1887 p. 179.*

128 Valerius Sabinus, pater Valeriae Probae *V 722 (cf. infra sub Valeria Proba).*

129 C. Valerius Sabinus *(sic t. Ticinensis,* Val. Sabinus *t. Placentinus),* vir perfectissimus, rationalis *t. Ticinensis V 6421 (rationalis vocabulum non incisum sed pictum tantum),* a(gens) v(ices) rat(ionalis) *t. Placentinus XI 1214 (ubi* [p.] v. rat. *corrigit Bormann),* temporibus Aureliani *t. Placentinus.*

130 M. VALERIVS SENECIO. *Tituli Numidiae, VIII 2494 (1). 2619 (2). 2750 (3). 2751 (4).* Clarissimus vir *t. 1.* Legatus Aug. pro pr. (legionis tertiae Augustae) *t. 1–4,* sub Caracalla *t. 1. 2.* Consul *t. 4.* Praeses provinciae Germaniae inferioris *t. 4 cf. t. 3.*

131 C. Valerius Serenus, curator(?) classis Alexandrinae (ὁ ἐπιμελητὴς παντὸς τοῦ Ἀλεξανδρείνου στόλου), Claudio Iuliano praefecto annonae (i. e. circa annum 201 p. Chr.) *t. Portuensis CIG. 5973 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 917.* Neocorus Sarapidis (in Portu Ostiensi) *ib.* Ad eundem neocorum pertinent *tituli Portuenses Inscr. Gr. Sicil. Ital. 919–921.*

132 VALERIVS(?) SEVERVS *(Valerii nomen in ectypo legere sibi visus est Zangemeister nec tamen certum id esse affirmavit)* legatus pro pr. Arabiae inter a. 177—180 *III S. 14149*[1] *= Mittheil. u. Nachrichten des deutschen Palaestina-Vereins 1896 p. 49 (= III 6027. 6028; quem titulum minus recte ut iam videtur, antea rettulimus ad Erucium Severum).*

133 Valerius Severus, auctor iuris *Iulianus libro tertio digestorum (Dig. 3, 5, 29 [30]), Ulpianus ad edictum lib. V. VIII. LXX (Dig. 2, 2, 4, 3. 3, 3, 8 pr. 43, 20, 1, 21). Fortasse idem qui sequitur.*

134 C. VALERIVS SEVERVS *(sic dipl. mil.; praeterea* Valerius Severus). Proconsul Achaiae paullo ante a. 118 mens. Oct. (ante Clodium Granianum, post Cassium Maximum) *t. Phocicus CIG. 1732.* Consul suff. a. 124 mense ut videtur Sept. cum C. Iulio Gallo *dipl. mil.*

Digitized by Google

*(III p. 873).* Legatus pro pr. Lyciae et Pamphyliae sub Hadriano (non post annum 130/1) *t. mausolei Opramoae Rhodiapolitani Reisen in Lykien p. 85. 105, IV 9 cf. Loewy ib. p. 133.*

135 L. Valerius Severus, dominus figlinarum Domitianarum *tegulae XV 151–153 quas Dressel saeculo II ineunti tribuit.*

— SEX. PV[L]FENNIVS SALVTARIS M. LVCCIVS VALERIVS SEVERVS *cet.*

136 P. Valerius Silo Clodius Lucret(ius) Secundus, honoratus a plebe urbana Vercellis *t. Vercellensis V 6659.*

137 Valerius Statilius Castus, ὁ κράτιστος σύμμαχος τῶν Σεβαστῶν, praepositus vexillationum (πραιπόσιτος βιξιλατιώνων), dicitur paci providisse terra marique (προνοησάμενος τῆς εἰρήνης κατὰ θάλασσαν καὶ κατὰ γῆν). per Lyciam puto; Oenoandae in Lycia degit, cum adferretur imago Valeriani iunioris Augusti (a. 253 ut videtur) *t. Oenoandensis Lyciae, Bull. de corr. hell. 1886 p. 227.*

138 Val(erius) Super vir egregius, procurator argentariarum sub Macrino atque etiam a. 220 *tituli Dalmatici III S. 12733 (melius quam 8363). 12734 (= arch. ep. Mitth. 16 p. 140. 132).*

139 [VALERIVS] TAVRVS ASIATICVS (... Ταυρ ... Ἀσιατικῷ *Stamatiades,* Ταυρ ... *editum est Berliner Monatsber.),* Valerii Asiatici *(M. Lollii Paullini Valerii Asiatici, consulis iterum a. 125)* filius, D. *(Valerii Asiatici puto, supra n. 25)* pronepos *t. Samius, Berl. Monatsber. 1862 p. 76, melius ap. Stamatiadem Σαμιακά vol. I app. n. 62 (cf. Waddington fastes n. 127).*

140 C. VALERIVS TERENTIANVS, C. f., c(larissimus) [i(uvenis)]; [X vir] stlitibus iudicandis, i.... *t. Solonitanus III 1989.* Mater Crispinilla *ib.*

— FL(AVIVS) VAL(ERIVS) THEOPOMPVS ROMANVS.

141 Val(erius) Timotheus, vir egregius *t. urbanus VI 31844.*

142 Valerius Titanianus, praefectus vigilum, eminentissimus vir (e. m. v. *traditur)* a. 217 *t. Ostiensis eph. ep. 7 n. 1209.*

143 Valerius Titus, subpraefectus (vigilum) *VI 3909.*

144 M. VALERIVS TREBICIVS DECIANVS *(sic plerumque est fuitve in actis;* Trebicius Decianus *acta anni 120 VI 2080 v. 44,* Treb... ... *acta anni 117, VI 2076 v. 22)* frater Arvalis, memoratur in actis annorum 101. 105. 117. 118. 120, magister collegii a. 105. 120 *acta Arv. VI 2074–2076. 2078. 2080, item p. 864. Ab eodem videtur in luco Arvalium positus t. mutilus, quem ediderunt Henzen act. Arv. p. XXII, Huelsen eph. ep. 8 p. 346.*

145 L. VALERIVS TVRBO clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 27.*

146 M. VALERIVS TVRBO IVN(IOR) *(filius puto eius qui praecedit),* clarissimus vir, patronus Canusinorum a. 223 *IX 338 v. 32.*

147 Valerius Valens, vir perfectissimus; praefectus classis Misenensis imperante Gordiano *t. Misenensis X 3336 (= Kaibel epigr. Gr. 838).*

Digitized by Google

Inter annos 241 et 244 praefectus vigilum, vices agens praefectorum praetorio *t. Ostiensis Eph. 7, 1211.*

148 C. V(ALERIVS?) V(ALERIANVS?) SANCTVS quaestor provinciae Baeticae, pater Iul(ii?) Sancti *t. rep. Tarbes in Aquitania, XIII 395.*

149 Valerius Varus, cum pecuniam deberet Atilio Crescenti, amico Plinii, mortuus est herede Maximo *Plin. ep. 6, 8, 4.*

150 Q. VALERIVS VEGETVS. *Tituli Iliberritani matris II 2074 (1) uxoris 2077 (2), frustulum male descriptum 2076 (3). Fistula plumbea in Quirinali reperta, apud Lancianum syll. aq. n. 101 (4).* Q. Valerius Vegetus *t. 4*, *item act. Arv.*, Valerius Vegetus *t. 1. 2,* Caio Veg. *lectum esse dicitur t. 3.* Consul *t. 1. 2,* suff. a. 91 mense Nov. cum P. Met..... *act. Arv.* Mater: Cornelia Severina *t. 1.* Uxor: Etrilia Afra *t. 2.* Domum possidet in Quirinali *t. 4; cf. Huelsen mus. Rhen. 49 p. 397 not. 2. Ex maioribus, fortasse avus, L. Mummii Nigri Quinti Valerii Vegeti Severini Caucidii Tertulli. Cf. praeterea sub C. Valerio Pio Vegeto.*

— L. MVMMIVS NIGER QVINTVS VALERIVS VEGETVS SEVERINVS *cet.*

151 Valerius Venustus v(ir) p(erfectissimus), p(raeses) p(rovinciae) R(actiae) *III 5862. Videtur vixisse vergente saeculo p. Chr. tertio vel ineunte quarto.*

152 VALERIVS VERVS *(praeses provinciae ut videtur)* cui Hadrianus rescripsit *Callistratus libro quarto de cognitionibus Dig. 22, 5, 3, 2.*

153 VALERIA Messalarum soror amisso Servio viro nulli volebat nubere *Hieronym. adv. Iovinianum 1, 46. Sororem fuisse M. Valerii Messallae Corvini et M. Valerii Messallae Potiti, uxorem Ser. Sulpicii Rufi, coniecit Haupt, cf. supra sub Sulpicia (S 739), item sub M. Valerio Messalla Corvino.*

154 Valeria, virgo Vestalis (ἱερὰ παρθένος), ab Atheniensibus statua honorata *CIAtt. III 876 (quem t. saeculo p. Chr. primo adtribuit Dittenberger).*

— Ulpia Aurelia Valeria.

— Titia Statilia Valeria Agrippiana Fadilla.

— Antonia Tertulla Valeria Asinia Sabiniana.

155 Valeria Brocchilla: eius servus dispensator *VI 9346. Fortasse femina nobilis.*

156 PVBLIA VALERIA COMASIA clarissima femina *fistulae plumbeae variis locis in urbe repertae, in Esquilino una, complures in Aventino, ap. Lancianum syll. aq. n. 51. 174. Filia videtur fuisse P. Valerii Comazontis praefecti praetorio et consulis a. 220.*

157 Valeria Cominiana, mater ut videtur Vibii Cominiani Valerii Pii, socrus Domitiae Domitianae clarissimae feminae *V 5228.*

158 Valeria Lucilla, uxor L. Valerii Proculi *(supra n. 119)*, praefecti Aegypti *II 1971.*

159 [VAL]ERIA MAR[CIA] HOSTILIA CRISPINA MOECIA CORNELIA C. Bruttii Praesentis, proconsulis, uxor *(mater Bruttiae Crispinae, uxoris Commodi) t. Capsitanus VIII 110.*

160 (VALERIA MESSALINA): *eo nomine Borghesius opp. 5, 529 statuit fuisse M. Valerii Messallae Corvini filiam, ex qua natus* Statilius Corvinus Messallae oratoris nepos *Suet. Claud. 13. Uxor videtur fuisse T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, mater non solum Tauri Statilii Corvini consulis a. 45, sed etiam T. Statilii Tauri consulis a. 44, avia Statiliae Messallinae uxoris Neronis, cf. stemma propositum supra p. 264. Haec, iudice Borghesio opp. 5, 529 not. 1, 8, 137,* Messalin[a] Tauri *VI 9191 (nisi potius fuit* Messalin[a] Tauri [f.], *scilicet neptis eius Statilia Messalina; item fortasse Statiliae potius quam Valeriae Messallinae servi qui in sepulcro Statiliorum sepulti sunt:* Felix Messalinae lanipend. *VI 6300,* Logas Messallin. pedis. *VI 6335).*

161 VALERIA MESSALINA Claudii. Valeria Messallina *Suet. Claud. 26, Dio 60, 8, schol. ad Iuv. 6, 434, nummus Corinthiorum ap. Cohen I ed. 2 p. 268, item t. servorum VI 4426. 4474 (si ad hunc pertinent, cf. infra); praeterea* Messallina. — Filia Barbati Messallae *Suet. Cl. 26, id est non M. Valerii Messallae Barbati in consulatu a. 742 defuncti (nam quae de filiae vita et maleficiis usque ad a. 801 accepimus, non quadrant in sexagenariam), sed filii eius praeterea ignoti (supra n. 88),* et Lepidae *Tac. a. 11, 37.* Soror Fausti Cornelii Sullae *Zonar. 11, 9 (nescio num recte, cf. supra sub Fausto Cornelio Sulla). Avia paterna eius videtur fuisse Marcella minor; ideo fortasse huius Valeriae Messallinae, nondum nuptae puto, servi hi sepulti in monumento quod Marcellae minoris libertus dedicaverat:* Idaeus Valeriae Messallin. supra argentum *VI 4426,* Eupor. Valer. Messallinae (Valer. *erasum cf. infra) VI 4474,* Philocrate(s) Messallinae paed(agogus) *VI 4459,* [S]alvius Messallinae *VI 4468. (Non longe ab illo monumento sepulta* Valeria Messalinae Augusti l. Caenis *VI 5537). Incertum an haec* Valeria Messallina, cuius delicium L. Valerius Threptus *VI 28132 (offendit praenomen Threpti, cum pater Messallinae fuerit* M.). *Plane incertum num huius Messallinae servi libertique VI 19754. XIV 2751. 2813, item num haec memorata fuerit XIV 2008.*

Claudii uxor tertia *(videtur ei nupsisse imperante Gaio) Suet. l. c. cf. Ioseph. ant. 20, 8, 1, bell. 2, 12, 8,* mater ex eo Octaviae *Suet. Cl. 27, Tac. a. 11, 32. 34, Ioseph. ant. 20, 8, 1,* et Britannici *Suet. l. c., Tac. l. c., Ioseph. ant. l. c., bell. 2, 12, 8, Iuvenal. 6, 124, schol. ad Iuv. 6, 116. 124. 434 (hunc videtur peperisse anno 41, cf. supra Ti. Claudio Caesare Britannico).* Nato filio cum Augustae vocabulo eam honorare vellent, vetuit Claudius *Dio 60, 12 (Zonar. 11, 8). Nihilo minus* Μεσσαλεῖνα Σεβαστή *nummus Nicaeensium ap. Cohen I ed. 2 p. 268,* Μεσσαλ. Σεβ. *nummus Trallianus ap. Mionnet Suppl. VII p. 468 n. 700 (ex Vaillant) (recte* Messalleina Augusti *nummus fortasse Corinthi cusus,*

*nuper illatus in museum Britannicum, de quo cf. infra*, Messallina Augusti *t. libertae VI 5537)*. Messalina dei nostri Caesaris *Scribonius Largus c. 60. Repraesentatur una cum Claudio et Britannico in nummo Tralliano (cf. supra), una cum Britannico Antonio Octavia in nummo nuper illato in museum Britannicum, Corinthi ut videtur cuso, ap. Warwick Wroth numism. chron. 1894 p. 4. Incertum utrum haec an alia Messalina (Statilia Messalina Neronis) statua honorata Rhodi, Hiller inscript. Rhod. n. 806[1].*

A. 43 προεδρία (locus ut videtur inter virgines Vestales), qua Livia quondam usa erat, item ut carpento uteretur, ei tributum *Dio 60, 22.* (A. 44) triumphum mariti Britannicum carpento comitata est *Suet. Cl. 17.* Mariti ignavia abutitur ad maleficia patranda *Dio 60, 8. 14. 15. 17 (Zon. 11, 9), Tac. a. 13, 43, cf. Suet. Cl. 29.* Eius opera subversae Iuliae duae, Germanici Caesaris filia *Dio 60, 8 cf. 27,* et Drusi Caesaris f. *Dio 60, 18, Tac. a. 13, 32;* item vitricus ipsius C. Appius Iunius Silanus *Dio 60, 14, Suet. Claud. 37,* Catonius Iustus praefectus praetorio *Dio 60, 18,* Valerius Asiaticus *Tac. a. 11, 1 seq.,* M. Vinicius *Dio 60, 27 (Zonar. 11, 9),* Poppaea Sabina *Tac. a. 11, 2;* item Polybius Claudii libertus *Dio 60, 31.* Insidias struxisse ferebatur Domitio Agrippinae filio *Suet. Ner. 6.* L. Vitellius ei adulatur *Suet. Vit. 2.* Impudicitia eius *Plin. h. n. 10, 172, Iuvenal. 6, 115 seq., Dio 60, 14. 18. 31, Victor Caes. 4, epit. 4.* Inter adulteros eius Plautius Lateranus *Tac. a. 11, 30. 36. 13, 11,* Vettius Valens *Plin. h. 29, 8, Tac. a. 11, 30. 31. 35,* Sabinus gladiator *Dio 60, 28,* Polybius Claudii libertus *Dio 60, 31,* Mnesterem pantomimum ad stuprum coegit *Tac. a. 13, 36, Dio 60, 22 (Zon. 11, 9). 28.* A. 47 exarsit in C. Silium *Tac. a. 11, 12 cf. 13, 19;* a. 48 nuptias cum eo celebravit *Tac. a. 11, 26 seq., Suet. Claud. 26. 29, Dio 60, 31 cf. Iuvenal. 10, 324 seq.* Quod cum Narcissus Claudio detulisset *Tac. a. 11, 29. 12, 65, Dio 60, 31 (Zon. 11, 10),* frustra maritum exorare conatur *Tac. a. 11, 32. 34;* sed mors ei indicta: reperta in hortis Lucullianis a tribuno iugulatur *Tac. a. 11, 37. 38, Dio 60, 31 (Zon. 11, 10), Seneca apoc. 11, Suet. Claud. 26. 36. 39; Victor Caes. 4, schol. ad Iuv. 2, 29, Ioseph. ant. 20, 8, 1.* Memoria eius senatus consulto damnata *Tac. a. 11, 38.* Nomen eius erasum *VI 918 (vix hanc ob causam in t. servili VI 4474 Valeriae nomen erasum, cum Messallinae integrum relictum sit).* — Quo dentifricio usa sit *Scrib. Largus c. 60.* Memoratur *Seneca nat. quaest. 4 praef. 15 (ubi pro* Messallina *traditur* Messala), *apoc. 13, Tac. a. 12, 1. 7. 9. 42, Dio 62, 6, Iulian. Caes. p. 310*[b]. Cum (Statilia) Messallina Neronis confunditur *schol. Iuvenal. 1, 35.*

162 Valeria Paullina, C. f. *fistula plumbea suburbana ap. Lancianium syll. aq. n. 327. Fortasse femina nobilis.*

163 Valeria Pelagia, mater C. Valerii Pii Vegeti *t. urbanus Bull. comunale 1886 p. 227 n. 1264. Cf. sub C. Valerio Pio Vegeto.*

164 Valeria Polla: eius servi (actores, dispensator) *VI 9125. 9127 (nam vix alia Polla significatur). 9349 (eandem esse Paulam Valeriam sive Pollam, uxorem D. Bruti, quae memoratur Cic. ep. ad fam. 8, 7, 2. 11, 8, 1, olim coniecerat Henzen, minus recte ut puto quippe quae sit multo antiquior). Sed eadem fortasse* Valeria Polla domina figlinarum *tegulae urbanae XV 235, quas Dressel factas putat aetate Hadriani.*

165 Valeria Proba, *clarissima femina *(traditur* caia illa filia, *quod male solutum ex* cl. f. *coniecit Mommsen) t. in Histria ut videtur rep., semel, et male quidem descriptus, V 722.*

166 Valeria Secunda (Βαλλερία Σεκοῦνδα), curata ab Andromacho medico *Galenus* περὶ συνθέσεως φαρμ. τῶν κατὰ γένη *4, 5 (XIII p. 707 ed. Kuehn). Fortasse femina nobilis vel certe dives.*

— SERVENIA CORNVTA CORNELIA CALPVRNIA VALERIA SECVNDA *cet.*

167 Valeria Tussania, P. [f.] *(sed possunt plura periisse inter Valeriae et Tussaniae vocabula),* Cn. Tussani P[roculi?] heres ut videtur *t. prope Ostiam rep. VI 1534 = XIV 175 cf. add. p. 481. Cf. supra sub Cn. Tussanio Proculo.*

168 Valeria Urbica, M. f., domina figlinarum *tegulae XV 1488 quas aetati Hadriani attribuit Dressel.*

169 C. VALGIVS RVFVS. C. Valgius *Plin., Quint. 3, 1, 18,* Valgius Rufus *Gell.,* Valgius *plerumque. In consulatu* C. Valgius Rufus *VI 21158,* C. Valgius *mon. Ancyr. 2, 28, fasti Colotiani, VIII 68, X 3804,* C. V. *VI 17130,* Valgius *fasti Praenestini ad 6 Mart. 28 Apr.; .....* Ruf. *superest in fastis Capitolinis.* —

C. f. *fasti Colotiani (CIL. I ed. 2 p. 64).* Consul a. 742 cum C. Sulpicio Quirinio, suffectus in locum M. Valerii Messallae Barbati *fasti Capitolini, cf. praeterea supra* (consularis *Porphyr. ad Hor. carm. 2, 9*). Vir 'eruditione spectatus' *Plin. h. n. 25, 4.* Iudicium eius magni fecit Horatius *sat. 1, 10, 82;* ad eum dedit Horatius *carm. 2, 9.* Poeta: ingenium eius celebratur ('propior non alter Homero') *[Tibull.] 4, 1, 180.* Scripsit elegias *schol. Veron. ad Verg. buc. 7, 22 (p. 74 Keil) al.* Valgius in elegis *Serv. ad Aen. 11, 457.* Valgius in epigrammate (— tis *L. Müller*) *Charis. lib. I p. 108, 7 Keil. Fragmenta carminum composuit Baehrens fragm. poet. Rom. p. 342.* — Apollodori Pergameni rhetoris, cuius discipulus fuerat, praecepta Latine tradidit *Quintil. 3, 1, 18. 3, 5, 17 cf. 5, 10, 4.* Idem edidit libros argumenti grammatici inscriptos de rebus per epistulam quaesitis *Gellius 12, 3, 1; Charis. I p. 108, 27. 135, 23 cf. 102, 10. 143, 25; Diomed. p. 387, 6 Keil.* Denique de herbarum natura reliquit imperfectum volumen ad divum Augustum *Plin. h. n. 25, 4,* adhibitum a Plinio ad libros XX—XXVII *Plin. h. n. 1, 20–27. Cf. Teuffel Lit. § 241.*

170 C. Vallius Maximianus *(sic t. 1,* G. Vallius Maxumianus *t. 2). Tituli*

*in Baetica rep. II 1120 (1), 2015 (2).* Procurator provinciarum Macedoniae, Lusitaniae, Mauretaniae Tingitanae *t. 1;* procurator Augustorum duorum *(sc. Mauretaniae Tingitanae),* egregius vir *t. 2.* 'Provinciam Baeticam caesis hostibus paci pristinae restituit' *t. 1;* municipium (Singiliense in Baetica) 'diutina obsidione et bello Maurorum' liberavit *t. 2. Videtur Tingitanam rexisse et in Hispaniam traiecisse temporibus Marci, cum Mauri Hispanias vastarent (vit. Marci 21).*

171 Vallius Syriacus *(cognomen solum ponit Dio),* homo disertus *Seneca contr. 2, 1, 34. 9, 4, 18 cf. Dio 58, 3, 7.* Praeceptorem habuerat Theodorum *Seneca contr. 2, 1, 36.* Causarum actor *ib. 2, 1, 34. 9, 4, 18.* Declamat *ib. 1, 1, 11. 1, 1, 21. 2, 6, 13. 7, 6, 11* (rhetor *ib. 9, 4, 18*). Comes Stertinii Maximi, per annos duodecim (quindecim *exc.*), qui eum postea vel accusavit vel testimonium in eum dixit *Seneca contr. 2, 1, 36 (= exc. contr. 2, 1).* Occisus a. 30, quod Tiberius eum amicum Asinii Galli scripserat *Dio 58, 3.*

172 Vangius, una cum Sidone fratre Vannium avunculum regno Sueborum pellit, a. 50 *Tac. 12, 29. 30.*

173 Vannius, e gente Quadorum, a Druso Caesare rex datus Suebis *Tac. a. 2, 63. 12, 29.* Regnum Vannianum *Plin. h. n. 4, 81 (cf. Mommsen hist. Rom. V p. 196 not. 1). Nomen Vannii in nummis compluribus Sillein ad fl. Waag repertis legere sibi visus est Neudeck Wien. num. Zeitschr. 12, 1880 p. 114, sed male, ut testatur v. Sallet.* Divitiae eius *Tac. a. 12, 29.* A. 50 regno pulsus et in provinciam Romanam receptus *Tac. a. 12, 29. 30.*

— MVMMIA VARA.

174 Vararanes: *tres reges huius nominis, inter Saporis filium Hormisdam et Narsem recensuerunt tabulae regum Persarum, e quibus pendent Agathias 4, 24 et Syncellus p. 678 Bonn. Videntur regnavisse ab a. 272 ad a. 292, cf. Nöldeke Gesch. d. Perser zur Zeit der Sasaniden p. 46 seq. 414 seq.*

175 Vardanes, Artabani regis Parthorum filius *Ioseph. ant. 20, 3, 4 (cf.* patris sui defectores *Tac. 11, 8 ubi item intellegitur Artabanus),* frater Gotarzis *Ioseph. l. c., Tac. a. 11, 9,* patri in regno succedit *Ioseph. l. c.* Accitus a Parthis contra Gotarzem, hunc regno deturbat *Tac. a. 11, 8. 9.* Regnum amissum recuperavit *Philostratus vit. Apoll. 1, 21 cf. 28. Igitur nisi erravit Iosephus, statuendum est, Vardanem post mortem Artabani per breve tempus regnum tenuisse, deinde Gotarzem regnum occupavisse, hunc rursus a Vardane pulsum: et extat nummus regis alicuius Parthici cusus mense Gorpiaeo ann. Sel. 351 = Sept. a. 40 (mus. Berol., cf. Percy Gardner Parthian coinage p. 48 9) aliique eiusdem regis inde a mens. Iul. 42, quos Vardanis esse putant, alii ab his diversi cusi a. 41 qui Gotarzis esse videntur.* Pacem facit cum Gotarze *Tac. 11, 9;* rursus bellum cum eo gerit *ib. c. 10.* Seleuciam recuperat *ib. c. 9* (Ctesiphontem 'instituit' *Ammian. Marc.*

*23, 6, 23 minus recte ut videtur; potest Ctesiphontem auxisse vel privilegiis ditasse).* Aliae res ab eo gestae *Tac. a. 11, 10.* A suis interfectus *Ioseph. l. c., Tac. l. c.,* 'primam intra iuventam, sed claritudine paucos inter senes regum' *Tac.* (famam rerum gestarum tangit etiam *Philostratus l. c.*). Successit ei Gotarzes *Tac. l. c., Ioseph. l. c. Videtur occisus a. 45, si quidem usque ad hunc annum procedunt nummi eius.* — Frater eius Megabates *Philostr. l. c. 1, 31.* Filius eius aemulus exoritur Vologaeso circa a. 54 *Tac. a. 13, 7 (ex lectione tradita). Cf. sub eo qui sequitur.*

176 *Vardanes, Vologaesis filius: circa a. 54 'exortus aemulus Vologaesi (-eso *cod.*) filius Vardanes' (*traditur* Vardanis) *Tac. a. 13, 7. Fortasse standum est lectione tradita, et statuendum filium aliquem Vardanis eius qui praecedit Vologaesi temporibus regnum adfectasse. Utut est, ad eum videntur referendi nummi regis alicuius Parthici capite admodum iuvenili, cusi per annos 55 ad 58, ap. Percy Gardner Parthian coinage p. 51 (quod in uno eorum inscriptum esse dicitur* BNANO, *vix recte Gutschmid Gesch. Irans p. 130 legit* βασιλέως Νάνου, *Nanis nomen ei fuisse coniciens).*

— L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS AEM[I]LIANVS.

— CL(AVDIA) VARENILLA.

— CL(AVDIVS) VARENVS.

177 VARENVS RVFVS (Rufus Varenus *Plin. ep. 5, 20, 1, praeterea* Varenus), proconsul Bithyniae *Plin. ep. 5, 20, 1,* tum cum Dio haberet orationem quae inscribitur πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ *Dio or. XLVIII (vol. II p. 138 ed. Dindorf).* Prusensibus permisit ἐκκλησιάσαι, quod antea nimirum vetitum fuerat *Dio l. c.* Bithyni, cum accusarent Iulium Bassum, eum 'advocatum et postularant et acceperant' *Plin. ep. 5, 20, 1 (in ipsa tamen actione contra Iulium Bassum non memoratur).* Paullo post *(circa annum 105 ut videtur)* ab ipsis Bithynis accusatus; defenditur a Plinio *Plin. ep. 5, 20. 6, 5; 13; 29, 11.* Bithyni accusationem omittunt *Plin. ep. 7, 6;* Traianus provinciae voluntatem explorare statuit *ib. 7, 10.*

— Septimius Varianus.

— APPVLEIA VARILLA.

178 Varillus, infamis *Iuvenal. 2, 22.*

179 VARINIA FLACCINA clarissima femina; C. Varinii Fidi flaminalis provinciae Baeticae filia *t. in Baetica rep. Eph. 8 p. 385 n. 89 (melius quam II 983),* Licinii Sereniani viri clarissimi *(supra L 166)* uxor, Variniae Serenae mater *II 1024.*

180 VARINIA SERENA, eius quae praecedit et Licinii Sereniani clarissimi viri filia *t. in Baetica rep. II 1024.*

181 Varisidius Nepos, filius sororis C. Calvisii (Rufi): ei tribunatum semestrem a Sosio Senecione petit Plinius *ep. 4, 4.*

182 *VARIVS senator a Gaio imperatore una cum Pontoo(?) missus Antiochiam ut urbem refoveret; is ibi balneum τὸ λεγόμενον Οὐάριον aedificavit *Malalas lib. X p. 244 ed. Bonn. Dubiae fidei narratio (vel adeo plane ficticia).*

183 L. VARIVS AMBIBVLVS *(sic X 4390,* L. Varius Ambibolus *VI 9201,* Varius Ambibulus *IX 3056*, Ambibulus *X 3864)*, consul *X 3864.* Eius liberti servique *VI 9201. IX 3056. X 3864. 4390.*

184 (VARIVS) AVITVS, Varii Marcelli et Iuliae Soaemiadis filius *Dio 78, 30. V.* M. Aurelius Antoninus Elagabalus *(supra vol. I p. 194).*

185 T. Varius Clemens. *Tituli: Celeiae in Norico rep., III 5211 (1). 5212 (2). 5213 (3). 5214 (4). 5215 (5). 5216 (6). Memoratur in Lambaesitano VIII 2728 (7).* T. Varius Clemens *t. 1–3. 5,* Varius Clemens *et alio loco* Clemens *t. 7 (nomen periit t. 4. 6).* T. f. *t. 1.* Cl(audia) Celeia *t. 1.* Praefectus cohortis II Gallorum Macedonicae *t. 1. 2. 4. 5.* Tribunus legionis XXX Ulpiae Victricis *t. 1. 2. 4. 5.* Praefectus equitum alae II Pannoniorum *t. 1. 2. 5.* Praefectus auxiliorum in Mauretaniam Tingitanam ex Hispania missorum *t. 2. 5 cf. t. 4,* praefectus auxiliariorum tempore expeditionis in Tingitaniam missorum *t. 1 (significatur tumultus Maurorum temporibus Pii oppressus, vit. Pii c. 5, Pausan. 8, 43, 3).* Praefectus equitum alae Brittanicae milliariae *t. 1. 2. 5 cf. 4.* Procurator Aug. provinciae Ciliciae *t. 1. 2. 5.* Procurator Aug. provinciae Lusitaniae *t. 1. 2. 5.* Procurator Aug. provinciae Mauretaniae Caesariensis *t. 1. 2. 5. 7 cf. t. 3. 6,* circa a. 152 *t. 7 (ut apparet ex mentione Valerii Etrusci legati).* Procurator Aug. provinciae Raetiae *t. 1. 2. 5 cf. t. 3.* Procurator provinciarum Belgicae, Germaniae superioris, Germaniae inferioris *t. 2,* procurator provinciarum Belgicae et utriusque Germaniae *t. 5; cf. t. 3. 4;* praeses dictus a Treveris *t. 5.* Ab epistulis Augustorum (Marci et Veri) *t. 5.*

186 Varius Crispinus *(sic Tac., cognomen solum ponit Plut.),* tribunus cohortis praetoriae, a. 69 tumultu militari occisus *Tac. h. 1, 80, Plut. Oth. 3.*

187 Q. VARIVS GEMINVS. *Tituli Superaequi in Paelignis rep., IX 3305 (1), 3306 (2). Tria nomina t. 1. 2,* Varius Geminus *alibi.* Q. f. *t. 1. 2.* Tribu Ser. *t. 1.* Paelignus *t. 2.* Primus omnium Paelignorum senator factus *t. 2.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 2.* Praefectus frumenti dandi *t. 2.* Quaesitor iudex *t. 2 (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 586 not. 2).* Quaestor *t. 1. 2.* Tribunus plebis *t. 2.* Praetor *t. 2.* Proconsul *t. 2.* Legatus divi Augusti iterum *t. 2.* Curator aedium sacrarum monumentorumque publicorum tuendorum *t. 2 (vix ante reliquos honores, quo sane ducere posset locus quo hoc munus in t. collocatum est).* — Sublimis orator *Hieronymus adv. Iovinian. 1, 28.* Caesari eleganter blanditur *Seneca exc. contr. 6, 8 (diversum fuisse hunc a legato Augusti parum probabile est).* Dictum eius in P. Vini-

cium *Seneca ep. 40, 9.* Aliud dictum eius *Hieronymus l. c.* Cassius Severus eum admiratur *Seneca suas. 6, 11.* Declamat *Seneca suas. 6, 11 seq., exc. contr. 4, 8, contr. 7, 1, 18 et alibi, cf. ind. Kiesslingii p. 555.*

188 C. VARIVS IVL(IVS) PROCVLVS C. f., tribu Pom.; praetor *t. urnae ex alabastro Londinii asservatae VI 1535.*

189 Varius Ligur: propter adulterium cum eo commissum Aquilia quaedam damnata a. 25 *Tac. a. 4, 42.* A. 34 pecuniam dedisse dicebatur accusatoribus Mamerci Scauri, ut accusationem omitterent *ib. 6, 30. Fortasse filius Valerii, ut traditur, Liguris, qui videtur fuisse praefectus praetorio sub Augusto, cf. supra sub Valerio Ligure. Item fortasse hic* P. Varius P. f. Aem. Ligus filius, qui Albae Pompeiae statuam posuit Ti. Caesari Drusi filio, Tiberii nepoti *V 7598.*

190 Varius Lucullus (Varro Lucullus *scr. Mommsen; M. Terentius Varro Lucullus frater fuerat L. Licinii Luculli, consul a. u. c. 681 cum C. Cassio Longino),* iuris consultus ut videtur, cuius sententiam attulit *Aristo apud Pomponium libro tertio ad Sabinum, Dig. 41, 1, 19.*

191 VARIVS MACRINVS adfinis Severi Alexandri, per quem imperante Alexandro res feliciter gestae sunt in Illyrico *vit. Alex. 58, 1. Possis cogitare de Macrino, qui socer Alexandri fuisse dicitur, ib. 49, 3, sed cf. supra sub Sallustio.*

192 SEX. VARIVS MARCELLVS. *Titulus Veliternus, bilinguis X 6569 (1). Memoratur in fistula plumbea urbana Bull. comunale 1888 p. 180 (2). Tria nomina t. 1,* Varius Marcellus *t. 2, Dio* (Σέξστος *t. Vasionensis XII 1277, quem ad hunc rettulit Renierus, sed iniuria, ut iudicat Hirschfeld).* Apamea Syriae oriundus *Dio 78, 30.* Procurator aquarum centenarius *t. 1,* procurator aquarum *t. 2 (inter annos 198 et 209, scilicet imperantibus Severo et Caracalla, Geta etiamtum Caesare, t. 2);* procurator provinciae Britanniae ducenarius *t. 1;* procurator rationis privatae trecenarius *t. 1* (variis procurationibus functus *Dio l. c.*). Vice praefectorum praetorio et urbi functus *t. 1.* In senatum adlectus *Dio;* clarissimus vir *t. 1.* Praefectus aerarii militaris *t. 1.* Legatus legionis III Augustae, praeses provinciae Numidiae *t. 1.* Maritus Iuliae Soaemiadis Bassianae *t. 1; Dio l. c.* Pater complurium liberorum *t. 1,* pater Aviti (Elagabali) *Dio l. c.* Defunctus ante annum 218 *Dio (id quod etiam ex t 1 colligitur).*

193 .. [V]ARIVS RVFVS *(Varii nomen suppleverunt editores; sero vidi etiam de Tario Rufo posse cogitari)* proconsul Cypri *t. Paphius, Journal of hell. studies 9, 1888 p. 239.*

194 L. Varius Rufus (L. Varius cognomento Rufus *scholion, quod ex codice quodam Parisino ed. Schneidewin mus. Rhen. 1, 1842 p. 107 cf. 2 p. 638,* L. Varius *Porph. ad Hor. carm. 1, 6, 1, Macrob. sat. 2, 4, 2, itemque ut videtur Quint. 6, 3, 78, ubi* L. Vareus *optimus cod., alibi* Varius, Varus *Verg. buc. 9. 35 plerique codices, item paneg. in Pis. 239),* poeta

epicus *Horat. sat. 1, 10, 44 cf. carm. 1, 6, 1,* item tragicus *Porphyr. ad Hor. carm. 1, 6, 1, Macr. sat. 2, 4, 2, Mart. 8, 18, 7, paneg. in Pis. 238 (incertum an hic* Varus, quem memorat *Ovid. ex P. 4, 16, 31 cf. infra n. 202, certe hic* Varus tragoediarum scriptor *Serv. ad buc. 3, 20).* Thyesten tragoediam post Actiacam victoriam Augusto ludis eius in scaena edidit; pro qua fabula sestertium deciens accepit *scholion Paris.* (memorant Thyestem eius *Quint. 3, 8, 45. 10, 1, 98, Tac. dial. 12, Philargyr. ad Vergil. ecl. 8, 10.* Thyestes non eius sed Vergilii *Donat. praef. ad Verg. buc. 81 [ap. Hagen Jahn's Jahrb. Suppl. 4, 741] cf. Serv. ad buc. 3, 20,* non eius, sed Cassii Parmensis *Porphyr. ad Hor. ep. 1, 4, 3, ubi dicitur* Q. Varius, *et narratur iussu Augusti Cassium Parmensem Athenis interfecisse, fortasse confusus cum alio nescio quo Varo vel Vario).* Carminis de morte (Caesaris) versiculos nonnullos servavit *Macrobius 6, 1, 39 al. (cf. Baehrens fragm. poet. Lat. p. 337),* ex panegyrico Augusti versus *Horat. ep. 1, 16, 27 testibus scholiis.* Etiam elegiorum auctor *Porphyr. ad Horat. 1, 6, 1.* — Familiaris Maecenatis *Horat. sat. 1, 6, 55, paneg. in Pis. 238, Martial. 8, 56, 21. 12, 4, 1.* A. 717 iter Maecenatis Brundisinum comitatur Sinuessa Canusium usque *Hor. sat. 1, 5, 40. 93.* Una cum Maecenate cenat apud Nasidienum *ib. 2, 8, 21. 63.* Amicus Horatii *ib. 1, 9, 23.* Horatium Maecenati commendavit *ib. 1, 6, 55.* Augusto quoque dilectus *Horat. ep. 2, 1, 247 cf. Macrob. 2, 4, 2.* Augustus muneribus eum affecit *Horat. l. c.* (Caesaris amicus *Quint. 6, 3, 78, si idem est).* Vergilius carmina eius admiratur *Verg. buc. 9, 35,* iudicium eius magni facit Horatius *sat. 1, 10, 81; cf. art. poet. 55.* Vergilii contubernalis *Porphyr. ad Hor. carm. 1, 6, 1 cf. Hieronymus ad a. 2000.* Amica eius Plotia Hieria, cum qua etiam Vergilius consuetudinem habuisse dicebatur *Donat. vit. Vergil. (Sueton. ed Reifferscheid p. 57) cf. schol. Bern. ad ecl. 6, 17.* Inter heredes Vergilii *Vergilii vita Donato adscripta (Sueton. ed. Reiff. p. 63).* Ei et Plotio Tuccae Vergilius moriens (a. 735) scripta sua legavit *(ib. p. 64 Reiff.).* Aeneida edidit una cum Tucca, auctore Augusto, contra ipsius Vergilii voluntatem *ib.; cf. Serv. in Aen. procem., item ad 2, 566. 4, 436. 5, 871. 7, 464; Hieronymus ad a. Abr. 2000.* Quaedam de Vergilii ingenio moribusque memoriae tradidit *Quintil. 10, 3, 8 (cf. Gell. 17. 10, 2).* — Epicureus *Quint. 6, 3, 78. Hunc esse Varium, quem adloquitur Philodemus Epicureus in fragmento quodam libri* περὶ κολακείας, *item in fragmento libi* περὶ φιλαργυρίας *coniecit A. Koerte mus. Rhen. 45, 1890 p. 172 seq.*

— VARIA, avia Elagabali et Severi Alexandri *vit. Elagab. 10, 1 cet. Cf. supra sub Iulia Maesa.*

— NVMMIA VARIA.

— POSTVMIA VARIA.

— Vibia Salvia Varia.

195 VARRO legatus Syriae (ὁ ἡγεμὼν τῆς Συρίας) aliquot annis ante a. 734 *Ioseph. bell. 1, 21, 4, ant. 15, 10, 1. Cf. Mommsen comm. ad mon. Ancyr. ed. 2 p. 65. Fortasse non fuit legatus consularis provinciae, sed vice M. Agrippae provinciam administravit, cf. Mommsen l. c. De A. Terentio Varrone Murena consule a. 731 eodemque anno defuncto non videtur posse cogitari.*

196 Varro, carminibus varii generis pangendis deditus, cui sua ipsius carmina misit *Martialis 5, 30.*

— CINGONIVS VARRO.

— M. DASVMIVS TVLLIVS VARRO.

— A. TERENTIVS VARRO MVRENA.

— TVLLIVS VARRO.

— P. TVLLIVS VARRO.

— C. VISELLIVS VARRO.

— L. VISELLIVS VARRO.

197 VARRONILLA virgo Vestalis, incesti damnata, cui liberum mortis arbitrium permisit Domitianus *Suet. Dom. 8.*

198 VARVS consul, colloquitur cum Herode Attico *Philostratus vit. soph. 1, 25, 7* (fortasse ad eundem Varum epistula Herodis Attici citatur *Philostr. l. c.*). *Diversi* Varus sophista Pergensis, discipulus Quadrationis consulis *Philostr. l. c. 2, 6;* Varus sophista, Laodicensis *ib. 2, 28;* Varus quidam adulescens irrisus a Polemone *ib. 1, 25, 9.*

199 Varus, eques Romanus; comes M. Vinicii *(consulis a. p. Chr. 30)*, homo improbae linguae *Seneca ep. 122, 12. 13.*

200 Varus, centurio, in Aegypto defunctus *Martial. 10, 26.*

201 Varus: praefecturam aliquando ab eo administratam Claudius regno Agrippae minoris addidit *(circa a. 53) Ioseph. bell. 2, 12, 8. Diversus, sed fortasse filius eius Varus, sive Noarus, ex genere Sohaemi regis, qui anno 66 Agrippae regnum administrabat, cf. supra sub Noaro.*

202 Varus, poeta tragicus *Ovid. ex P. 4, 16, 31. Incertum an Varo substituendus Varius, intellegendusque L. Varius Rufus, cum Ovidius de paullo recentiore poeta cogitare videatur.*

— Alfenus Varus.

— P. ALFENVS VARVS.

— Arrius Varus.

— TI. CLODIVS VIBIVS VARVS.

— T. FL(AVIVS) POSTVMIVS VARVS.

— C. IVLIVS LVPVS T. VIBIVS VARVS LAEVILLVS.

— C. IVLIVS PLANCIVS VARVS CORNVTVS.

— A. IVLIVS POMPILIVS PISO T. VIBIVS [VARVS] LAEVILLVS.

— LVRIVS VARVS.

— M. PLANCIVS VARVS.

— Pompeius Varus.

— Quintilius Varus.
— QVINTILIVS VARVS.
— P. QVINCTILIVS VARVS.
— T. RVTILIVS VARVS.
— Valerius Varus.
— C. Vibius Varus.
— T. VIBIVS VARVS.

204 Vasaces, praefectus equitatus Parthorum, a Vologaese a. 62 missus ad Caesennium Paetum *Tac. a. 15, 14.*

205 C. Vaternius Calpurnius Lucretianus, procurator Aug.; pater Vaterniae Calpurniae Ser[en]ae *t. agri Vicetini semel descriptus V 3118.*

206 Vaternia Calpurnia Ser[en]a (Sermia *traditur; correxit Mommsen*), filia C. Vaternii Calpurnii Lucretiani, parvula defuncta *V 3118.*

— T. IVLIVS MAXIMVS MA.... BROCCHVS SERVILIANVS A. QVADRON[IVS] L. SERVILIVS VATIA *cet.*
— SERVILIVS VATIA.
— C. MATIVS (*vel* MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIANVS *cet.*

207 *VATINIVS (Οὐατίνιος *Hudson*, Βατίβιος, Βαθύβιος *codices*) vir praetorius, a. 41 conscius coniurationis in Gaium *Ioseph. ant. 19, 1, 13.*

208 Vatinius, sutrinae tabernae alumnus *Tac. a. 15, 34* (sutor *Martial. 14, 96 cf. Iuvenal. 5, 46*), Benevento oriundus *Iuven. 5, 46 (nam hic intellegitur) cf. Tac. l. c.*, corpore detorto *Tac.* (naso ingenti *Martial. 14, 96 cf. Iuven. 5, 47*), scurra Neronis, qui 'optimi cuiusque criminatione eo usque valuit, ut gratia pecunia vi nocendi etiam malos praemineret' *Tac. l. c.* Dictum aliquod scurrile eius refert *Dio 63, 15 (ubi* Οὐατωνι- *traditur).* Avaritia eius *Tac. h. 1, 37.* A. 64 gladiatorium munus edidit Beneventi *(in patria)*, praesente Nerone *Tac. a. 15, 34.* Potentiam eius, 'studiorum quoque sacra profanantem', fregit *(tragoedia ut videtur recitata)* Curiatius Maternus *Tac. dial. 11* (*ubi* vaticinii *traditur pro* Vatinii). Ab eo calicum quoddam genus Vatinii appellati *Iuvenal. 1, 46. 47, Martial. 10, 3, 4. 14, 96.*

— T. I. VCLATIVS SEVERVS *v.* T. Iu(lius) Clatius Severus.

209 Ucromerus (Οὐκρομιρ- *traditur*), princeps Chattorum, pater Ramidis, uxoris Sesithaci Cherusci *Strabo 7, 1, 4 p. 292. Fortasse idem Actumerus princeps Chattorum, socer Flavi Cherusci, cf. supra sub Actumero.*

— ...NIVS GALLVS VECILIVS CRISPINVS MANSVANIVS *cet.*
— Caesonius Vectilianus.

210 Q. VE.... IV[S]TVS *vel* Q. VEI... V[E]TVS cos. (= consularis) *(intellege Germaniae superioris)* a. 225 *t. prope Heidelberg rep., quem ed. Zangemeister Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1889 p. 84 cf. ib. p. 120, Westd. Zeitschr. 1892 p. 316. Cf. etiam infra n. 364.*

211 VEDIVS ANTONINVS vir ordinis senatorii (συγκλητικός), filius M. Cl(audii) P. Vedii Antonini Phaedri Sabiniani συγκλητικοῦ, nepos

M. Cl(audii) P. Vedii Antonini Sabini ἀρχιερέως τῆς Ἀσίας *t. Ephesius apud C. Curtium Herm. 7, 1873 p. 32 n. 4, item* Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς *3, 1, 1880 p. 179. Fortasse idem* Vedius [A]n[t]oninus ὁ κράτιστος, nepos P. Vedii Antonini P. f., tribu Quir. *t. Ephesius, Herm. l. c. p. 32 n. 3 (descr. Gonzenbach). Diversus, fortasse avus eius supra memoratus,* P. Vedius An[ton]inus, scriba publicus (γραμματεύων) Ephesi inter annos 140 et 145 *Greek inscr. in the Brit. Mus. III p. 154 n. 489;* P. Vedius Antoninus, Asiarcha, γραμματεύων Ephesi *Wood disc. at Eph., inscr. from the great theatre n. 3,* de quo Antoninus Pius epistulas complures dedit ad Ephesios *Greek inscr. l. c. p. 156 seq. n. 491–493,* quique statuam posuit L. Commodo imperatoris filio (a. 138—161) *ib. p. 168 n. 505:* merita eius de Ephesiis; Ephesum exornat *ib. n. 491. 492;* alter conditor Ephesi (ὁ κτίστης τῆς Ἐφεσίων πόλεως) *Herm. l. c. p. 31 n. 2. — Incertum quis* P. Vedius Papianus *(fortasse vocabulum non recte exceptum)* ὁ κράτιστος, qui heredem reliquit Dianam Ephesiorum *Wood disc. at Ephesus, inscr. from the city and suburbs (qui t. edidit litteris minusculis et sine versuum distinctione).*

— ... FL(AVIVS) VEDIVS ANTONINVS.

212 VEDIVS AQVILA legatus legionis tertiae decimae Geminae a. 69 *Tac. h. 2, 44. 3, 7.*

213 P. Vedius Pollio. *Tituli: Beneventanus IX 1556 (1); Atheniensis CIAtt. III 579 (2); Iliensis, Schliemann Troja (1884) p. 256 n. VII (3).* P. Veidius Pollio *t. 1 (item* Οὐήιδιος *non* Οὐήδιος *nummi de quibus cf. infra;* Veidianus *servus aliquando eius Bull. comun. 1886 p. 368 n. 1397).* Πόπλιος Οὐήδιος Πωλλίων *t. 2. 3,* Vedius Pollio *Seneca Plin. h. n. 9, 77, Tac. a. 1, 10,* Οὐήδιος Πωλίων *Dio 54, 23,* Polio Vedius *Plin. h. n. 9, 167; gentilicium tantum ponit Tac. a. 12, 60.* Libertini filius (ἐξ ἀπελευθέρων ἐγεγόνει) *Dio 54, 23.* P. f. *t. 1. 2 (Valde similis huius, sed tamen vix hic* P. Vedius, 'magnus nebulo' quem Cicero in Asia vidit a. 704 *Cic. ad. Att. 6, 1, 25).* Eques Romanus *Plin. h. n. 9, 77, Dio l. c. cf. Tac. a. 12, 60.* Amicus Augusti *Plin. l. c. cf. Tac. a. 1, 10.* Potentia eius *Tac. a. 12, 60.* Divitiae eius *Dio l. c.* Augustus apud eum cenat *Seneca de ira 3, 40, 2, Dio l. c.* Luxus eius, propter quem ipse Augustus (utpote amicus eius) male audiebat *Tac. a. 1, 10.* Muraenis, quas ingentes in piscinis alebat *Seneca de ira 3, 40, 2, de clem. 1, 18, Dio l. c. cf. Plin. h. n. 9, 167,* servos, quibus irascebatur, devorandos obiciebat *Seneca l. c., Plin. h. n. 9, 77 (ex hoc puto Tertullian. de pallio 5), Dio l. c. (Zonar. 10, 34).* Beneventi Caesareum aedificavit 'imp. Caesari Augusto et coloniae Beneventanae' *t. 1.* Statua honoratus a populo Atheniensi Athenis in arce *t. 2,* item a senatu populoque Iliensi *t. 3. Non diversus puto* Vedius Pollio, cuius constitutio memoratur *in t. Ephesio III S. 7124 (potest constitutionem, quae videtur pertinuisse ad administrationem rei publicae Ephesiorum,*

*dedisse Ephesiis auctore Augusto post pugnam Actiacam). Item hic puto* Οὐήδιος *vel* Πωλλίων *('*Οηυδιος *Waddington errore typographi puto,* Οὐήδιος Πωλλίων *nummus tantum unus Goltzianus, sed fortasse genuinus), cuius nomen in nummis nescio quorum Caesarensium (Caesarenses Bithyniae esse statuit Eckhel, Trallenses putant plerique) adscriptum ad imaginem, quam Augusti putant Eckhel itemque, sed haesitans Waddington, ipsius Pollionis putat v. Sallet, ap. Eckhel 2, 409, Mionnet II 419, 57, suppl. VII 466, 691. 467, 694, Waddington revue num. 1867 p. 121, v. Sallet Zeitschr. f. Num. 3, 1876, tab. II fig. 7 cf. ib. 4, 1877 p. 198.* Defunctus a. 739 *Dio l. c.* Augusto et alia reliquit *ib.*, et villam cui nomen Pausilypon, haud procul Neapoli sitam *ib.; Plin. h. n. 9, 167.* Augustus domum eius diruit, ne qua memoria eius in urbe extaret *Dio l. c.* Servi aliquando eius, postea Augusti, dicti Vediani (*vel* Veidiani) *VI 10377. 10395 (= I ed. 2 p. 69. XIII v. 30), Bull. com. 1886 p. 368 n. 1397,* liberti Augusti dicti Vediani *VI 1963. 8893 (nescio an item eius aliquando servus* Anteros hypaul. Vedianus *in t. Caesariensi Mauretaniae VIII S. 21098). Ipsius ut videtur libertus:* [Ve]dius Pollioni[s lib.] *III 599 (prope Pellam Macedoniae). Plane incertum utrum ab hoc an a P. Vedio Antonino an ab alio quodam ignoto nomen et civitatem habuerint* P. Vedii, Ephesi *III 437. 440. 442, CIG. 3006.*

214 Vedius Rufus, ex servis oriundus equestrem dignitatem usurpavit 'usque ad tribunatum militum', in quem Horatius scripsit epodon carmen quartum *codices quidam Horatiani ad Hor. epod. 4. Non satis certae fidei narratio, cf. Kiessling ad Horat. l. c. (de Vedio Pollione eo qui praecedit, cogitavit Ritter, male).*

215 VEDVSIA, Tauri soror: *eius liberta* Vedusia Tauri sororis l. Auge, uxor T. Statilii, Tauri l., Diodoti *VI 6214; eiusdem fortasse libertus* Γάιος Οὐεδούσ[ιος] in eodem monumento sepultus *VI 6225 (praeterea Vedusiorum nomen reperiri videtur XI 3991). Soror videtur fuisse, uterina omnino (cf. Mommsen CIL. VI p. 995, 8), nam ex eodem patre si fuisset, liberta eius diceretur* Statilia, *aut T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11 aut filii eius consulis a. p. Chr. 44.*

— L. MARIVS VEGETINVS LVCANVS TIBERENVS.

— L. MARIVS VEGETINVS MARCIANVS MINICIANVS MYRTILIANVS.

216 Vegetus, Senecae amicus *carmen Senecae ut videtur attribuendum (Baehrens Poetae Lat. min. IV p. 72).*

— L. MVMMIVS NIGER QVINTVS VALERIVS VEGETVS SEVERINVS *cet.*

— C. Septimius Vegetus.

— C. Valerius Pius Vegetus.

— Q. VALERIVS VEGETVS.

— L. Iulius Veh[il]ius Gr[atus] Iulianus.

— Q. VEI.. V[E]TVS *v.* Q. Ve.... Iu[s]tus *(n. 210).*

217 Veianius, nobilis gladiator temporibus Horatii vel paullo ante *Hor.*

*epist. 1, 1, 4.* — Veianiolus *adscriptum ad imaginem gladiatoris in lucerna (quam aetate Augusti factam putat Dressel), XV 6247 (= Bull. inst. arch. 1874 p. 146).*

218 Veianius Niger, tribunus (cohortis praetoriae): ei Nero poenam Subrii Flavi mandavit *Tac. a. 15, 67.*

— A. DIDIVS GALLVS FABRICIVS VEIENTO.

219 VELDVMNIANVS consul ord. a. 272 cum Quieto *fasti, cf. supra sub Iunio Veldumniano.*

— IVNIVS VELDVMNIANVS.

— Vibius Veldumnianus.

— IMP. CAESAR C. VIBIVS AFINIVS GALLVS VELDVMNIANVS VOLVSIANVS AVG.

220 Veleda (Velaeda *Tac. plerumque*, Βέληδα *Dionis exc. codices*, Veld- *traditur Stat. silv. 1, 4, 90*), virgo nationis Bructerae, late imperitans *Tac. h. 4, 61*, 'diu apud plerosque numinis loco habita' *Tac. Germ. 8*, 'prosperas Germanis res et excidium legionum (a. 69) praedixerat' *Tac. h. 4, 61.* Nobiles captivi dono ei missi *Tac. l. c.*, item navis praetoria quae in Rheno capta erat *Tac. h. 5, 22.* Petillius Cerialis nuntios ad eam mittit *Tac. h. 5, 24.* Capta a Rutilio Gallico *Stat. l. c.* Post eam similis auctoritatis (θειάζουσα) Ganna virgo *Dio 67, 5.*

221 Velenus, rex Cadusiorum; eius epistula ad Saporem regem Persarum de capto Valeriano *vit. Valer. 2 (fictic.).*

222 Velius Celer, grammaticus ut videtur, qui Hadriano imperatori per epistulam interroganti respondit *Priscianus I p. 547 ed. Hertz.*

223 Velius Cerialis *(gentilicium om.*, Cereal- *pro* Cerial- *plerique codices)*, amicus Plinii, ad quem scripsit *Plin. ep. 4, 21. Fortasse idem* Cerialis, ad quem scripsit *ep. 2, 19.*

224 VELIVS CORNIFICIVS GORDIANVS consul (suff.) mense Sept. a. 275 *vit. Tac. 3 (in actis senatus suspectis).*

225 VELIVS FIDVS, pontifex, Iuventio Celso promagistro pontificum Arrium Alphium quendam commendat, a. 155 *VI 2120.*

226 Velius Longus *(Longi nomen ipse in exemplo posuit de orth. p. 60, 12 ed. Keil)*, grammaticus, Gellio *(non multum ut videtur)* superior *Gellius 18, 9, 4.* Scripta eius citant *Gellius l. c., Charisius, Macrobius sat. 3, 6, 6, alii; cf. Keil Gramm. Lat. VII p. 46 seq., Teuffel Litt. 343, 2. Extat libellus de orthographia, ap. Keil l. c. VII p. 46 seq.*

227 VELIVS PAVLVS proconsul Bithyniae sub Domitiano *Plin. ad Trai. 58, 3. 60. Idem ut videtur* Velius, Domitianum comitatus in bellum Sarmaticum *Martial. 9, 31. Plane incertum num hic* Paulus quem adloquitur *Martialis 5, 4. 6, 12. 7, 72, cf. Friedländer ind. in Mart. s. v.*

228 Velius Rufus senex *(ita puto dictus, ut distingueretur a iuniore aliquo eiusdem nominis, fortasse eo qui sequitur):* ad eum Fronto dedit epistulam *ad am. 1, 11 (p. 181 cf. p. 172 Naber).* 'Homo vehemens, et cum doctrina, tum multo magis natura validus' *Fronto l. c.* —

Digitized by Google

*Idem fortasse* Velius Rufus, quem inter homines fortunae vicissitudinem ut videtur expertos una cum Fabio Catullino, Lusio Lupo, Stertinio memorat *M. Antonin.* εἰς ἑαυτόν *12, 27. (In t. Cretensi ap. Halbherr Mus. Ital. di antichità classica 3, 1890 p. 669 non C. Vellium vel Velium, sed Cn. Suellium Rufum memorari recte puto posuit editor, cf. supra S 692.)*

229 D. VELIVS RVFVS (IVLIANVS?) consul ord. a. 178 cum Ser. Scipione Orfito *(C 1280) fasti.* — Velius Rufus *vit. Comm.; in consulatu* D. Velius Rufus *dipl. mil. (III S. p. 1993) v. 23,* Rufus *plerumque;* Iulianus *VI 2382^b, quod videtur alterum cognomen Rufi fuisse, nisi forte quadratarius erravit et Orfiti collegae falso nomen alterius ex consulibus anno 175 dedit. — Filius fortasse eius qui praecedit.* Interfectus a Commodo circa a. 183 *vit. Comm. 4, 10.*

230 VELIA PVMIDIA MAXIMILLA clarissima femina, uxor Aurelii Propinqui viri clarissimi *sarcophagus Nepesinus VI 1536 = XI 3204.*

231 P. VELLAEVS, a. 21 exercitum Thraciae proximum regebat *Tac. a. 3, 39. Videtur fuisse legatus praetorius provinciae Moesiae, cf. Nipperdey ad Tac. a. 3, 39. 4, 47; Domaszewski mus. Rhen. 45, 1890 p. 3.*

232 VELL(A)EVS TVTOR (*traditur* Velleus) consul cum Marco Silano *Ulpianus Dig. 16, 1, 2, 1;* eis consulibus senatus consultum (senatus consultum Velleianum *Dig. 16, 1, 1 cet., cod. Iust. 4, 29,* Belleianum *Dig. ind. Flor.*) factum, ne feminae pro aliis intercederent, non ante Claudium *Ulpian. Dig. l. c. Videntur igitur intellegi non L. Iunius Silanus et C. Vellaeus Tutor consules a. circiter 27 (id quod voluit Borghesius opp. 5, 205, corruptum iudicans Silani praenomen, et praeterea neglegens mentionem Claudii quam facit Ulpianus), sed M. Iunius Silanus (I 553) consul a. 46 per integrum annum et Vellaeus Tutor aliquis praeterea ignotus collega eius per partem anni, successor puto Q. Sulpicii Camerini; cf. Mommsen Herm. 4, 105 not. 2. Ab eisdem puto consulibus lata* lex Iunia Vellaea *(sic Gai. inst. 2, 134 = Dig. 28, 3, 13,* Iunia Velleia *Iust. inst. 2, 13, 2,* Vellaea *Dig. 28, 2, 29. 28, 3, 3. 28, 6, 2, cod. Iust. 3, 28, 34),* qua institutum ut postumos vel heredes instituere vel exheredare liceret *Gai inst. l. c., cet. — Filium putat Nipperdey (ad Tac. a. 3, 39) aut eius qui praecedit aut eius qui sequitur.*

233 C. VELLAEVS TVTOR consul suff. cum L. Iunio Silano *(supra I 548)* flamine Martiali circa a. 27 *(anno 26 ut puto, cf. supra sub L. Iunio Silano)* mense Dec. *V 4921. 4922 (fortasse ab his consulibus lata lex Iunia Vellaea, de qua cf. sub eo qui praecedit; ceterum nulla causa cur hanc legem non ab iisdem consulibus latam putemus a quibus factum senatus consultum). — Aut huius aut eius qui praecedit libertus (ut coniecit Nipperdey)* C. Vellaeus C. lib. Ursio, pater Tutorinae *IX 351 (Canusii).*

— MAGIVS CELER VELLEIANVS.

234 VELLEIVS BLAESVS locuples consularis, mortuus sub Domitiano;

eius hereditatem captaverat Aquilius Regulus *Plin. ep. 2, 20, 7. 8.* — *Fortasse hic Blaesus, amicus Atedii Melioris (supra B 113).*

234ª C. Velleius Cannutianus *fistula plumbea Capuae rep., X 3937 = 8184.*

235 VELLEIVS MACRINVS legatus consularis (ὁ λαμπρότατος ὑπατικός, πρεσβ. καὶ ἀντιστράτηγος τοῦ Σεβ.) Bithyniae a. 269 *tituli Nicaeni CIG. 3747. 3748. Cf. supra sub C. Sedatio Velleio Prisco Macrino.*

236 Velleius Maximus, procurator ad dioecesin Alexandriae (ὁ κράτιστος διοικητής) a. 248 *papyrus, aeg. Urk. aus d. k. Mus. zu Berlin fasc. I n. 8 cf. Viereck Herm. 27 p. 526.*

237 C. VELLEIVS PATERCVLVS. — C. Velleius Paterculus *editio princeps, ex codice sine dubio unico Murbacensi (in apographo codicis Amerbachiano praenomen omittitur), item t. Africanus VIII 10311, sed fortasse non huius;* M. Velleius Paterculus *Priscian. lib. VI, I p. 248 Hertz;* Paterculus *schol. Lucan. 8, 663. 9, 178.* — Oriundus a Decio Magio Campanorum principe, et ab huius nepote Minatio Magio Aeclanensi, qui bello sociali Romanorum partes adiuvit *ipse 2, 16, 2.* Nepos C. Vellei, praefecti fabrum Cn. Pompei Marcique Bruti ac Ti. Neronis (mariti Liviae); qui a. 713 cum Ti. Neronem Campania excedentem sequi non posset, se ipse gladio transfixit *2, 76, 1.* Capua oriundum se esse significat *1, 7 cf. 2, 81. (Alii C. Vellei Capuae X 3924. 3937).* Patruus eius Capito, vir ordinis senatorii, a. 711 M. Agrippae subscripsit in C. Cassium *2, 69, 5.* Pater eius praefectus equitum in Germania *2, 105, 3.* Frater eius Magius Celer Velleianus *2, 115, 1.* Ipse tribunus militum, primo in Thracia Macedoniaque sub legatis P. Vinicio et P. Silio, 'mox Achaia Asiaque et omnibus ad Orientem visis provinciis et ore atque utroque maris Pontici latere', adfuit *(a. 754 = p. Chr. 1),* cum C. Caesar cum rege Parthorum in insula amnis Euphratis congrederetur *2, 101.* Post tribunatum praefectus equitum, Ti. Caesarem comitatur in Germaniam a. 757 *2, 104,* successor officii patris sui *ib.*, ac deinde per annos continuos novem *(sic ed. princ.,* VIII *apogr. Amerb.)* sub Tiberio stipendia fecit *ib.* Quaestor designatus *2, 111,* rebellione Pannoniorum exorta (a. 759) partem exercitus duxit ad Tiberium *ib.* Quaestor *(a. 760) ib.*, eodemque tempore, remissa sorte provinciae, legatus Augusti, rursus mittitur ad Tiberium *ib.; cf. 2, 104, 3.* A Tiberio hibernis praefectus *2, 113, 3.* Donis militaribus donatus triumphum Tiberii comitatur *2, 121, 4.* A. 14 inter candidatos Caesaris, praetor designatur *c. 124, 4 (praetor igitur a. 15). Postea, certe usque ad a. 30, teste ipsius silentio, neque ullo officio a Tiberio principe neque sacerdotio honoratus.* Historiae scribendae operam dedit: 'iustis voluminibus' et initia belli civilis *2, 48, 6,* et Tiberii res gestas explicare in animo habet *2, 96, 3. 99, 2. 103, 3. 114, 4. 119, 1.* Scripsit compendium historiae Romanae voluminibus duobus, dedicavitque M. Vinicio consuli (a. p. Chr. 30) *1, 13, 5 cet. (ante consulatum Seiani opus*

*editum esse apparet ex 2, 127. 128). — Vix hic (quod coniecit Lipsius)* Villeius *(sic traditur),* artifex in adulando, Senecae temporibus vel paullo ante *Seneca nat. q. 4 praef. 5, cf. infra sub L. Vitellio.*

238 C. VELLEIVS PATERCVLVS legatus Aug. legionis III Augustae *miliarius Africanus VIII 10311. Legatum fuisse statuit Mommsen (ad t.) post annum 37 p. Chr., quo anno Gaius Caesar legionem tertiam Augustam cum parte provinciae proconsuli ademit, nam antea in miliariis Africanis non legati, sed proconsulis nomen inscriptum esse putandum est (Renierius cogitaverat de tempore anteriore, cum ad legati vocabulum non adiectum sit pro praetore). Vix intellegitur is qui praecedit, qui praetor fuit viginti duobus annis ante a. 37, praeterea post praeturam certe usque ad annum 30 nullo honore functus est.*

239 L. VELLEIVS PATERCVLVS consul suffectus a. p. Chr. 60 *dipl. mil. (III p. 845),* cum Cn. Pedanio Salinatore *dipl. mil., amphora Pompeiana Notizie degli scavi 1895 p. 213, tessera gladiatoria CIL. I p. 201 n. 776ᵇ,* mense Iul. *dipl. mil.,* kal. Aug. *tessera,* deinde ut videtur cum Vopisco quodam *Seneca nat. quaest. 7, 28, 2 (tria nomina exhibet dipl. mil.,* [L.] Vellei[us] *amphora,* Paterculus *Senec.,* Paterc. *tessera). Fortasse filius C. Velleii Paterculi praetoris a. 15.*

— C. Sedatius Velleius Priscus Macrinus.

240 VELLE(I)VS RVFVS consul cum Octavio Scapula *Dig. 38, 4, 1. Suillius potius Rufus, cf. supra sub P. Suillio Rufo (S 700).*

241 Vellocatus, a Cartimandua, regina Brigantum, in locum Venutii, cuius armiger fuerat, in matrimonium regnumque receptus a. 69 *Tac. h. 3, 45.*

— Claudius Venacus.

— ACCIA HEVRESIS VENANTIVM.

242 Venator, Plinii iunioris amicus *Plin. ep. 9, 20.*

243 Venerianus: eo duce Gothi navali bello superati, temporibus Gallieni *vit. Gall. 13, 7.*

— Paulus Venetus.

244 VENIDIVS QVIETVS praetor tutelarius ut videtur temporibus Severi, successor Aetrii Severi *Ulpianus libro undecimo ad edictum (Dig. 4, 4, 11, 2).*

245 Q. VENIDIVS RVFVS MARIVS MAXIM(VS) L. CALVINIANVS. *Tituli: in Germania inferiore rep., Brambach 2 (1). 7 (2). 516 (3). Miliarii prope Sidonem rep. III 205 (4), prope Palmyram rep. III S. 6723 (5). 6725 (6). Memoratur in actis ludorum saecularium Severianorum fr. II v. 10 cf. fr. VIII a v. 1, Eph. ep. 8 p. 282. 290.* Q. Venidius Ruf. Mariu[s] Maxim. L. Calvinianu[s] *in t. 3 legit Brambach, confirmavitque Zangemeister, nisi quod* L. *alterum praenomen non agnovit;* Q. Venidius Rufus *t. 4,* Q. Venidius Ruf... *t. 2,* .. [V]enidius Ru.. *t. 1,* Venidius Rufus *act. saec., Dig. 50, 6, 3;* Venti ..fius Rufus *lectum est t. 5,* Ventidius Rupus *t. 6.*

Legatus legionis primae Minerviae *t. 3.* Legatus Aug. (*sic potius quam* Augg.) provinciae Ciliciae *t. 3 (recognovit Zangemeister)*; *Ulpianus libro quarto de officio proconsulis Dig. 50, 6, 3 [2, 1]. (Consul. suff. a. inc.).* Legatus Augustorum duorum pro pr. praeses provinciae Syriae Phoenices *(sic t. 4)* a. 198 *t. 4. 5. 6.* Quindecimvir sacris faciundis; a. 204 Romae adfuit sacris saecularibus *act. lud. saec. fr. II v. 10.* Eodem tempore curator alvei Tiberis *ib. cf. fr. VIII a v. 1.* Legatus provinciae Germaniae inferioris *(ita sine dubio intellegendum, quamquam legati vocabulum deest) t. 1. 2 (etiam in t. 3 Germanicae legationis mentionem repperisse sibi visus erat Branbach, sed minus recte, ut putat Zangemeister),* anno 205 *t. 1* (imperantibus Severo et Caracalla *t. 2*).

— P. METILIVS TERTVLLINVS VENNONIANVS.

246 T. Vennonius Aebutianus, T. f., tribu Stell.; eques Romanus, patronus coloniae Taurinensis (*pro* Taur. *traditur* Laur.) *t. suburbanus VI 1635 = XI 3940.* Uxor eius Munia Celerina, filii Vennonii Pius et Celer *XI 3940. 3941. De Aebutiano praefecto praetorii Commodi cogitavit Hirschfeld Verw. p. 228.*

247 Vennonius Celer, filius eius qui praecedit *XI 3941.*

248 Vennonius Pius, frater eius qui praecedit *XI 3941.*

249 Ventidius, homo lautus *Iuvenal. 11, 22.*

250 Ventidius Cumanus (Ventidius ..... *et deinde* Cumanus *Taciti codex, Iosephus cognomen tantum posuit*).

Procurator Iudaeae, Ti. (Iulio) Alexandro successit *Ioseph. bell. 2, 12, 1, ant. 20, 5, 2,* anno Claudii octavo (p. Chr. 48) *ant. l. c.* (pars tantum provinciae ipsi parebat, reliqua pars Felici *Tac. a. 12, 54; cf. Rohden de Palaestina prov. p. 35*). Quae Iudaeis, eo provinciam regente, acciderint *Ioseph. bell. 2, 12, 1 seq., ant. 20, 5, 3. 4 (inde Eusebius chron. vers. Arm. ad a. 2062, Hieronym. chron. ad a. 2064, Orosius 7, 6, 14, Syncellus p. 630).* Sub eo Iudaei et Samaritani ad arma venerunt, non sine culpa ipsius *Ioseph. bell. 2, 12, 3 seq., ant. 20, 6 (inde Zonar. 6, 15); Tac. a. 12, 54.* Ab Ummidio Quadrato Syriae praeside, cui Claudius ius statuendi etiam de procuratoribus dederat, damnatus, a. 52 *Tac. l. c.*; a Quadrato Romam missus, a Claudio poena exilii affectus est *Iosephus bell. 2, 12, 6. 7, ant. 20, 6, 2. 3.*

251 Venuleius, cui Martialis per Rufum quendam libellos suos commendat *Martial. 4, 82. Fortasse L. Venuleius Montanus Apronianus, cf. infra.*

252 L. VENVLEIVS APRONIANVS consul ord. a. 123 cum Q. Articuleio Paetino *fasti (tria nomina plene VI 154,* L. Venuleius Apron. *XV 478,* Ven. Apro. *XV 848, praeterea cognomen tantum). Idem videtur* Apronianus (Ἀπρονιανός) proconsul Asiae sub Antonino Pio *nummus Smyrnaeus quem ed. Waddington fastes n. 136 (= Mionnet III 230, 1292,*

*suppl. VI 342, 1701, cf. Mionnet III 231, 1293, suppl. VI 342, 1702), quem nummum a. 138 cusum esse putat Waddington l. c. propterea quod* Τι. Αἴλιος Ἀντωνεῖνος, *non* Ἀδριανὸς Ἀντωνεῖνος *appellatur imperator; ita ut Apronianus proconsul fuerit a. 138/9.*

— C. NOVIVS RVSTICVS VENVL(EIVS) APRONIANVS.

253 L. VENVLEIVS APRONIANVS OCTAVIVS ... consul iterum ord. a. 168. *Tituli Pisani XI 1432 (1). 1433 (2) mutili ambo, hic etiam acephalus. — In consulatu anni 168* L. Venuleius Apronianus *VI 859. VIII 6979. IX 3950. XIV 2793, praeterea cognomen tantum. In t. 1, quem huius esse demonstrat consulatus iteratus (cf. infra) superest* Apronianus Octavius *(deinde potest aliud nomen periisse), plane periit nomen in t. 2 (quem ad hunc rettulit Bormann propter munera ex parte eadem quae in t. 1, item propter Venu[leiae] nomen titulo primario subiectum).*

*Fortasse filius L. Venuleii Aproniani eius qui praecedit.* Origine Pisanus *t. 1.* [IIIvir a. a.] a. f. f. *t. 1.* Praef. urb. feriar. [Latinar.] *t. 1.* [Au]g(ur) *t. 2.* Q(uaestor) *t. 2.* [Tribunus plebis vel aedilis]. [Pr]aet(or) *t. 1.* Legatus legionis primae Italicae *t. 1 cf. t. 2.* Consul (suff. a. inc.). Legatus Aug. pro pr. provinciae Hispaniae citerioris *t. 1 cf. t. 2 (ante alterum consulatum puto, quamquam t. 1 etiam contrarium admittit).* Consul II *t. 1,* consul II ord. a. 168 cum L. Sergio Paullo II *fasti.* Sodalis Hadrianalis *t. 2,* sodalis Antoninianus Verianus *t. 1.* — Praetor Etruriae V (= quinquies?) Pisis *t. 1.* Thermas Pisis extruxit *t. 2.* Venu[leia filia?] *t. 2.* — *Ad hunc et patrem eius vel potius fratrem maiorem videtur pertinere fistula rep. in agro Lucensi inscripta* L. L. Venuleior. Mont. et Apron. *XI 1433ª. Item fortasse frater maior et hic* L. Venuleius .... et L. Venuleius .... Apron[ianus], qui Bonae [deae?] sacrum ut videtur fecerunt cum uxoribus *XI 1735 (in agro ut videtur Pisano).* Uxor eius Celerina *ib. Stemma potest fuisse hoc:*

L. Venuleius Montanus Apronianus
cos. a. 92
|
L. Venuleius Apronianus
cos. a. 123
|
Laetilia ⌣ L. Venuleius Montanus — L. Venuleius Apronianus Octavius .... ⌣ Celerina.
cos. II a. 168.

254 L. Venuleius Mont(anus), frater ut videtur maior L. Venuleii Aproniani *fistula rep. in agro Lucensi XI 1433ª. Idem fortasse* L. Venuleius ...., maritus Laetiliae *XI 1735. Cf. sub eo qui praecedit.*

255 L. VENVLEIVS MONTANVS APRONIANVS consul suff. a. 92. *Quattuor nomina in actis Arv. a. 89 (VI 2066), itemque* L. Venuleius Monta[nus] .... *act. Arv. a. 91 (VI 2068 II 34),* ..... Montanus Aproniánu[s], .... [Mo]ntanus Apronianus *act. Arv. annorum inc. (VI 2071 II 12, 2070 v. 10);* L. Venuleius Apronianus *act. Arv. a. 80. 86. 87. 90* (L. [*non* A., *ut errore impressum est*] Vennuleius Apronanus

Digitized by Google

*VI 2059 v. 28 cf. Huelsen Bull. commn. 1894 p. 313*). *In consulatu* L. Venuleius A.... *XIV 245*, L. Venu.... *act. Arv. (VI 2068 II 36)*, ..[Ve]nuleius.... *VI 3737*. Frater Arvalis; magister collegii a. 80, adest in collegio a. 86. 87. 89. 90. 91 (aliisque *VI 2069 v. 6. 2070. 2071*), flamen factus a. 90 *act. Arv. (Perperam Waddington fastes n. 136 distinguit L. Venuleium Apronianum fratrem Arvalem a. 80. 86. 87. 90, consulem a. 92, et L. Venuleium Montanum Apronianum fratrem Arvalem a. 89. 91)*. Consul suff. a. 92 ex idib. Ian. ad k. Mai. cum Q. Volusio Saturnino *fasti Ostienses (XIV 245), act. Arv., cf. VI 3737. Fortasse pater L. Venuleii Aproniani consulis a. 123. Hic fortasse* Venuleius, cui Martialis libellos suos per Rufum quendam commendavit *Martial. 4, 82*.

256 Venuleius Saturninus *(sic Dig. 1, 16, 11; 42, 8, 11; 47, 15, 5; 48, 2, 12. 3, 5, 9. 4, 6. 8, 6. 11, 4. 6. 13, 9. 19, 15; 49, 3. 2*, Venuleius *Dig. passim*, Saturninus *Dig. 40, 14, 2)*, auctor iuris, cuius scripta adhibita in Digestis *Dig. ind. Flor. et in contextu passim. (In indice Digestorum inter libros eius numeratur liber singularis de poenis paganorum, qui Dig. 48, 19, 16 tribuitur Claudio Saturnino). Incertum an hic* Quintus Saturninus, cuius libros ad edictum *(non adhibitos in Digestis)* citat Ulpianus *Dig. 34, 2, 19, 7*, quemque idem praeterea citat *Dig. 12, 2, 13, 5*, Saturninus *Dig. 1, 9, 1, 1* (Saturninus, quem citant idem *Dig. 47, 14, 1, 4. 47, 18, 1 pr.*, et Modestinus *Dig. 48, 3, 14, 7, vix diversus est a Venuleio). Unum eundemque esse Q. Claudium Venuleium Saturninum putat Lenel, qui reliquias composuit Paling. iur. civ. II 1207 seq.*

257 VENV[LEIA] ...., filia ut videtur L. Venuleii Aproniani consulis iterum a. 168 *(sic Bormann supplevit; sed potest in t. fuisse etiam* cum Venu[leiis], *deinde secuta esse filiorum complurium cognomina) t. Pisanus XI 1433.*

— FLAVIA VENVSTA.

258 ....VS VENVSTVS legatus Aug. pro pr. exercitus Africani a. 166 *VIII 4195*. Consul designatus *ib. Videtur igitur consul fuisse a. 166 vel 167. (Possis conicere, cum per partem certe anni 166 exercitus Africanus fuerit sub P. Caelio Optato, Venustum non diversum fuisse ab Optato, scilicet dictum P. Caelium Optatum Venustum).*

259 VENVSTVS consul ord. a. 240 cum Sabino II *fasti.*

260 Venustus, ad quem scripsit Gallienus epistulam, ut Claudius placaretur *vit. Gallien. 17 (fictic.)*.

261 Venustus, Augustorum lib., procurator (aquarum ut videtur) temporibus Septimii Severi *fistula aquaria Ostiensis XIV 1981.*

— Valerius Venustus.

262 Venutius *(sic Tac. ann.*, Venusius *traditur Tac. h.)*, e Brigantum civitate, 'post captum Caratacum praecipuus scientia rei militaris' inter Britannos, maritus Cartimanduae reginae, primum fidus Romanis,

Digitized by Google

postea cum Cartimandua Vellocatum in matrimonium regnumque recepisset, auctor seditionum *Tac. a. 12, 40, h. 3, 45.*

263 VERA T. Caunii Prisci legati pro pr. Africae uxor *VIII 2588 cf. 2583.*

— ARRIA PLARIA VERA PRISCILLA.

— Veturia Vera.

— MARC(IVS) VERACILIVS VERVS.

264 Veranius (Veratius *vel* Veracius *traditur Macrob. sat. 3, 6, 14*) qui scripsit pontificalium quaestionum libros *Macrob. sat. 3, 5, 6* (quorum unnm ut videtur de supplicationibus *ib. 3, 6, 14;* de verbis pontificalibus *ib. 3, 20, 2*) aliaque huius generis *Festus p. 289 alibi. Fortasse Augusto antiquior, certe non recentior. Cf. Teuffel Lit. 199, 4. Eundem esse Veranium Flaccum infra n. 267 coniecit O. Hirschfeld Wiener Studien 3, 1881 p. 110 (qui etiam apud Macrobium sat. 1, 15, 21 Veranii Flacci nomen reponendum esse censet), de eo qui sequitur cogitavit Huebner eph. ep. 2 p. 73.*

265 Q. VERANIVS Germanicum comitatur in Orientem *Tac. a. 3, 10.* Eum a. 18 Cappadoces, in formam provinciae redacti, legatum accepere *ib. 2, 56 (non diu videtur mansisse in Cappadocia, quam deinde a procuratoribus rectam esse scimus).* Defuncto Germanico Pisonem accusat *ib. 2, 74. 3, 10. 13.* Damnato Pisone sacerdotio exornatus *ib. 3, 19.*

266 Q. VERANIVS consul ord. a. 49. *Tituli urbanus VI 31723 = Bull. dell' Inst. 1885 p. 10 (1), Lycii, Sidymensis, Reisen im südwestlichen Kleinasien I p. 62 (2), Cibyraticus ib. II p. 189 n. 251 (3).* Q. Veranius *t. 1,* Κό[ιν]τος Οὐηρ[άνι]ος *t. 3,* Κό[ιντος Οὐηράν]ιος *t. 2,* Veranius *Tac. a. 14, 29, Agr. 14,* Οὐηιράνιος, Οὐράνιος *Ioseph. ant. 19, 3, 4 codices; in consulatu* Q. Veranius *plerumque (sine causa a nonnullis dictus* Q. Veranius Nepos). — *Vix is qui praecedit, vix enim is qui a. 18 Cappadociam regendam suscepit, quamvis adolescens fuerit, quadraginta annis postea missus est in Britanniam provinciam longinquam et bellicosam.* A. 41 tribunus plebis, Claudio mandata senatus perfert *Ioseph. ant. 19, 3, 4.* — Legatus pro pr. Lyciae, sub Claudio *t. 2. 3 (fortasse primus post Lyciam provinciam factam, cf. Hirschfeld ad t. 2). Ab eo ut videtur appellati (ipsi vel patres eorum civitatem per eum nacti) multi Veranii et Q. Veranii in Lycia, cf. Reisen im südwestl. Kleinasien I p. 65 n. 35, p. 93 n. 80, II p. 190 XIIa, p. 114 XVIIId, p. 186 n. 242 = Waddington n. 1213, Serta Harteliana p. 1, CIG. 4224[d]). Item ad hunc videtur pertinere nummus Cibyraticus, quem edidit Loebbecke Zeitschrift für Numismatik 15, 1887 p. 51.* — Consul *t. 1,* ord. a. 49 cum Pompeio Longo Gallo *fasti.* Legatus pro pr. Britanniae, successor Didii *Tac. a. 14, 29, Agr. 14;* 'modicis excursibus Siluras populatus, quin ultra bellum proferret, morte prohibitus est' *Tac. a. 14, 29,* 'intra annum extinctus'

*Tac. Agr. 14;* successit ei Suetonius Paullinus *ib. Videtur Britanniae praepositus esse a. 58/9, cum successor eius Britanniam rexerit per tres annos usque ad a. 61.* — Augur *t. 1.* — Pater Veraniae Geminae Pisonis *t. 1.*

267 Veranius Flaccus, scriptor, qui priscis vel reconditis verbis usus esse videtur *Suet. Aug. 86. Cf. supra sub Veranio (n. 264).*

268 VERANIA GEMINA *(sic t. urbanus,* Verania *Tac. Plin.,* Οὐρανίου *vel* Οὐχρανίου *pro* Οὐηρανία *traditur vel certe olim edebatur ap. Plut.),* Q. Verani consulis, auguris *(supra n. 266)* filia *t. urbanus,* L. Calpurnii Pisonis Frugi Liciniani (eius quem Galba adoptavit *Plin.*) uxor *t. urbanus VI 31723 = Dessau inscr. sel. 240, Tac. h. 1, 47, Plut. Galb. 28, Plin. ep. 2, 20, 1.* A. 69 mariti occisi caput composuit *Tac. l. c., Plut. l. c.* Aegrotae eius hereditatem captabat Aquilius Regulus *Plin. l. c.* Sepulta una cum marito *t. urbanus.*

— M. SEIVS VERANVS.

— Pescennius Veratianus.

269 L. VERATIVS QVADRATVS *(sic act. Arv. passim, semel praenomen* T. *pro* L., *VI 2059, 5),* frater Arvalis certe inde ab anno 77, promagister a. 78 et a. 86, flamen nominatus a. 78 et a. 89, adest in collegio praeterea a. incerto Vespasiani, a. 80. 81. 87. 90, item a. incerto Domitiani, magister iterum a. 91 *act. Arv. (Collega Plotii Grypi in consulatu mense Apr. 88, qui memoratur act. Arv. VI 2065ᵇ v. 65, non hic videtur fuisse sed L. Minucius Rufus).*

270 Verax, sorore Civilis genitus, a. 70 castra Romana adortus funditur *Tac. h. 5, 20, 21.*

— C. Iulius Vercondaridubnus.

271 Verconius Turinus *(sic c. 35,* Turinus *saepius c. 36, semel* Turrinus; Thrurinus *traditur c. 67),* a Severo Alexandro, quod fumum vendidisset, fumo necatus *vit. Alex. 35. 36. 67.*

— Aur(elius) Verecundus.

272 M. VERG .... proconsul (Cypri), imperante Augusto *nummus Cyprius, quem possedit Borghesius (cf. opp. 2, 22). Titulum Vergilii alicuius de plebe VI 9531 minus recte huc rettulit Borghesius (opp. l. c.).*

273 ...... VERGILIA[NVS] ..... [X]vir stlitibus iudicandis .... *fragmentum Velitris semel descriptum X 6570.*

— Caecilius Virgilianus.

— IVNCVS VERGILIANVS.

— M. PEDO VERGILIANVS.

— Atilius Vergilio.

274 Vergilius, ad quem Horatius dedit *carmen 4, 12.* 'Iuvenum nobilium cliens' *ib. v. 15.* Lucri studiosus *v. 25. Omnino diversus a Vergilio poeta, iam defuncto cum Horatius quartum carminum librum ederet* (negotiator *schol. Acr.; sed Porphyrio videtur cogitavisse de poeta). Ad eundem, non ad poetam nonnulli putant datum Horatii carmen 1, 3*

*(cf. Ribbeck de vit. et scriptis Vergilii, in ed. Verg. minore, p. XXVIII not. 3 fin.).*

275 Vergilius, tragoedus, temporibus Neronis: eius servus Glyco tragoedus *schol. Pith. ad Pers. sat. 5, 9.*

276 Cn. Vergilius Capito (Cn. Vergil[ius] Capito *t. 1*, Γναῖος Οὐ[εργί]λιος Καπίτων *t. 2*), praefectus Aegypti *III 6024 (1); CIGr. 4956 (2)*, a. 47/8 *t. 1 (successor ut videtur C. Iulii Postumi)*, kal. Febr. a. 49 *t. 2. Huius ut videtur* Vergilii *(sine causa editur* Verginii) Capitonis servus, a. 69 Tarracinam a Flavianis occupatam L. Vitellio prodidit; a Vitellio anulis donatus, interfecto Vitellio cruci affixus est *Tac. h. 3, 77. 4, 3.*

277 (Vergilius) Flaccus, frater Maronis *Donatus vit. Verg. (Suet. ed. Reifferscheid p. 58).*

278 M. Vergilius Gallus Lusius, M. f. *(fortasse, antequam a M. Vergilio adoptaretur, dictus* A. Lusius Gallus, *ut filius, cf. infra, nomen patris antiquum retinuerit)*, tribu Ter. *(origine Venafranus)*; primipilus legionis XI, praefectus cohortis Ubiorum, donatus donis militaribus a divo Augusto et a Ti. Caesare Augusto, praefectus fabrum ter, tribunus militum cohortis primae [praetoriae *inserendum putat Mommsen*], idio[lo]gus ad Aegyptum; Venafri duovir iterum et pontifex *t. Venafranus X 4862.* Filia: Lusia M. f. Paullina; gener: Sex Vettulenus Cerialis *ib.* Filius *(vix privignus)* A. Lusius A. f. Ter. Gallus *ib.*

— P. Fulcinius Vergilius Marcellus *(v. add.).*

279 P. Vergilius Maro. *Vita praefixa commentario Donati ad Vergilii bucolica, quam post Danielem ed. Reifferscheid Suet. reliq. p. 54 seq., item Hagen Jahrb. f. class. Phil. Suppl. IV p. 734 seq.; eadem fere vita in versus redacta a Phoca grammatico ap. Reiff. l. c. p. 68 seq. Praeterea de vita Vergilii praefatus est Probus qui dicitur commentario in Vergilii bucolica et georgica, ed. Keil p. 1 seq., quae repetivit Reifferscheid l. c. p. 52 seq., item Servius commentario ad Aeneidem. Denique breviarium quoddam vitae Vergilii ex codicibus potissimum Bernensibus post C. W. Müllerum ediderunt Reifferscheid l. c. p. 52/3 not. et Hagen l. c. p. 745 (vit. Bernensis).* Mantuanus *ipse georg. 3, 10 seq. Ovid. am. 3, 15, 7, Martial. 1, 61, 2, alii*, natus prope Mantuam in pago qui dicitur Andes *Donatus p. 54 Reiff., Probus p. 52, Hieronymus ad a. Abr. 1947*, id. Octobr. a. 684 *Donatus, Probus, Hieron.; Phleg. Ol. ap. Photium cod. 97 (fr. 12 ap. Müller fr. h. Gr. III p. 606); diem natalem firmat Martial. 12, 67, 3 (ad diem praecedentem adscripsit Polemius Silvius in fastis).* De parentibus eius *Donat. l. c., Probus l. c.* Initia aetatis Cremonae egit *Donatus p. 55 R.* (Cremonae studiis eruditur *Hieronymus ad a. 1959*). Togam virilem sumpsit a. 699 *Donatus l. c.* Sumpta toga Mediolanum transgreditur et paullo post in urbem *Donatus l. c.; Hieronym. ad a. 1963.* Ut primum se contulit Romam, studuit apud Epidium oratorem cum Caesare

Augusto *(nato a. 691) vit. Bernensis, vix recte.* 'Summis eloquentiae doctoribus' vacavit *Probus l. c.* 'Inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit' *Donatus p. 58.* In philosophia magister eius Siro Epicureus *Serv. ad Aen. 6, 264; Phocas v. 60.* Egit et causam apud iudices unam omnino nec amplius quam semel *Donat. p. 58.* Poeticam puer adhuc auspicatus est *Donat. l. c.* De carminibus qnae adulescens *(ante bucolica)* scripserit *Donat. ib.* Incidit in belli civilis tempora, quod Augustus adversus Antonium gessit, primumque post Mutinense bellum veteranis ... *(exciderunt quaedam) Probus p. 53.* In distributione agrorum, qui post Philippensem victoriam veteranis triumvirorum trans Padum dividebantur *Donat. p. 59* (ortis bellis civilibus inter Antonium et Augustum, cum Augustus victor eorum agros qui pro Antonio senserant militibus daret *Servius praef. ad Aen. p. 2 = Ps.-Serv. ad buc. 9, 28;* cum omnibus Mantuanis agri auferrentur, quod Antonianis partibus favissent *vit. Bernensis*), indemnem eum praestiterunt Asinius Pollio, Alfenus Varus, Cornelius Gallus *Donat. l. c.;* restitutus beneficio Alfeni Vari, Asinii Pollionis, Cornelii Galli *Probus p. 53. (Indemnem se remansisse in distributione agrorum significat ipse ecl. 1, sed frustra protectionem potentiorum se implorasse indicat ecl. 9).* Adversus veterani cuiusdam violentiam, a qua in altercatione litis paene occisus est, Maecenas ei opem tulit *Donat. l. c. (discrimen vitae se adiisse significat ipse ecl. 9, 16; plura de ea re Donatus praef. ad buc. p. 743 ed. Hagen Servius ad buc. p. 2 ed. Thilo, et ad ecl. 9, 1).* Maxime ut Pollionem, Varum, Gallum celebraret, scripsit bucolica *Donat. p. 59* (Pollionem celebrat *ecl. 4, 3. 11 seq., 8, 6 seq.,* Varum *6, 7 seq. 9, 26*). Scripsit *(vel potius scribere coepit)* bucolica annos XXVIII natus, i. e. a. 712 *Probus p. 53 et comm. ad buc. p. 7 Keil, ubi citatur Asconius Pedianus; Serv. procem. ad buc. p. 3 ed. Thilo* (eclogam quartam Pollione consule vel certe consulatum inituro, i. e. a. 714 vel a. 713 exeunte *buc. 4, 3. 11. 12,* octavam post victoriam, ante triumphum Pollionis de Dalmatis, i. e. a. 715 *ib. 8, 6. 14*), perfecit triennio *Donat. p. 60.* Deinde scripsit georgica (cum Caesar in Oriente moraretur i. e. a. 724 *georg. 2, 170. 4, 561,* Neapoli constitutus *4, 564*), quae perfecit annis septem *Donat. p. 60, Servius praef. ad Aen. p. 2 Thilo,* dedicavitque Maecenati *georg. 1, 2. 4, 2 cf. Donatus p. 59;* eadem legit Augusto reverso post Actiacam victoriam et Atellae commoranti (a. 725) *Donat. p. 61.* Laudes Cornelii Galli, quas quarto georgicon libro inseruerat, delevit iussu Augusti *Serv. ad ecl. 10, 1, georg. 4, 1 (sed dubitat Klebs).* Novissime Aeneida inchoavit *Donat. p. 59,* scripsitque annis undecim *(a. 724—735) Servius praef. ad Aen. p. 2, Donat. p. 60;* eam nondum editam celebrat *Propert. 2, 34, 61 cf. Donat. p. 61.* Eius aliqua particula ut sibi mitteretur, Augustus absens expeditione Cantabrica (a. 729) frustra ut videtur oravit *ib. p. 61; cf. Macr. sat.*

Digitized by Google

*1, 24, 11.* Postea (defuncto Marcello, i. e. post a. 731) Augusto et Octaviae recitavit libros secundum qnartum sextum *Donat. p. 62.* A. 735 iter ingressus in Graeciam Asiamque, cum Athenis Augusto occurrisset, destinavit una cum eo redire, sed rediens decessit ex morbo Brundisii d. 21 Sept. *Donat. p. 62. 63; cf. Probus p. 53; Hieronymus ad a. Abr. 1999.* Quos heredes instituerit *Donat. p. 63 cf. Probus l. c.* Possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum *Donat. p. 57* (ab Augusto usque ad sestertium centies honestatus est *Probus p. 53*). Domum habuit Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatianos *Donat. p. 57.* Sepultus prope Neapolim *Donat. p. 63, Probus p. 53, Hieronymus l. c., Plin. ep. 3, 7, 8.* Dignitate eques Romanus *vit. Bernensis. Cf. Ribbeckii de vita et scriptis P. Vergilii Maronis narratio (in editione Vergilii minore, Lips. 1889).*

280 A. VERGILIVS MAXIMVS *(tria nomina extant III S. 6919,* An.... Maximus *traditur 12196),* legatus Cappadociae sub Gallo et Volusiano *miliarii Cappadocici III S. 6919. 12196.*

281 Vergilius Romanus, scriptor mimiamborum et comoediarum, quem recitantem audivit Plinius *Plin. ep. 6, 21.*

282 (Vergilius) Silo, frater Maronis, in pueritia defunctus *Donatus vit. Verg. (Suet. ed. Reifferscheid p. 58).*

— Verginius Capito *v.* Cn. Vergilius Capito.

283 Verginius Flavus *(sic vit. Persii, Suet.,* Verginius .... *Tac.,* Flavus Verginius *Quint. 11, 3, 126,* Flavus *Quint. 7, 4. 40, praeterea* Verginius), rhetor ('studia iuvenum eloquentia fovebat' *Tac. a. 15, 71*); de eo egerat Suetonius *de rhet., teste indice (Suet. ed. Reifferscheid p. 99).* Apud eum studuit Persius Romae ab anno aetatis suae XII ad XVI (p. Chr. 46—50) *vita Persii de commentario Probi sublata (ap. Reifferscheid Suet. p. 73).* Scripsit de arte rhetorica *Quint. 3, 1, 21,* in usum scholae tantum *ib. 7, 4, 40; cf. ib. 3, 6, 45. 4, 1, 23. 7, 4, 24.* Dictum eius in quendam suum antisophisten *ib. 11, 3, 126.* — A. 65, detecta coniuratione Pisoniana, in exilium pulsus *Tac. a. 15, 71.*

284 L. VERGINIVS RVFVS. *T. rep. in regione dicta Brianza inter Mediolanium et lacum Larium V 5702.* L. Verginius Rufus *V 5702, item in mentionibus consulatus primi VI 397* (L. Verginius *Notizie 1891 p. 265*) *et alterius act. Arv. a. 69, praeterea* Verginius *vel* Verginius Rufus *vel* Rufus.

Oriundus ex municipio finitimo Comensi *Plin. ep. 2, 1, 8 (fortasse Mediolanio, cum t. supra laudatus, positus a servo eius, rep. sit pari fere intervallo inter Mediolanium et Comum; et reperiuntur Mediolanii complures L. Verginii, V 5899. 6120; cf. praeterea V 6118).* Equestri familia *Tac. h. 1, 52.* Natus a. p. Chr. 14/5 (quippe mortuus a. 97 tres et octoginta annos natus) *Plin. ep. 2, 1, 4.* Consul ord. a. 63 cum C. Memmio Regulo *fasti.* Legatus Germaniae (superioris) *Plut. Galb. 6, Dio 63, 24 (superioris provinciae legatum eum fuisse et ex*

*aliis rebus colligitur, et inde quod successor eius Hordeonius Flaccus superiorem provinciam rexit).* Cum Vindex a Nerone deficeret, contra eum cum exercitu (universo Germaniae superioris *Tac. h. 1, 53,* cum auxiliis Belgarum *ib. 4, 17*) profectus, nihilo minus tractat cum eo, atque etiam secreto colloquitur *Dio 63, 24;* sed ipso invito exercitus eius Vindicis copias caedit *Plut. Galb. 6, Dio l. c.; cf. Tac. h. 4, 69; Plut. Galb. 10. 18.* Deinde cum Vindex mortem sibi conscivisset *Plut. Galb. 6, Dio l. c.,* imperium oblatum sibi a militibus *Dio 63, 25 cf. Tac. h. 1, 8, Plut. l. c.* (etiam Illyricae legiones eum legationibus adiere *Tac. h. 1, 9*), abnuit *Dio l. c.; cf. Tac. h. 2, 68* (dubitaverat tamen an reciperet *Tac. h. 1, 8. 52*). *Circa haec tempora a servo eius* pro salute et victoria eius *positus t. supra laudatus.* Pedanius Costa eum (ad res novas) extimulat *Tac. h. 2, 71.* Monitus a Galba *Plut. l. c.,* senatui populoque Romano se permittit *Dio 63, 25,* senatui electionem imperatoris servat *Plut. Galb. 10* (a Nerone defecit *Dio 63, 27;* Galbae se adiunxit *Zonar. 11, 14*). 'Imperinm adseruit non sibi sed patriae' *ipse in inscriptione quam monumento destinaverat, ap. Plin. ep. 6, 10, 4. 9, 19, 1; Dio 68, 2.* Morte Neronis nuntiata iterum ei oblatum imperium *Plut. Galb. 10 cf. Dio 64, 4.* Tandem praeeunte Fabio Valente exercitum in verba Galbae adegit *Plut. Galb. 10 cf. Tac. h. 1, 53.* Revocatus a Galba specie amicitiae *Tac. h. 1, 8;* successor ei missus Hordeonius Flaccus *Plut. Galb. 10. 18.* In nullo insigni honore apud Galbam *Plut. Galb. 10. 22, Dio 64, 4 exc. Val.* A Fabio Valente infamatur apud Galbam *Tac. h. 3, 62 cf. 1, 52* (reus *Tac. h. 1, 8*). Galbae suspiciones evasit *Plin. ep. 2, 1, 2.* Otho consulem eum designat *Tac. h. 1, 77, Plut. Oth. 1.* Consul II suff. a. 69 ex kal. Martiis cum L. Pompeio Vopisco *act. Arv., cf. Tac. l. c.; III S. 7006–7008.* Othonem comitatur ad bellum *Tac. h. 2, 49.* Post pugnam Bedriacensem milites exitium ei minitantur *ib.,* mortuo Othone ut imperium reciperet eum orant *ib. 2, 51, Plut. Oth. 18;* cum a Vitellio ad epulas adhiberetur Ticini, milites irrumpentes mortem eius postulaverunt, aegreque cohibiti *Tac. h. 2, 68.* 'Caesares quibus suspectus atque etiam invisus virtutibus fuerat evasit' *Plin. ep. 2, 1, 3.* — Tutor Plinii ac fautor *ib. 2, 1, 8;* ad eius honores ex secessibus accucurrit, cum iam pridem eiusmodi officiis renuntiasset *ib.* — Nerva collegam in consulatu eum sibi destinavit *Dio 68, 2.* Consul III ord. a. 97 cum Nerva III *fasti.* In consulatu gratias acturus principi cecidit et coxa fracta incidit in valetudinem *Plin. ep. 2, 1, 5,* non ita brevem, ex qua defunctus est *ib. 2, 1, 4 (ante Nervam defunctum mense Ian. a. 98, ut post dubitationes Asbachii stabilivit Klebs mus. Rhen. 44, 275, ante finem igitur anni 97, quia cum ipso mense Ian. anni 98 pugnat laudatio Cornelii Taciti consulis, cf. infra),* annos natus tres et octoginta *2, 1, 4;* 'triginta annis gloriae suae supervixit' *ib. 2, 1, 1.* In ultima valetudine a quinqueviratu sumptuum publicorum minuendorum

per Plinium se excusavit *ib. 2, 1, 9.* Publico funere elatus *ib. 2, 1, 1* laudatusque a Cornelio Tacito consule *ib. 2, 1, 6.* Filios nullos reliquit *Plin. ep. 2, 1, 9.* — Monumentum eius in villa quae eius fuerat Alsiensi, cum inscripto epigrammate ipsius *Plin. ep. 6, 10. 9, 19; Dio 68, 2.* — Carmina fecit *Plin. ep. 5, 3, 5.* — Memoratur *Iuvenal. 8, 221.*

— Celer Verianus.

— T. Sextius Verianus.

— CAECILIA VERISSIMA.

— M. Atilius Vernus.

285 ..... VERRES consul (suff.) temporibus Hadriani (cum A. Larcio Macedone ut videtur) *frustulum actorum fratrum Arvalium semel descriptum VI 2081 g, ab Henzeno probaliter coniunctum cum aliis fragmentis VI 2081 quae sine idonea causa anno 122 tribuit (cf. supra sub A. Larcio Macedone).* — *Vix huc pertinet* Verr.... *VI 16736.*

286 Verritus, dux Frisiorum, una cum Malorige Romam profectus, ad agros quosdam impetrandos, a Nerone civitate donatur *Tac. a. 13, 54 (cf. supra sub Malorige).*

— M. Ulpius Verna.

287 M. Verrius Flaccus (*praenomen exhibent codices Suetoniani in indice libelli de grammaticis, item Hieronymus ad a. 2024; praeterea* Verrius Flaccus *vel* Verrius), grammaticus, de quo egit Suetonius *de gramm. c. 17* (insignis habetur *Hieronymus ad a. 2024 = u. c. 761*). Libertinus *Suet.* (*diversus igitur* M. Verrius Flaccus M. f., tribu Fal., sepultus in agro Neapolitano *X 3086ᵃ cf. 3734*). Docendi maxime genere inclaruit *Suet. l. c.* Aemulus eius L. Crassicius *Suet. de gramm. c. 18.* Ab Augusto nepotibus eius (*natis a. 734. 737*) praeceptor electus transiit in Palatium cum tota schola, verum ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet *Suet. c. 17.* Centena sestertia annua accepit (ab Augusto) *ib.* Decessit aetatis exactae sub Tiberio *ib.* Fastos a se ordinatos Praeneste marmoreo parieti incisos publicavit *ib.* (*videtur id fecisse ante annum 763, certe vivo Augusto, sed addidisse quaedam sub Tiberio, cf. CIL. I ed. 2 p. 206, 11*). *Praeneste fortasse ideo elegit, quod senior in secessu Praenestino degere solebat; Praeneste oriundum fuisse coniecit Hirschfeld Herm. 9, 105. Fastorum horum reliquias vid. CIL. I ed. 2 p. 231.* Eodem loco statua ei posita *Suet. l. c.* Scripsit multa, in his libros de verborum significatione, quos in epitomen redegit *Pompeius Festus. De reliquorum Verrii librorum reliquiis egit O. Mueller praef. ad Festum p. XIII seq.* Libris eius de orthographia rescripsit Scribonius Aphrodisius, non sine insectatione studiorum morumque eius *Suet. c. 19.*

— ASINIVS POLLIO VERRVCOSVS.

288 L. VERVLANVS SEVERVS (*tria nomina VI 10055,* Verulanus Severus *Tac. a. 15, 3,* Verulanus *ib. 14, 26*), legatus legionis iu Armenia sub Corbulone a. 60. 62 *Tac. a. 14, 26. 15, 3.* Consul suff. mense Aug.

a. inc. *(sed ante a. 69, quo collega eius iam fuit consularis)* cum Appio Annio Gallo *VI 10055.*

289 Verulana Gratilla (Gratilla *Plin. ep. 5, 1, 8,* Gratilla *vel* Gratillia *ib. 3, 11, 3;* Verulana Gratilia *codex Taciti*) insignis femina, a. 69 una cum Flavianis obsidium subiit in Capitolio, nullos propinquos secuta *Tac. h. 3, 69.* Relegata sub Domitiano *Plin. ep. 3, 11, 3 cf. 5, 1, 8,* una ut videtur cum (Iunio Aruleno) Rustico *ib. 5, 1, 8. Fortasse uxor Rustici, cf. supra sub Iunio Aruleno Rustico.*

290 .... ISIVS VERVS P. f., (tribu) Fa[l.] (vel Fa[b.]; *vix alterum cognomen*), trib. mil. leg. XI[II] (*vel* XI[III] Geminae, [qu]aestor .... *t. musei Neapolitani X 1708.*

291 ..... S VERVS M. f., tribu Gal. adest scribendo senatus consulto de Cyzicenis sub Antonino Pio *Eph. ep. 3 p. 156 = III S. 7060. Videtur fuisse ex M. Aurelii Caesaris (M. Annii Veri) gente, cf. Mommsen ad t.*

292 ... S VERVS, ex centurione senator factus; legatus legionis tertiae Gallicae in Syria anno 219 imperium affectans occiditur *Dio 79, 7.*

293 Verus, conductor praedii alicuius, ad quem Plinius dedit *ep. 6. 3.*

— T. Abudius Verus.

— L. ALE(IVS?) V[E]R(VS).

— ANNIVS VERVS.

— M. ANNIVS VERVS.

— Sex. Annius Verus.

— Atilius Verus.

— Aurelius Verus.

— IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVG. = L. CEIONIVS COMMODVS.

— Cloatius Verus.

— Cocceius Verus.

— DVCENIVS VERVS.

— C. IAVOLENVS CALVINVS GEMINIVS CAPITO CORNELIVS POLLIO SQVILLA Q. VVLCACIVS SCVPPIDIVS VERVS.

— IVL(IVS) VERVS.

— CN. IVLIVS VERVS.

— IMP. CAES. C. IVLIVS VERVS MAXIMINVS AVG.

— C. IVLIVS VERVS MAXIMVS CAESAR.

— L. Iunius Septimius Verus Hermogenes.

— MARC(IVS) VERACILIVS VERVS.

— P. MARTIVS VERVS.

— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus *cet.*

— L. MINICIVS NATALIS QVADRONIVS VERVS.

— C. MOCCONIVS VERVS.

— L. PETRONIVS VERVS.

— A. PONTIVS VERVS.

— L. PONTIVS VERVS.

— C. PONTIVS [VL]PIVS VERVS ... NIANVS VIC[TO]R.
— M. Porcius Verus.
— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.
— Sextius Verus.
— SVFENA(S) VERVS.
— VALERIVS VERVS.
— M. VINDIVS VERVS.

294 Vescularius Flaccus (Vescularius Atticus *6, 10 errore calami*), eques Romanus, ex intimis amicis Tiberii, comes eius Rhodi et Capreis, a. 16 internuntius insidiarum Libonis; nihilo minus a. 32 iussu Tiberii ad mortem actus *Tac. a. 2, 28. 6, 10.*

295 C. Vesedius Rufinus, signo Nebul(i)us(?), vir perfectissimus, 'advocatus fisci summae rei, iudicio sacro promotus' *tituli Beneventani IX 1682. 1683. Fortasse saec. p. Chr. IV demum vixit.*

— T. Cornasidius Vesennius Clemens.

296 M. Veserius Iucundianus, M. fil., tribu Pal., procurator alimentorum viae Flaminiae *t. Campanus X 3865.*

297 C. VESNIVS VINDEX C. f., tribu Stel.; Urvino (Mataurensi) oriundus, ibique aedilis et pontifex; quattuorvir viarum curandarum, tribunus militum legionis nonae Augustae, quae legio eo militante, 'cum liberata esset Nova(?) obsidione', Pia Fidelis Constans Commoda cognominata est; quaestor designatus sub Commodo *t. Urvinas (semel ut videtur descriptus) XI 6053.*

— (FLAVIVS) VESPASIANVS.
— T. FLAVIVS VESPASIANVS = IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS.
— T. FLAVIVS VESPASIANVS = IMP. T. VESPASIANVS AVGVSTVS.

298 VESPASIVS ......, filius eius qui sequitur, avunculus imperatoris Vespasiani, senator praetoriae dignitatis *Suet. Vesp. 1.*

299 Vespasius Pollio, origine Nursinus; tribunus militum ter, praefectus castrorum; pater eius quae sequitur, socer Flavii Sabini, avus maternus Flavii Vespasiani *Suet. Vesp. 1.*

300 Vespasia Polla, filia eius qui praecedit, uxor Flavii Sabini, cui peperit puellam quae non perennavit, Flavium Sabinum, item (a. p. Chr. 5) Flavium Vespasianum *Suet. Vesp. 1. 5.* Vespasianum quamvis renitentem ad honores capessendos compulit *ib. c. 2. — Haec, ut coniecit Bormann arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15, 1892 p. 35,* Polla, a qua C. Caesari Augusto (a. 37—41) positus *t. Spoletii rep. XI 4778 (inter Nursiam et Spoletium extare Vespasiorum monumenta complura refert Sueton. Vesp. 1).*

— Q. LVCRETIVS VESPILLO.

301 L. VESPRONIVS CANDIDVS. *T. Lambaesitanus VIII 2752 (1); Apulensis III 1092 (2).* L. Vespron[ius] Can[didus] *t. 1,* Vespronius [Can]didus *t. 2.* Vespronius Candidus *scriptores.* (Tribu) [Saba]tina, (domo)

[Man]tua *t. 1 (supplementa Wilmannsii, sed non certa; nota tituli fracti unum tantum apographum extare).* Co[s. desig., leg. Aug. pro pr. leg. III Aug.] *t. 1 (supplevit Wilmanns).* Consularis *vit. Did. Iul. 5, 6.* Co(n)s(ularis) Daciarum sub Commodo, inter annos 183 et 185 *t. 2 (tempus definivit Borghesius opp. 8 p. 475, inde quod Commodus Pius appellatur, non appellatur Felix).* Proconsul Africae *Tertull. ad Scap. 4 (proconsulem fuisse sub finem imperii Commodiani statuerunt Tissot fastes p. 127 et J. Schmidt mus. Rhen 46, 1891 p. 94, nam sub Severo vix fieri potuisse ut ei provincia permitteretur quippe adversario imperatoris, cf. quae sequuntur).* Militibus invisus ob durum et sordidum imperium *vit. Did. Iul. l. c.; cf. Dio 78, 17 exc. Val.* A. 193 inter legatos missos a senatu ad milites, qui suaderent, ut Severus repudiaretur *vit. Did. Iul. l. c.* A militibus paene occisus *Dio l. c.*

302 Vestalis, Donni, regis Alpini, filius vel nepos vel certe ex eius stirpe ('progenies alti fortissima Do[n]ni *Ovid. v. 29,* 'Alpinis iuvenis regibus orte' *ib. v. 6*), primus pilus *Ovid. ex P. 4, 7, 15. 49,* fortiter pugnat, duce Vitellio, contra barbaros, qui Aegison oppidum (non longe ab ostiis Danuvii situm) ceperant et diruperant *ib. v. 21–54 (cf. ex P. 1, 8, 15),* vulneratus quoque in ea pugna *ib. v. 39 cf. v. 13.* Postea missus in oram Ponti ('Euxinas ad undas'), ut iura redderet *ib. v. 1. 2.* Tunc ad eum dedit Ovidius *ex P. 4, 7.*

— C. CLODIVS VESTALIS.

— Fabius Vestalis.

303 *Vestilius: *fortasse ab hoc appellatae* aedes Vestilianae in monte Caelio *(vit. Comm., Notit.),* in quibus occisus est Commodus: aedes Vectilianae *vit. Comm. 16, vit. Pert. 5,* domus Victiliana *chronographus anni 354 ap. Momms. chron. min. I p. 147,* Victiliana *Notit. urb. reg. II,* domus Vestiliani *Hieronymus chron. ad a. 2208, unde Oros. 7, 16, 4,* palatium Bestiliani *refertur ex Eusebii versione Armeniaca;* οἰκία Βεστιανοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ, *sc. Commodi,* καὶ Ἀτταλιανῆς τῆς ὑπατίσσης *chron. Paschal. p. 492 ed. Bonn.*

— SEX. VESTILIVS *v.* Sex. Vistilius.

— ATTIA CERVIDIA VESTINA.

— Iulia Vestina.

304 Vestinus, nobili origine ('par magnis Vestinus avis') *Statius silv. 4, 6, 95,* de cuius morte immatura *Martial. 4, 73 cf. Stat. 4, 6, 94.* Moribundus opes inter amicos distribuit *Martial. l. c.* Memoriam eius coluit Novius Vindex *Stat. l. c. Cf. Friedländer Sitteng. III*[5]*, 458.*

305 Vestinus, auctor Plinii in libris hist. nat. XXI. XXII, quibus egit de floribus et herbis *Plin. h. n. 1, 21 cf. 22.*

— L. Iulius Vestinus.

— M. [IVLIVS] VESTINVS ATTICVS.

— M. IVN[IVS](?) VESTINVS MALLO .... ROMANVS.

— T. SEXTIVS ... M. VIBIVS *OVE..... SECVNDVS ..... VESTINVS.

Digitized by Google

306 Vestorius, Puteolanus, a quo caeruleum (pigmenti quoddam genus) appellatum Vestorianum *Vitruv. 7, 11, 1; Plin. n. h. 33, 162. Parentela sine dubio coniunctus cum Vestorio Puteolano familiari Attici et Ciceronis (Cic. ad fam. 6, 11, 2, ad Att. 19, 50, 2), nisi est is ipse.*

307 (VESTRICIVS) COTTIVS Vestricii Spurinnae et Cottiae filius, adulescens optimae indolis, defunctus cum pater abesset, statua publice honoratus *Plin. ep. 2, 7, 3 seq.* Plinius laudationem eius composuit *ib. 3, 10.*

308 VESTRICIVS SPVRINNA. *Natus circa a. 24, siquidem LXXVII annos natus, cum Plinius scriberet ep. 3, 2, 10, quae epistula vix multo ante vel post a. 101 scripta est, quo anno complures aliae eiusdem libri.* A. 69 iussu Othonis una cum Annio Gallo urbanas copias educit contra Vitellianos *Tac. h. 2, 11 cf. Plut. Oth. 5.* Cum tribus cohortibus praetoriis paucisque aliis militibus Placentiam fortiter defendit *Tac. h. 2, 18 seq. 23, Plut. Oth. 6, 7.* Ab Othone revocatus *Tac. h. 2, 36.* — (Consul suff. a. inc.). 'Quoad honestum fuit *(i. e. antequam Domitianus ad peius vergeret)*, obiit officia, gessit magistratus, provincias rexit' *Plin. ep. 3, 1, 12.* Legatus Germaniae inferioris ut videtur, Bructerum regem vi et armis induxit in regnum *Plin. ep. 2, 7, 2 (eandem rem significari a Tacito Germ. 33 putat Mommsen Herm. 3, 39, qui ib. p. 40 statuit Spurinnae legationem Germaniae obtigisse anno 97, quo anno triumphalis statua ei decreta esse videtur, cf. infra; sed homini tres et septuaginta annos nato provinciam bellicosissimam creditam esse non est probabile).* Romae degit exeunte anno 96 vel ineunte 97 *Plin. ep. 1, 5, 8. 9.* Non multo post ut videtur Roma absens *(rei publicae causa sine dubio; potest fuisse inter legatos qui a. 97 Traiano in Germaniam nuntium adoptionis attulerunt)* Cottium filium *(eum qui praecedit)* amisit, cui in solacium patris *(a senatu)* honor statuae habitus *Plin. ep. 2, 7, 3.* Ipsi ob res *(olim, cf. supra)* in Germania gestas triumphalis statua decreta, auctore principe *(Nerva vel Traiano, inter annos 97 et 100) Plin. ep. 2, 7, 1 (non raro praemia huius generis post mutationem demum temporum tributa). Anno 97 statuam decretam esse Spurinnae putat Mommsen Herm. l. c., qui praeterea coniecit l. c. p. 40 not. 2 eum paullo post iterum consulem factum esse, anno 100 tertio consulem, scilicet hunc esse alterum ex duobus illis viris, quos, altero consulatu sub Nerva functos, Traianus tertio consules fecit suique tertii consulatus (a. 100) collegas, ut testatur Plinius paneg. 60. 61 (oblocuti sunt Asbach mus. Rhen. 36, 43, Klebs ib. 44, 274 not. 1).* — Uxor Cottia *Plin. ep. 3, 10 praescr. cf. 3, 1, 5.* Filius Cottius *(is qui praecedit).* — Amicus Plinii: per eum Aquilius Regulus cum Plinio voluit reconciliari *Plin. ep. 1, 5, 8. 9.* Eum, in secessu ut videtur degentem, annos natum septuaginta septem, invisit Plinius *Plin. ep. 3, 1 cf. 3, 10, 1.* Quomodo senectutem toleraverit *3, 1, 4 seq.* Ei mittit Plinius quae de

Cottio filio eius composuerat *3, 10.* Ei scribit Plinius de recitatione Calpurnii Pisonis *ib. 5, 17.* Contubernalis et fortasse adfinis eius Pompeius Falco *Plin. ep. 4, 27, 5.* Carmina lyrica utraque lingua composuit *ib. 3, 1, 7. (Vestricii, sive ut in codice fuisse perhibebatur Vesprucii Spurinnae versus de contemptu saeculi, quos Barthius primus edidit, nuper Baehrens Poet. Lat. min. V p. 408 seq., novicii esse videntur, cf. Teuffel Lit. 323, 5).*

— C. FABIVS FABIANVS VETILIVS LVCILIANVS.

309 Vetina Italicensis (It. *cognomen potius quam originis designatio*), cui divi fratres scripserunt *Callistratus libro quinto de cognitionibus, Dig. 48, 19, 27 pr. Incertum quis fuerit.*

310 VETINA MAMERTINVS quindecimvir sacris faciundis a. 204 *act. lud. saec. (Eph. ep. 8 p. 283. 290. 291 cf. 294).*

311 L. VETINA PRISCVS, legatus (proconsulis Asiae puto) *t. Ephesius III 430.* Comes eius: L. Cavius Vescennianus, tribu Sab. *(Volaterris puto oriundus, unde fortasse et ipse erat) ib.* Maritus Didiae Quintinae *t. Volaterranus XI 1773.*

312 Vetrasinus quidam, famae detestandae, honorem petiturus sub M. Aurelio; eius audacter dictum patienter Marcus tulit *vit. Marci 12, 3.*

313 C. VETTENNIVS SEVERVS (Vettenni-*scribitur etiam VI 626. XIV 3045*), consul suff. una cum C. Minicio Fundano a. 107 *dipl. mil. (III p. 867),* mense Iun. *dipl. mil.*, item mense Aug. *VI 630; fasti feriarum Latinarum (CIL. I ed. 2 p. 59). Hic (ut coniecit Mommsen Herm. 3 p. 50) videtur* Severus, ad quem consulem designatum scripsit Plinius *ep. 6, 27* nec diversus fortasse Severus, ad quem *ep. 9, 22 (cf. supra S 451).*

314 Vettenia Sabinilla virgo Vestalis, P. Aelii Dionysii perfectissimi viri, rationalis, filia *VI 1587. Fortasse Diocletiani demum temporibus vixit.*

315 Vettidius *(eo ducunt codices, qui variant inter* Vectid-, Victid-, Vetid-, Ventid-; *in uno ex antiquissimis et optimis* Vettidis *est pro* Vettidi; *nomen sic scriptum reperitur in t. agri Sabini IX 4351, item VI 28649. 28650),* dives Curibus, sed avarus *Pers. sat. 4, 25.*

316 Q. VETTIDIVS BASSVS, procurator Thraciae a. 88 *t. Perinthius, quem servavit Cyriacus (cod. Vat. 5250, item cod. Ashburnh.), edid. Borghesi opp. 3, 274 et Dumont inscr. de la Thrace n. 72^a cf. Mommsen eph. ep. 3 p. 326 n. 8.*

317 VETTILLA uxor L. Neratii Marcelli *t. Saepinas IX 2456.*

— DOMITIA VETTILLA.

318 Vettius, rhetor *Iuvenal. 7, 150.*

319 Vettius, homo impius, in quem dictum Augusti *Macrob. sat. 2, 4, 10.*

320 Vettius Aper (*pro* uetti- *traditur* uecti-), tribunus (cohortis praetoriae) a. 193 *vid. Did. Iul. 2, 4.*

321 C. VETTIVS AQVILINVS clarissimus vir, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae (temporibus Commodi) *VI 2010.*

Digitized by Google

322 C. VETTIVS ATTICVS SABINIANVS consul ord. a. p. Chr. 242 cum C. Asinio Praetextato *fasti* (C. Vettius Atticus *VI 2133. IX 3429*, Εὐέττιος — *scr.* Οὐέττιος — Ἀττικός *t. Amorginus Bull. de corr. hell. 1891 p. 587*, Atticus *plerumque;* Sabinianus *VIII 5509, sed idem sine dubio intellegitur, cum alius Praetextatus consul ordinarius non sit notus, cf. Borghesi opp. 8, 565). Idem, ut coniecit Wilmanns,* C. Vettius Gratus Atticus Sabinianus clarissimus puer *VIII 823 (infra n. 329). Cf. praeterea stemma adiectum ad n. 328.*

323 M. (?) VETTIVS BOLANVS (Vettius Bolanus *Tac.*, Vectius Bolanus *traditur ap. Stat. silv. in inscriptione carminis 5, 2,* Bolanus *Stat. 5, 2, 37 seq., nummi; praenomen ex t. urbano VI 65 et ex tessera gladiatoria, sed incertum num ad hunc pertinentibus, cf. infra).*

Legatus legionis in Armenia sub Corbulone a. 62 *Tac. a. 15, 3 cf. Stat. silv. 5, 2, 32 seq. 141.* Consul *Stat. v. 167 (suffectus, certe ante a. 69). Fortasse hic* M. Vettius consul cum M. Ar.... mense Dec. a. inc. *tessera gladiatoria CIL. I 776 (fortasse iidem consules fuerunt in actis Arvalibus VI 2044, 2 v. 20, ubi M. Arruntii nomen tantum extat, qui actorum locus videtur spectare ad a. 66, ut consul fuerit anno 66; sine idonea causa anno 67 consulatum eius tribuerat Waddington fastes n. 97).* A. 69 a Vitellio missus legatus pro pr. in Britanniam, successor Trebellii Maximi *Tac. h. 2, 64. 97, Agr. 8. 16; Stat. l. c. v. 54 seq.* Militibus carus, sed imbellis adversus hostem *Tac. Agr. l. c.* Successit ei Petillius Cerialis *Tac. l. c. (a. 71 ut videtur cf. Ioseph. bell. 7, 4, 2; Hübner mus. Rhen. 12 p. 50. 52).* Proconsul Asiae *Statius v. 57, nummi Smyrnaeorum ap. Mionnet III 223 seq. n. 1248. 1249. 1253 seq., suppl. VI 334, 1658. 336, 1668. 1669, Brit. Mus. cat. Ionia p. 272, 294–300, alibi*, imperante Vespasiano *nummi (nummi ap. Mionnet suppl. VI 336, 1666. 337, 1674 sine dubio male lecti sunt, cf. Waddington fastes l. c.).* Patricius ut videtur *(a Vespasiano fortasse inter patricios adlectus),* certe filius eius Crispinus patricius *Stat. l. c. v. 28.* Decessit, filios duos parvulos relinquens *Stat. l. c. v. 64 seq. — Huius ut videtur* Vettii Bolani dies natalis ni fallor (ἡμέρα ἑορτάσιμος) ut quotannis celebraretur Vettius Philo aliquis decurionibus Deuriopi in Macedonia summam reliquit a. 95 vel 96 *t. prope Monastir rep., Hellen. philol. syll. 5, 1870 Const. p. 2. Aut hic aut is qui sequitur* M. Vettius Bolanus, dominus insulae Transtiberinae, cuius iussu sacrarium Bonae deae refectum *VI 65. 67;* M. Vettius Bolanus *signaculum aereum Matriti adservatum II S. 6259, 19.*

324 M. VETTIVS BOLANVS consul ord. a. 111 cum C. Calpurnio Pisone *fasti (tria nomina VI 222. XII 1840;* Iulianus *fasti Hydat.). Videtur filius eius qui praecedit, frater eius qui sequitur quem memorat Stat. silv. 5, 2, 65. 75. 126.*

325 (VETTIVS) CRISPINVS Vettii Bolani *(n. 323)* filius: eius laudes com-

Digitized by Google

posuit *Statius silv. 5, 2.* Una cum fratre gemello ('aequaevo' *v. 75*) pupillus a patre relictus, antequam togam virilem sumeret *v. 64–67.* Mater venenum ei paravit; quod facinus ultus est Domitianus *v. 77–97.* Patricius *v. 28.* Poeticae studet *v. 71 cf. v. 79.* Adulescentulus amicum aliquem defendit *v. 99 seq.* Eum cum esset annos XVI natus *v. 12,* tribunum militum fecit Domitianus *v. 174 cf. v. 127 seq.* Amicus eius Optatus *v. 152.* *(Diversus videtur Crispinus consul ord. a. 113, quippe non Vettius sed C. Clodius Crispinus).*

326 L. Vettius Felix, amicus M. Acilii Prisci Egrilii Plariani *XIV 155. 156.*

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS *cet.*

327 L. Vettius Florentinus, vir perfectissimus, 'ex praesidibus' *t. Arretinus XI 1839. Fortasse vixit post Diocletianum demum.*

328 VETTIVS GRATVS consul ord. a. 250 cum imp. Caesare C. Messio Quinto Traiano Decio Aug. II *fasti.* (Gratus *plerumque;* ... ttius Gratus *Bull. comun. 1886 p. 370 = VI 31849,* Δέλτιος, Deltius, Vicius, Vicius, Vitius, Vigetus Gratus *codices actorum S. Pionii, apud Lightfoot apostolic fathers part. II vol. 1 p. 697, unde Vettii nomen restituit Klein). Huius familiae consules ordinarios habuerunt etiam anni 221 et 242. Stemma potest fuisse hoc:*

C. Vettius Sabinianus .....s (*n. 339*)
legatus Pannoniae paullo post a. 180

C. Vettius Gratus Sabinianus (*n. 331*)
consul ord. a. 221

C. Vettius [Gratus] Atticus Sabinianus (*n. 322*)
consul ord. a. 242

[C.] Vettius Gratus (*n. 328*)
consul ord. a. 250.

329 C. VETTIVS GRATVS ATTICVS SABINIANVS clarissimus puer, filius C. Vetti G[rati Sa]biniani clarissimi viri, tribuni militum legionis VII Claudiae, quaestoris candidati; nepos C. Vetti Sabiniani ... tis, clarissimae memoriae viri, proconsulis *t. Africanus VIII 823 cf. suppl. 12346 = Bull. du comité arch. 1893 p. 208. Fortasse, ut coniecit Wilmanns, C. Vettius Atticus Sabinianus consul a. 242, filius C. Vettii Grati Sabiniani consulis ord. a. 221; pari tamen iure possis conicere ipsum fuisse consulem a. 221.*

330 C. VETTIVS G[RATVS SA]BINIANVS clarissimus vir, tribunus militum legionis septimae Claudiae, quaestor [kandida]tus; pater eius qui praecedit *t. Africanus VIII 823. Si is qui praecedit fuit consul ord. a. 242, hic videtur fuisse consul ord. a. 221, non diversus igitur ab eo qui sequitur.*

331 C. VETTIVS GRATVS SABINIANVS consul ord. a. 221. *T. urbanus (vel suburbanus), mutilus, VI 1529 ad eum relatus a Borghesio opp. 3, 426.* — .. Gratus Sabinianus *t. urbanus; in consulatu* Γ. Β[ε]ττ. Γρατος Σαβιαν. *Dio ind. l. 79 (recognovit Boissevain cf. Mnemosyn. nov.*

Digitized by Google

*ser. 13, 1885 p. 321, minus recte Valerii nomen in codice Vaticano Dionis invenire sibi visus est Borghesius opp. 3, 426)*; C. Vettius Gratus *dipl. mil. anni 221, III S. p. 1967*; Οὐέτ[τ]ιος Γρᾶτος *t. Laodicensis Lebas-Waddington 1839 expl. p. 437*, Γρατος Σαβινιανος *Syncellus p. 400 ed. Bonn.*; Gratus *plerumque*; Sabinianus *VIII 7966, XIII 1732 = Boissieu inscript. de Lyon p. 64, fasti Theonis.*

[Vioc]urus(?) *(supplementum Borghesii non certum sed probabile, cf. Mommsen Staatsr. II² p. 603 not. 4)*, sevir equitum Romanorum turmae III, [quaestor], praetor kandidatus tutelarius, curator Flaminiae et alimentorum *t. urbanus.* [Consul or]dinarius *ib.*, consul ordinarius a. 221 cum M. Flavio Vitellio Seleuco *fasti.*

332 M. Vettius Latro, procurator Mauretaniae Caesariensis anno 128 *VIII 8369.*

— L. VETTIVS IVVENIS *v.* L. Vitennius Iuvenis.

333 M. Vettius Marcellus *(sic t. Teatinus*, Vettius *vel* Vectius Marcellus *codices Plinii)*, e primis equestris ordinis *Plin. h. n., 17, 245*, eques Romanus *ib. 2, 199*, procurator Augustorum *t. Teate Marrucinorum extans IX 3019*; res Neronis procurabat *Plin. 2, 199.* Ostentum in praediis eius in agro Marrucino factum anno Neronis supremo (a. 68) *Plin. 2, 199. 17, 245.* Uxor: Helvidia Priscilla *t. Teatinus.*

334 M. VETTIVS NIGER proconsul Asiae sub Nerone *(ante a. 63, quod reliqui temporis Neroniani proconsules noti sunt, cf. Waddington) nummi Apameae in Phrygia cusi, ap. Mionnet IV 195, 1. 232, 239 suppl. VII 511, 153; Waddington fastes n. 87. Fortasse hic* M. Vettius consul cum M. Ar... mense Dec. a. inc. *tessera gladiatoria CIL. I 776, sed cf. supra sub M. Vettio Bolano.*

335 L. VETTIVS PAVLLVS consul suff. cum T. Iunio Montano a. 81 d. Mai. 1, Iun. 29 *act. Arv.; VI 328. (Non huc pertinent Iuv. 7, 143; Martialis 8, 33. 10, 10).*

336 Vettius Priscus (Bettius Priscus *codices*, Bittius Priscus *editio Aldina, ex vetere codice sine dubio; ceterum alterum utrum verum esse puto)*, apud centumviros causam ut videtur acturus, a Calpurnio Fabato commendatur Plinio *Plin. ep. 6, 12, 2.*

337 *VETTIVS PROC(V)LVS consul cum Iulio Lupo *t. falsus Ligorianus Grut. 1071, 4 = VI* 616. Cf. supra sub Q. Fulvio Gillone Bittio Proculo. Eiusdem nominis vir clarissimus aetate labente, X 6892.*

338 Vettius Rufinus, tribunus cohortis sextae praetoriae, nescio quos agros terminavit in regione Asculana, anno 141 *Scr. Gromatici ed. Lachmann p. 244. 252.*

339 C. VETTIVS SABINIANVS ..... S(?). (C. Vettii Saciniani *ex t. Carnuntino excepit Mommsen, sed de tertia cognominis littera dubitans,* C. Vetti Sabinian[i] .... tis *lectum in t. Africano, ubi vix recte Schmidtius supplevit* [pronepo]tis). Legatus Aug. pro pr. provinciae Pannoniae superioris *t. Carnuntinus III 4426. (Fortasse ut coniecit*

Digitized by Google

*H. Müller, cf. supra sub Sabiniano, hic* Sabinianus, qui *[paullo post M. Aurelii mortem ut videtur]* Dacorum extra provinciam Romanam degentium duodecim millia pacavit, sedes eis in provincia Dacia pollicitus *Dio 72, 3 (exc. de leg.).* Proconsul (Africae) *t. Africanus VIII 823 cf. VIII S. 12346 = Bull. du comité arch. 1893 p. 208,* clarissimae memoriae vir *ib. (proconsulem fuisse anno 190/1 statuit Tissot fastes p. 128, sine causa).* Pater C. Vettii Grati Sabiniani, avus C. Vettii Grati Attici Sabiniani *ib. (Titulos Africanum et Carnuntinum ad eundem hominem pertinere, non certum, at probabile est.) — Diversus, neque huc pertinet* C. Vettius Sabinianus praefectus cohortis secundae Commagenorum *III S. 7854 (= 1619).*

340 VETTIVS SABINVS (Vectius Sabinus *traditur 2, 1,* Sabinus *ib. 4, 4)* 'ex familia Ulpiorum', Maximum et Balbinum Augustos creandos esse censuit a. 238 *vit. Max. et Balb. 2.* Mox praefectus urbi factus *ib. 4, 4. Fortasse hic (ut coniecit Mommsen eph. ep. 1 p. 136 not. 2)* Sabinus consul iterum cum Venusto a. 240 *fasti (cf. supra sub Sabino).*

341 VETTIVS SCIPIO ORFITVS clarissimus vir, patronus sacerdotum domus Augustae (temporibus Commodi) *VI 2010.*

— L. Fulvius Rusticus Vet[tius] Secundus.

— M. FLAVIVS SABARRVS VET[TIVS] SEVERVS.

342 L. VETTIVS STATVRA L. f., tribu Stel. *(origine scilicet Urbinas),* [X]vir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis II Augustae, quaestor provinciae Narbonensis, tribunus plebis, praetor; quinquennalis et patronus municipii (Urbinatium) *t. Urbinas XI 6054 semel descriptus saec. XV.*

343 Vettius Valens *(sic Seneca Plin. Tac.,* Valens *Scrib. Larg., Cael. Aur.),* medicus clarus *Plin. h. n. 29, 8,* praeceptor Apuleii Celsi et Scribonii Largi *Scribonius Largus c. 94;* novam instituit sectam *Plin. h. n. 29, 8. (Nescio num hic* Valens physicus libro III curationum qui citatur *Cael. Aurelian. acut. 3, 1).* Etiam disertus *Plin. l. c.* Eques Romanus *Seneca apoc. 13; Tac. a. 11, 35.* Inter adulteros Messallinae *Plin. h. n. 29, 8. 20; Tac. a. 11, 30. 35.* Lascivia eius *Tac. a. 11, 31.* Detectis sceleribus Messallinae occisus a. 48 *Tac. a. 11, 35; Seneca apoc. 13. Incertum qua parentela coniunctus cum Vettiis Valentibus Ariminensibus qui sequuntur, quorum unus (n. 345) eo tempore quo hic summa gratia apud coniugem Augusti floruit, meruit in praetorio et mox ad ducendos ordines promotus est. — Nullo modo cum his videtur coniunctus Vettius Valens Antiochenus, qui scripsit* ἀνθολογιῶν *libros argumenti astrologici qui extant sed inediti, quique floruit Hadriano et Antonino Pio imperantibus, de quo nuper egit E. Riess Nechepsonis et Petosiridis fragmenta magica (diss. Bonn. 1890) p. 15 seq.*

344 M. VETTIVS VALENS M. f., tribu An. *(Ariminensis);* quaestor provinciae Macedoniae, *quaestor (*aut reponendum aut inserendum* trib.)

plebis, sevir equitum Romanorum, praetor, legatus provinciae Narbonensis, [iuridicus] provinciae Britanniae *t. Ariminensis semel descriptus XI 383.*

345 M. Vettius Valens, M. f., tribu Ani. *(Ariminensis sine dubio)*, miles gregalis cohortis praetoriae, donis militaribus donatus bello Britannico (scilicet Claudium eo comitatus anno 43), per varios militares honores *(centuria cohortis secundae praetoriae quam rexit memoratur XI 6059)* evectus usque ad tribunatus cohortis tertiae praetoriae et legionis quartaedecimae Geminae Martiae Victricis; a. 66 procurator Aug. provinciae Lusitaniae; patronus coloniae (Ariminensis) *t. Ariminensis semel descriptus XI 395. Patrem esse M. Vettii Valentis, qui summis honoribus Arimini functus est sub Traiano (XI 421), avum eius qui praecedit, coniecit Toninius (cf. ad XI l. c.).*

346 C. VETTIA GRATA clarissima puella, quae vixit paullo plus annis duobus *t. Amalfiae rep. X 648 p. 1005. Sine dubio ex gente Vettiorum Gratorum supra n. 328 seq.*

347 VETTONIANVS consul *(suff. a. inc.)* cum Corellio *XIV 4276. Fortasse L. Funisulanus Vettonianus legatus Pannoniae anno 84, collega Corellius Rufus legatus Germaniae superioris a. 82.*

348 [V]ETTO[NI]ANVS *(periit nomen quod praecedit; quod paullo ante superest* ..μπων *Loewy p. 124 coniecit superesse ex Pomponii gentilicio, cogitans de Pomponio Mamiliano Antistiano Funisulano Vettoniano, cf. supra vol. I p. 84, II p. 326 n. 93, confirmavitque Heberdey qui excepit* ..ομπων...). — Legatus pro pr. prov. Lyciae et Pamphyliae, sub Hadriano (non post annum 129/130) *epistula incisa mausoleo Opramoae Rhodiapolitani, Reisen in Lykien p. 83. 103 IV*[b] *cf. Loewy ib. p. 124. 133; Heberdey Opramoas p. 13.*

— L. FVNISVLANVS VETTONIANVS.

— T.(?) ... PONIVS MAMILIANVS RVFVS ANTISTIANVS FVNISVLANV[S] VETTONIANVS.

349 Vetulenus Aegialus *(sic Plin., cognomen solum ponit Seneca)*, libertinus, temporibus Senecae ruris Liternini, quod olim Scipionis fuerat, possessor, diligentissimus agri cultor atque per eam rem famam adeptus *Seneca ep. 86, 14. 21; Plin. h. n. 14, 49.*

350 [V]ETVLENVS [A]PRONIANVS legatus legionis [II Adiutricis] *t. Aquincensis III S. 10395.*

351 SEX. VETTVLENVS CERIALIS. Sex. Vettulenus Cerialis *X 4862,* Κερεάλιος Οὐετιλιανός *traditur Ioseph. bell. 7, 6, 1,* Σέξτος Κερεάλιος *ib. 6, 4, 3 itemque sic vel* Σέκστος Κερεάλιος *ib. 3, 7, 34 bonorum codicum pars, cum alii non minus boni* Σέκστος Καλουάριος *habeant,* Κερεάλιος *ib. 3, 7, 32. 4, 9, 9. 6, 2, 5. vit. 75. In t. Pontico (cf. infra) supersunt ex praenomine litterarum* ΣΕΞ *vestigia et cognomen.* — Maritus Lusiae Paullinae, gener M. Vergilii Galli Lusii, equestribus militiis functi sub Augusto et Ti. Caesare *X 4862.* Bello Iudaico a. 67. 70

praefuit legioni quintae (Macedonicae) *Ioseph. bell. 3, 7, 32* (ἔπαρχος ὢν τοῦ πέμπτου τάγματος). *6, 4, 3* (τὸ πέμπτον ἄγων τάγμα); memoratur *ib. 3, 7, 34 (sed cf. infra). 4, 9, 9. 6, 2, 5 vit. 75. Videtur fuisse legatus legionis;* χιλίαρχος *3, 7, 34 aut errore appellatur, cum id vocabulum pertineat ad eum qui paullo post memoratur Placidum — sic Mommsen eph. ep. 4 p. 499 —, aut alius intellegitur, praesertim cum pars codicum (cf. supra) hoc loco aliud nomen habeat.* Devictis Iudaeis tradit exercitum Lucilio Basso *Ioseph. bell. 7, 6, 1. Fortasse hic (nomen periit)* a T. Caesare triumphaturo donis militaribus duplicibus donatus *VIII S. 12536 (sed cf. supra sub M. Tittio Frugi).* Legatus pro pr. imp. Vespasiani (provinciae Moesiae inferioris) *t. Heracleae Chersonesi rep., ap. Latyschev inscr. Ponti Euxini I n. 197 (quem huius esse iam consentiunt Latyschev l. c. et Mommsen III S. p. 1961 propter Sexti praenomen, cum antea Mommsen Eph. ep. 4 p. 499 rettulisset ad eum qui sequitur). Potest pater esse eius qui sequitur, si sumimus eum tarde ad honores pervenisse.*

352 C. VETTVLENVS CIVICA CERIALIS *(sic dipl. mil.,* Civica Cerealis *Suet.,* Civica *Tac.). Consul suffectus puto paullo ante annum 77, scilicet paullo ante Agricolam, cf. infra de proconsulatu.* Legatus pro pr. provinciae Moesiae (inferioris) a. 82 *dipl. mil. (III S. p. 1960). (Titulum Ponticum, de quo cf. sub eo praecedit, non huius esse Cerialis ostendit praenomen. Attamen valde mirum est, duobus consanguineis provinciam cum exercitu tam brevi vel etiam nullo intervallo creditam esse).* Proconsul Asiae *Tac. Agr. 42, Suet. Dom. 10,* paullo ante quam Agricolae de proconsulatu sortiendum erat *Tac. l. c. (i. e. circa annum 88, cf. Waddington fastes n. 104).* Occisus a Domitiano in ipso proconsulatu *Tac. l. c., Suet. l. c. Potest avus esse eius qui sequitur.*

353 SEX. VETTVLENVS *(vel* VETVLENVS *vel* VETVLENIVS) CIVICA POMPEIANVS (Sex. Vettulenus Civica Pompeianus *XIV 2112,* Sex. Vetulenus Civica Pompeianus *VI 975,* [Se]xtus Vetu[lenus Civica P]ompeianus *III 720,* [S]ex. Vetul[e]nius Civi[ca] Pompeianus *XIV 2852,* Sex. Civica Pompeianus *VI 31144 = Notizie 1886 p. 20,* Civica Pompeianus *VI 10242,* Civica *XV 1056,* Pompeianus *XV 1058, chronographus a. 354, fasti Hydat. cet.*). Consul ord. a. 136 cum L. Ceionio Commodo *fasti.*

354 VETTVLENVS QVADRATVS q(uaestor) *t. Siculus X 7245.* Uxor Pituania C. f. *ib.*

355 T. VE[TT]VLENVS QVADRATVS *(pro* Vettulenus *in codicibus est* Veibulenus *vel* Velbulenus, *sed* Vettulenus *vel* Vetulenus *adscriptum; praeterea* Vettulen- *firmatur nomine filiae),* P. f., Qui., pr., procos. tr. pl. *t. urbanus semel saec. XV descriptus, VI 31773 = Bull. comunale 1893 p. 184.* Vettulena Polla filia *ib.*

356 VETTVLENA POLLA (Vetul- *alter ex duobus codicibus in quibus t. legitur),* filia eius qui praecedit *t. urbanus (cf. sub eo qui praecedit).*

Digitized by Google

357 Vettulena Quadratilla, T. f. *VI 28729. Sine dubio ex stirpe eorum qui praecedunt.*
— Funisulana Vettulla.
— VETVRIVS VETVRIANVS.
358 Veturius *(sic Tac.,* Ἰτούριος *Plut., fortasse recte),* optio speculatorum, unus eorum, per quos Otho a. 69 praetorianos contra Galbam incitavit *Tac. h. 1, 25, Plut. Galb. 24.*
359 Titus Veturius, eum Severus Alexander in prima pueritia magistrum habuit *vit. Alex. 3, 2.*
360 Q. Veturius Callistratus, vir egregius, suffragio Campiae Severinae virginis Vestalis maximae *(circa annum 240)* factus procurator rationum summarum privatarum bibliothecarum Augusti *(de hoc officio cf. Mommsen ad t.) t. urbanus VI 2132.*
361 Veturius Macrinus: ad eum a. 193 Septimius Severus dedit litteras, ut esset praefectus praetorio, inde ut videtur Didius Iulianus eum tertium praefectum praetorio fecit *vit. Did. Iul. 7, 5.*
362 VETVRIVS PACCIANVS clarissimus vir (συνκλητικός), statua honoratus Epidauri Ἐφημερὶς ἀρχαιολ. *1883 p. 89 n. 27.*
363 VET(VRIVS) PVBLILIVS POTITVS clarissimus vir (*expectaveris* clarissimus puer), qui vixit paullo plus annis XIII *t. sarcophagi, qui plebeiam indolem prae se fert et videtur esse christianus VI 1537 cf. add. p. 3142.*
364 VETVRIVS VETVRIANVS. *Tituli Lambaesitani VIII 2614 (1). 2634 (2).* Vir clarissimus *t. 1. 2.* Legatus trium Augustorum *(Valeriani Gallieni Valeriani)* pro pr. provinciae Numidiae *(anno 253, ut colligitur ex v. 9, collata n. 2482) t. 2. Fortasse ab eodem positus t. Lambaesitanus VIII S. 18245 (male descriptus). Cf. etiam supra n. 210.*
— .... ARRIANVS APER VETVRIVS [S]EVERVS.
— *APPIA VETVRIA AIRVLA COECIVA SABINILLA.
364ª Veturia Astilia, femina ut videtur dives temporibus Severi: servi eius *coll. leg. Mos. et Rom. 12, 7, 6.*
365 VETVRIA GRATILLA THAIS clarissima femina *IX 5415.*
365ª (Veturia) Sabina: *eius libertus* L. Veturius Sabinae lib. Abascantus *VI 28731. Videndum num fuerit femina nobilis.*
366 Veturia Vera *fistula plumbea, originis ut videtur urbanae, ap. Lancianium syll. aq. n. 519. Fortasse femina nobilis.*
— Antistius Vetus.
— ANTISTIVS VETVS.
— C. ANTISTIVS VETVS.
— L. ANTISTIVS VETVS.
— CAL. VET(VS?).
— SEX. CARMINIVS VETVS.
— Q. VEI ... V[E]TVS *(v. supra n. 210).*
— Q. Porcius Vetustinus.



Digitized by Google

367 Vezinas, Dacus, post Decebalum primo apud suos loco, ab Iuliano Domitiani duce apud Tapas victus *Dio 67, 10.*

— Iulius Viator.

368 Vibennius Rufinus (Vivenn- *cod.*), praefectus alae, a. 69 praesidium agebat Atriae *Tac. h. 3, 12.*

369 *PP. ELLVS VIBIANVS *(nomen male exceptum)* [leg.] pr. pr. *(provinciae Cappadociae ut puto, nam ad eam videtur locus pertinuisse; post nomen traditur* pr. pr. vinc. ro. pont., *ubi vere vocabulum Ponti subesse vix crediderim)* sub Maximino *t. semel saec. XVI descriptus inter Halym et Amasiam III 308. Fortasse eiusdem legati nomen erasum III S. 6952.*

370 Vibianus (Vivianus *paene constanter,* Bibianus *Dig. 19, 5, 17 cod. Flor.*), auctor iuris *Collat. leg. Mos. 12, 7, 8, Dig. 6, 4, 35, 9 et alibi (fragmenta composuit Lenel palingen. iuris Rom. II 1225 seq.).*

— Ti. Cl(audius) Vibianus Tertullus.

— SEX. COCCEIVS VIBIANVS.

371 P. Vibidius Atticus, procurator vicesimae libertatis, sacrum fecit Minervae in agro Placentino *XI 1308.*

372 VIBIDIVS VIRRO (Varro *traditur, correxit Dittenberger eph. ep. 1 p. 109*), inter eos quos senatu movit aut sponte cedere passus est Tiberius a. p. Chr. 17 *Tac. a. 2, 48. Fortasse idem qui sequitur.*

373 Sex. Vibidius Virro *(tria nomina extant CIA. III 603, cognomen tantum 875),* statua honoratus ab Atheniensibus *CIA. III 603.* Pater virginis Vestalis (eius quae sequitur) *ib. 875. — Ex eius gente vel etiam is ipse* Sex. .... Virro *(gentilicium excidit in codice),* L. f., qui a. 745 pro tribu Sergia primus scivit *Frontin. aq. 129.*

374 Vibidia, Sex. Vibidii Virronis *(eius qui praecedit)* [filia] *CIAtt. III 875 (ubi cognomen patris tantum extat; praenomen patris firmat titulus liberti VI 28768),* virgo Vestalis *VI 28768; CIAtt. 875,* statua honorata ab Atheniensibus *CIAtt. l. c.;* a. 48 virgo Vestalis maxima *Tac. a. 11, 32 cf. 34.*

375 Vibilius, Hermundurorum rex; eo auctore non multo post a. 18 Catualda regno Sueborum pulsus *Tac. a. 2, 63,* item circa a. 50 Vannius *ib. 12, 29.*

375ª Vibius Aiacianus, dominus praediorum suburbanorum ut videtur *tegulae XV 1503. 1504 (quas temporibus Hadriani factas putat Dressel).*

376 IMP. CAES. C. VIBIVS AFINIVS GALLVS VELDVMNIANVS VOLVSIANVS AVG. *Tituli ipsi positi: urbanus VI 1105, Comensis, ap. Dessau inscr. sel. 524,* Spoletinus *XI 4780, Picenus IX 5431, Noricus III 4741, Dalmaticus III S. 12729, Hispanus II 4787, Volubilitanus Mauretaniae Bull. du Comité 1891 p. 139 n. 5; praeterea multi ipsi et patri communes, vide sub patre.*

Volusianus *scriptores* (Βουλουσιανός *Graeci nonnulli, cf. Müller fr. hist. Gr. IV p. 598 fr. 150 not.*), *item nummi nonnulli ipsi et patri*

Digitized by Google

*communes (ap. Eckhel 7, 367, Cohen ed. 2 t. 5 p. 262 seq.), praeterea tituli fastique in indicandis consulatibus a 252. 253;* C. Vib. *vel* Vibius Volusianus *nummi plerique; plene* C. Vibius Afinius Gallus Veldumnianus Volusianus *t. Comensis (cf. supra), t. Spoletinus, item paene plene t. urbanus, eademque nomina sed modo tempore truncata modo a quadratario corrupta alibi passim* (L. *pro* C. *miliarius Sardus Eph. 8, 773,* Gaius *perscr. III S. 10624;* Vivi- *pro* Vibi- *milliarii Dacicus III S. 8061, Cappadocici III S. 6919. 12196,* Bibi- *pro* Vibi- *miliarius Sardus;* Gallus *om. VIII 10320,* Afinius Gallus *om. III S. 6919. 12196;* Velduminian- *pro* Veldumnian- *III S. 6919,* Ve[l]dominian- *III S. 8061,* Veldumian- *II 4787, VIII 10148. 10252. 10422, Eph. ep. 7, 622, Bull. du comité 1891 p. 139, papyrus Aegyptiaca Samml. Erzherz. Rainer II. III 1887 p. 27,* Valdumian- *VIII 10323. 10423,* Voldumian- *VIII 10213. 10383, Mél. d'arch. 1894 p. 523,* Voldummian- *VIII 10320,* Veldumin- *III 4741,* Veldumi- *VIII 10249;* Volussian- *miliarii Africani permulti;* L. *ante* Volusian- *in miliario Dacico III S. 8061 minus recte legit Torma*). — C. V. Af. Gal. Vend. *(sic)* Volusianus *nummi non multi, in Oriente ut videtur cusi, ap. Eckhel 7, 368. 369, Cohen ed. 2 t. 5 p. 267 seq. n. 5. 52. 56. 61 cet.,* Γ. l. Ἀφ. Γαλ. Βελδ. Βολοσιαν. *nummus Nicomediensis ap. Mionnet II 478, 368,* Γ. Οὐ. Ἀφ. Γάλλος Οὐε. Οὐολουσιανός *nummus Anazarbi ap. Mionnet suppl. VII 79, 122,* Γ. Οὐι. Ἀφε. Γαλ. Οὐολοσιανός *vel* Οὐολοσσιανός *nummi Tarsenses ap. Mionnet III 654, 602, Imhoof Zeitschr. f. Num. 3, 1876 p. 341,* Γ. Ἀφ. Γαλ. Β. Βολουσιανός *nummi Alexandrini ap. Mionnet VI 442, 3192 seq., Feuardent coll. Demetrio II p. 228, Brit. Mus. Alexandr. p. 275,* Γ. Ἀφιν. Γαλ. Οὐενδ. *(sic)* Οὐολουσσιανός *nummi Antiocheni, ap. Eckhel 7, 369, Mionnet V 214, 513. suppl. VIII 139, 84.* — Afinius Volusianus (Voluss- *vel* Volss-) *reliquis omissis miliarii Africani Bull. du comité 1889 p. 267, Mél. d'arch. 1894 p. 416;* C. Volusianus *dicitur esse in miliario Britannico Eph. ep. 7, 1105;* Vib. Asini. Volussia. *nummi Coclensium Chersonesi Thracicae, ap. Cohen t. 5 p. 281 n. 148. 149;* C. Vib. Afen. Volussianus *nummi Antiochensium in Pisidia, ib. p. 282 n. 161. 163. — Trebonii vel Treboniani nomen Volusiano tribuunt nummi Neapolis Samariae ap. Mionnet V 511, 142. 143, suppl. VIII 353, 94–96* (*sic:* Γ. Οὐιβ. Τρεβ. *vel* Τριβ. Οὐολουσιανός) *et t. Dalmaticus III S. 12729* (*sic:* G. Vibius Traebon. Veldum. Volusianus).

Filius imp. Caesaris C. Vibii Treboniani Galli (uxorisque huius Afiniae Geminae *cf. XI 1927, a qua Afinii nomen, nepos ut videtur Vibii Veldumniani, a quo Veldumniani cognomen traxit*) *Victor Caes. 30, epit. 30, Eutrop. 9, 5, Zosim. 1, 24 (a nonnullis scriptoribus Gallum dici Volusianum tamquam unus esset, ab aliis distingui Volusianum a Gallo tamquam huius filium narrat Zonar. 12, 21)* (filius Decii *Syncellus p. 705. 715 errore*). Caesar appellatus (a. 251) a patre

*Zonar. 12, 21*, a senatu *Vict. Caes. 30.* Caesar *nummi ap. Eckhel 7, 367, Cohen ed. 2 t. 5 p. 269 seq. n. 31. 47. 73. 76. 98–100. 103. 111. 123. 141.* A patre collega imperii adsumptus *Zosim. 1, 24*, cum patre imperator factus *Eutrop. 9, 5 cf. Vict. epit. 30.* Collega patris in imperio (imp. Caesar *et* Augustus) *nummi, tituli.* Consul ord. a. 252 cum patre II *fasti.* Tr. p. II, cos. *t. Comensis, t. Volubilitanus, t. Hispani II 4787. 4859; nummus ap. Eckhel 7, 367, Cohen p. 265 n. 8.* Consul II ord. a. 253 cum Maximo *fasti.* Trib. potest. IIII *(cf. sub patre, infra p. 427)*, cos. II *t. urbanus; nummi ap. Eckhel 7, 368, Cohen p. 275 n. 91–97* (tr. pot. cos. II *II 4859*). Occisus una cum patre *Victor Caes. 31, epit. 31, Eutrop. 9, 5, Zosim. 1, 28, Zonar. 12, 21.* — Nomen erasum *XIV 42.* — Divus Volusianus *XI 4999.*

377 M'. VIBIVS BALBINVS M'. f., tribu Vel.; tribunus militum, praefectus fabrum, praefectus equitum; quaestor, aedilis plebis, praetor aerarii, legatus divi Aug. et Ti. Caesaris Aug. *(anno igitur p. Chr. 14)*, proconsul provinciae Narbonensis *t. Treiae in Piceno rep. IX 5645.*

377ᵃ Vibius Celer, procurator Augusti (Arabiae ut videtur), legato provinciae C. Allio Fusciano *t. Gerasenus III 118 quem plene nuper demum legit Domaszewskius (cf. CIL. III suppl. add. postr.).*

378 Vibius Cominianus Valerius Pius, maritus Domitiae Domitianae clarissimae feminae *V 5228.*

379 Q. VIBIVS CRISPVS. *Tria nomina CIAtt. III 619, item in fistulis plumbeis (cf. infra); praeterea praenomen confirmatur titulo liberti IX 4881.* Vibius Crispus *Plin. h. n. Tac. Quint. Suet. Dio (de Frontin. cf. infra;* Βέβιος Κρίσπος *Io. Ant., Suidas)*, Crispus *Statius, Martial., Iuv.* — *Errore in scholiis ad Iuv. 4, 81 ad eum relata quae pertinent ad Passienum Crispum, ut monuit Lipsius.*

Vercellis oriundus *Tac. dial. 8* (municeps Viselliensis *schol. cod. Pith. et Sang. ad Iuv. 4, 81*, Placentinus *Valla ex scholiis quae Probi putavit, verum hoc scholiorum loco non de Vibio sed de C. Passieno Crispo agi dudum perspectum est). Fortasse ad eum pertinuit fragmentum Vercellense V 6660, ubi extat* [ho]norib. .. Vibi... . *Libertae eius sepultae Vercellis V 6711, in finitimo agro Novariensi V 6590.* Humili loco natus *Tac. dial. 8. Natus ante a. 13, si quidem octogesimum annum excessit et mortuus est ante a. 93, cf. infra.* Inde ab ineunte aetate foro se dedit *Tac. l. c.;* cuius rei maximos fructus cepit *Tac. dial. 8. 13 cf. h. 2, 10.* Accusationes factitat imperante Nerone *Tac. h. 2, 10 cf. 4, 41. 42.* Anno 60 evicit, ut frater eius Vibius Secundus repetundarum damnatus Italia tantum relegaretur *Tac. a. 14, 28. Consul suffectus videtur fuisse sub Nerone; quem consulatum anno 61 tribuit Borghesius opp. 4, 538 propter proconsulatus tempus quod statuit, cf. infra.* Curator aquarum factus a. 68 *Frontin. aq. 102 (traditur* Albius Crispus). A. 69 Annium Faustum, delatorem fratris sui, ad cognitionem senatus vocat *Tac. h. 2, 10.* A Vitellio ad convivia adhibitus *Dio 65, 2.* In-

eunte anno 70 conviciis laceratus in senatu *Tac. h. 4, 41–43.* Anno 71 desiit esse curator aquarum *Frontin. l. c.* Proconsul Africae *Plin. h. n. 19, 4 (protinus a cura aquarum eum proconsulem factum esse, proconsulem igitur fuisse a. 71/2, coniecit Borghesius opp. 5, 434).* Praecipuum locum tenuit in amicitia Vespasiani *Tac. dial. 8*, item Domitiani *Iuven. 4, 81 seq.* Consul (iterum et) tertio *Statius de bello Germanico, quem locum ex scholiis Iuvenalianis desumptum servavit Valla ad Iuv. 4, 94, ex Valla protulit primus Jahn mus. Rhen. 9, 627. Videtur consul iterum et tertium fuisse suffectus sub Vespasiano vel Domitiano, ante a. 83, siquidem carmen Statii pertinuit ad bellum Germanicum anni 83/4, fortasse consul tertium ipso anno 83, cf. Mommsen Korrespondenzblatt der Westd. Zeitschr. 12, 1893 p. 125.* Mite ingenium eius, mores iucundi *Statius l. c., Iuven. 4, 81 cf. Tac. h. 4, 43* (sed mores eius reprehenduntur *Tac. dial. 8;* 'inter claros magis quam inter bonos' *Tac. h. 2, 10*). Etiam in dicendo 'compositus et iucundus et delectationi natus' *Quintil. 10, 1, 119 cf. 5, 13, 48. 12, 10, 11.* Facete dicta eius *Quint. 5, 13, 48. 8, 5, 15,* de conviviis Vitellii *Dio 65, 2 (Xiph.; cf. praeterea exc. Vat., Dio ed. Dindorf V p. 199; Io. Antioch. fr. 97 Müller; Suidas s. v.* Βιτέλλιος), de Domitiano *Sueton. Domit. 3.* Oratio eius pro Spatale (adversus Galerium Trachalum) *Quint. 8, 5, 17 cf. 19.* 'Privatis causis quam publicis melior' *Quint. 10, 1, 119.* — Octogesimum annum excessit *Iuvenal. 4, 92.* Defunctus cum Quintilianus edidit oratorias institutiones *(circa a. 93) Quint. or. 10, 1, 119.* Divitiae eius *Tac. dial. 8 cf. h. 2, 10; Martial. 4, 54, 7 (nam vix alius Crispus intellegitur).* Liberalitas eius *Martial. 12, 36, 9. Hic ut videtur* Q. Vibius Crispus *t. rep. in suburbano Atheniensi CIA. III 619. Eius nomine inscriptae fistulae aquariae rep. ut videtur in urbe Roma, ap. Lancianium syll. aq. n. 590. 591. Huius et fratris (L. Vibii Secundi, cf. infra) servus* Florus Vibiorum Crispi et Sec[undi] *VIII S. 21195 (Caesareae Mauretaniae), item fortasse* Victor Vibiorum servus *VIII 5866 (Sigus).* Liberti et libertae eius *V 6590. 6711. IX 4881.*

— Q. VIBIVS EGNATIVS SVLPICIVS PRISCVS *v.* Q. Virius Egnatius *cet.*

— M. ACILIVS VIBIVS FAVSTINVS.

380 L. Vibius Fortunatus, haruspex Augusti, magister a studiis, procurator ducenarius stationis hereditatium *t. agri Falerni X 4721.*

381 Vibius Fronto, praefectus equitum in Cilicia; ab eo Vonones rex, qui fugerat, in ripa fluminis Pyrami adprehensus et in vincula coniectus *Tac. a. 2, 68.*

382 Vibius Gallus, rhetor, cuius declamationes memorat Seneca *contr. 2, 1, 25 et alibi passim (cf. Kiessling ind. p. 556). — Non huc pertinet* Sex. Vibius Gallus, praefectus castrorum legionis decimae tertiae Geminae *III S. 6984.*

383 C. Vibius Gallus Proculeianus, C. f., L. n., tribu Tro. *(scilicet Perusinus)*, honoribus Perusiae functus, iudex de quinque decuriis: ei statua posita a. 205 a Vibio Veldumniano nepote *t. Perusinus XI 1926. Proavus videtur fuisse C. Vibii Treboniani Galli Augusti, abavus C. Vibii Afinii Galli Veldumniani Volusiani Augusti, cf. infra sub C. Vibio Treboniano Gallo et Vibio Veldumniano, item stemma adiectum ad XI 1926.*

384 A. VIBIVS HABITVS, C. f., C. n. *fasti Cap.*, consul suff. a. p. Chr. 8 ex k. Iul. cum L. Apronio *fasti Cap.; VI 21383. Idem ut puto* (Αὖλος Βίβιος Ἄβιτος), frater C. Vibii Postumi *(consulis ut videtur a. p. Chr. 5)*, statua honoratus Tei *Lebas 3, 103 (melius quam CIG. 3084).*

385 M. VIBIVS LIBERALIS consul suff. a. 166 mens. Mart. Apr. cum P. Martio Vero *dipl. mil. (III S. p. 1991); t. Perusinus XI 1924. — Multo antiquior* M. Vibius Liberalis *X 8047, 19 (Pompeiis).*

386 C. VIBIVS LIBO consul suff. a. p. Chr. 16 cum C. Pompeio Graecina *(rectius Pomponio Graecino) fasti Antiates CIL. I ed. 2 p. 72 = X 6639. Videtur Libonis cognomen errore ad hunc Vibium translatum, e versu superiore, ubi addi debuit L. Scribonii nomini, et significari C. Vibius Rufus, cf. infra n. 396.*

387 P. Vibius Marianus, P. f., Dertona oriundus, post varias militias equestres procurator et praeses provinciae Sardiniae, egregiae memoriae vir; maritus Reginiae Maximae; pater Vibiae Mariae Maximae clarissimae feminae; conditus prope Romam ad miliarium quintum viae Cassiae *VI 1636.*

388 C. VIBIVS MARSVS. *Tituli: Africanus VIII 10568 (1); memoratur in Tiburtino XIV 3607 (2). Nummi Uticensium, ap. Mueller Numism. de l'ancienne Afrique II p. 160. 161 n. 355–373. — Tria nomina in nummis et in fastis Antiatibus, item t. 1;* Μάρσος *Ioseph.*, Vibius Marsus *Tac., cf. t. 2.*

Consul suff. a. p. Chr. 17 cum L. Voluseio Proculo *fasti Antiates (CIL. I ed. 2 p. 72), fasti fratr. Arv. (ib. p. 70).* Legatus Germanici in Oriente, a. 19 defuncto eo regimen Syriae ambit, sed cedit Sentio Saturnino quippe seniori *Tac. a. 2, 74.* Romam redit cum Agrippina *ib. c. 79.* A. 26 sententiam dicit in senatu *ib. 4, 56.* Proconsul Africae *t. 1, nummi*, per annos tres *t. 1, nummi ap. Mueller n. 359 seq. 368 seq. (secundus annus memoratur in nummis n. 355 seq.)*, ab a. 27 ad a. 30 *t. 1.* A. 37 maiestatis accusatus, periculum evasit morte Tiberii *Tac. a. 6, 47. 48.* Legatus provinciae Syriae *Tac. a. 11, 10*, successor P. Petronii (circa a. 42) *Ioseph. ant. 19, 6, 4.* Inimicitia inter eum et Agrippam regem *ib. 19, 7, 2; 8, 1; 9, 2. 20, 1, 1.* Paullo post mortem Agrippae *(certe ante annum 47/8, cf. supra sub C. Cassio Longino)* revocatus a Claudio, inque locum eius missus Cassius Longinus *Ioseph. 20, 1, 1.* — Maritus ut videtur Laeliae, pater Vibiae, socer P. Plautii Pulchri *t. 2.* — Studiis illustris *Tac. a.*

Digitized by Google

*6, 47 (huius Marsi, non Domitii Amazonida tangi a Martiale 4, 29, 8 putat Nipperdey ad Tac. l. c.).*

389 C. Vibius Maximus *(sic dipl. mil. et III 38,* Vibius Maximus *Martial., Plinii cod. Ashburnh. ad ep. 3, 2 in indice,* Viuius Maximus *traditur ap. Statium silv. 4, 7 inscr.*, Maximus Vinius *Stat. silv. 4 praef., utroque loco* Maximus Iunius *vulgata, correxit Nohl Herm. 12, 517).*

Amicus Statii, qui eius iudicio Thebaida suam antequam ederetur commisit Stat. *silv. 4, 7, 25,* et qui epistulam ad eum de editione Thebaidos publicavit *silv. 4 praef.* Praefectus alae in Syria *ib. 4, 7, 46 seq. (videtur alam rexisse ante cohortem).* A. 93 praefectus cohortis III Alpinorum in Dalmatia *dipl. mil. (III p. 859).* Ad eum in Dalmatia degentem Statius dedit carmen *silv. 4, 7 cf. praef. et v. 14.* Ad eum in urbe degentem a. 96 Martialis dedit epigramma *11, 106. (Fortasse hic* Maximus, ad quem *Martialis 1, 7; omnino diversus, is ad quem Martial. 1, 69. 2, 18 cet.)* Ab eo circa a. 101 Plinius petit, ut dignitati Maturi Arriani aliquid adstruat 'quod sit splendidum nec molestum' *Plin. ep. 3, 2 (fortasse iam tunc in Aegyptum destinatus erat; successor potest fuisse in Aegypto Pompeii Plantae).* A. 104 (mense Febr.) praefectus Aegypti *III 38. Fortasse hic* Maximus praefectus Aegypti *pap. nunc Berolinensis, Urk. n. 329. Successit ei aut a. 104 aut a. 105 C. Minicius Italus, cf. sub hoc.* — Gener (potius quam filius) viri qui Domitiani bello Sarmatico comes fuerat *Stat. silv. 4, 7, 50.* Filius eius parvulus *Stat. silv. 4, 7, 29 seq.* Eloquentia eius *Stat. silv. 4 praef.* Historiam scripsit vel certe scribere aggressus est *ib. 4, 7, 54 seq.*

390 C. VIBIVS MAXIMVS EGRILIANVS, C. f., laticlavius, vixit annis XXVIIII mens. XI *VI 1538.*

391 VIBIVS PASSIENVS (*pro* uibi- *traditur* uiui-) proconsul Africae temporibus Gallieni, auctor Afris Celsum imperatorem appellandi *trig. tyr. 29, 1.*

392 C. VIBIVS POSTVMVS. *Tria nomina t. Larinas IX 730, t. Samius (cf. infra), t. Teius Lebas 3, 103, item* Γ[άιος Οὐ]ίβιος Πόστομος *t. Magnesiae rep. ath. Mitth. 1894 p. 25;* Vibius [quib. ius *pro* que uibius *apographum Amerbachianum*, quibus iulius *editio princeps*] Postumus *Velleius,* Ποστούμιος *Dio. In consulatu* C. Vibius Postumus (Postim- *fasti Cap.*) *fasti Cap.; VI 813. XII 2574*, C. Vib. *I 750. 751.* — C. f. *fasti Cap., t. Larinas*, C. n. *fasti Cap.*

Praetor, proconsul *t. Larinas IX 730.* Consul suff. a. 758 = p. Chr. 5 ex kal. Iul. cum C. Ateio Capitone *fasti Cap., cf. praeterea supra.* Vir consularis *Vell. 2, 116.* Praepositus Dalmatiae *ib.*, ultimam bello Dalmatico manum imposuit, a. p. Chr. 9 *Dio 56, 15 cf. Vell. l. c., Florus 2, 25.* Ornamentis triumphalibus ornatus *Vell. l. c.* Proconsul Asiae per triennium *t. Samius Bull. de corr. hellén. 1884 p. 467, ab anno fere 13 ad a. 16, ut recte videntur statuisse Diehl et Holleaux l. c. (Pro-*

*consulem Asiae huius nominis invenisse sibi visus est Waddington ad Lebas 3, 103 in nummis Laodiceenorum Phrygiae, ap. Mionnet VI 319, 719. 720 cusis imperante Nerone, et Agrippina florente, inscriptis* Γαίου Ποστόμου Λαοδικέων, *ut Postumus Asiam rexerit inter annos 54 et 59, sed dubito num recte, cum neque* ἐπὶ *neque* ἀνθυπάτου *vocabulum ad Postumi nomen adiectum sit; et omisit ipse Waddingtonius in fastis proconsulum Asiae.)* Fratres eius A. Vibius Habitus *(consul suff. a. p. Chr. 8)* et Q. Modius *(hic sine dubio uterinus)*, propter eius ut videtur merita statuis honorati ille Tei *Lebas 3, 103*, hic Magnesiae ad Maeandrum *athen. Mitth. 1894 p. 25.*

393 T. Vibius Postumus (*vel* -ius) Terentia[nus] *fistula plumbea urbana, ap. Lancianium syll. aqu. n. 270. 271. Cf. supra sub Postumio Terentiano.*

394 Vibius Rufinus, cuius scripta adhibuit Plinius in historiae naturalis libris de arboribus floribus herbis *Plin. h. n. 1, 14. 15. 19. 21. 22. Fortasse idem qui sequitur. — Plane incertum num huc pertineat* Rufinus, qui Ovidium relegatum epistula solatus est *Ovid. ex P. 1, 3, 8. 93,* et cui hic misit carmen quod scripserat de triumpho Tiberii *ib. 3, 4, 3 seq.*

395 C. VIBIVS RVFINVS. *Tituli: Moguntiacensis, ap. Klein mus. Rhen. 1880 p. 154 (1); prope Cremonam rep., Notizie degli scavi 1887 p. 209 = inscr. sel. 2283 (2).*

C. f. *VI 1539 (filium eius qui sequitur putat Mommsen Korrespondenzbl. d. Westdeutsch. Zeitschr. 7, 1888 p. 58 not. 2).* Consul suff. cum M. Cocceio Nerva *VI 1539. 9005,* mense Aug. *VI 9005,* post a. p. Chr. 14 *ib. (ante a. 24, si vere collega eius fuit avus imperatoris Nervae, v. supra A 972; Mommsenus Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. 7, 1888 p. 58 collegam putat patrem imperatoris, et Nervam et Rufinum consules fuisse paullo ante annum 43).* Legatus pro pr. Germaniae superioris, a. 43 *t. 1,* a. 45 *t. 2.*

396 C. VIBIVS RVFVS (*sic VI 1237, praeterea* Vibius Rufus), C. f. *VI 1237,* et sella Caesaris dictatoris quam habebat gloriabatur, et quod Ciceronis quondam uxore uteretur, quasi ita orator futurus *Dio 57, 15 (de Terentia non cogitari posse vidit Drumannus 6, 693. 696, putavit cogitari posse de Publilia). Hic videtur* Vibius Rufus, cuius declamationes passim citat *Seneca contr. 1, 1, 12. 1, 2, 21. 23 cet. (cf. index Kiesslingi p. 556;* sordide dixit *1, 2, 21. 23. 9, 2, 25,* vituperatus a Cestio Pio *9, 6, 13,* laudatus ab Asinio Pollione *9, 2, 25).* Consul *Dio l. c. Consul videtur fuisse suffectus a. p. Chr. 16, ad quem annum et memorat consulatum eius Dio, et C. Vibium aliquem, Libonem quidem dictum, sed errore ut videtur, consulem suffectum cum C. Pompeio Graecina habent fasti Antiates (CIL. I ed. 2 p. 72), cf. supra sub C. Vibio Libone.* Curator riparum et alvei Tiberis, primus in collegio *cippi urbani VI 1237. 31544 (positi ut videtur ante a. 24, cf. CIL. VI p. 266). — Vix huc pertinent Vibii Rufi Tusculani, XIV 2590 cf. 2556 seq.*

Digitized by Google

397 C. Vibius Salutaris. *Ipse posuit Ephesi III 6065 = Greek inscr. in the Brit. Museum III n. DXCIV p. 217 (1). Ad eum pertinet t. Ephesius, quem ed. et tractavit Hicks Greek inscriptions l. c. n. CCCCLXXXXI p. 117 seq. (2). Frustulum Ephesi rep. III S. 7119 (3).* — .. [V]ibius Salutaris *t. 1 v. 3*, Γ. Οὐείβιος .... *ib. v. 12*, Γάιος Οὐείβιος Σαλουτάριος *t. 2 v. 227. 322*, Οὐείβιος Σαλουτάριος *ib. v. 310*, Οὐίβι[ος Σαλ]ουτάριος *ib. v. 14*, Σαλουτάριος *v. 203 et alibi.* — C. f. *t. 1. 2 v. 227. 322.* Tribu Ouf. (Ὠφεντείνα *t. 2 v. 227*, Οὐωφεντείνα *ib. v. 322*, Vof. *t. 1. 3*) *t. 1. 2. 3.* Eques Romanus (ἀνὴρ ἱππικῆς τά[ξε]ος γένει) *t. 2 v. 14.* Promagistro portuum provinciae Siciliae, item promagistro frumenti mancipalis *t. 1.* Praefectus cohortis Asturum et Callaecorum, tribunus mil. legionis XXII Primigeniae *ib.* Subprocurator provinciae Mauretaniae Tingitanae, item provinciae Belgicae *ib. (plerisque his muneribus functus esse putandus est sub Domitiano).* Civis et senator Ephesi *t. 2 v. 17.* Dona quae dedit Ephesiis et Dianae Ephesiorum *t. 1. 2*, anno 104 *t. 2 v. 318.*

398 L. Vibius Secundus *(praenomen ex VIII 9508, cf. infra)*, frater Q. Vibii Crispi, eques Romanus; procurator Mauretaniae, exeunte a. 60 repetundarum accusatus et Italia pulsus *Tac. a. 14, 28.* Accusator eius damnatus a. 69 *Tac. h. 2, 10. Videtur igitur restitutus esse a Galba. Huius et fratris servus Caesareae Mauretaniae sepultus* Florus Vibiorum Crispi et Sec[undi] *VIII S. 21195, item huius servus ibidem sepultus* Philo L. Vibi Secundi vern. *VIII 9508. Videtur igitur in provincia quam rexerat domum vel certe servitia habuisse.* — *Vix huc pertinet* C. Vibius Secundus *Wilmanns 2096 (in agro Narniensi); alius eiusdem nominis X 826 (Pompeiis).*

— T. SEXTIVS ... M. VIBIVS *OVE..... SECVNDVS LVC..... VESTINVS.

399 (C.?) VIBIVS SERENVS. (Vibius Serenus *Tac. a. 4, 13. 28*, C. Livius *et postea* Livius traditur *Tac. a. 2, 30*), a. 16 Drusum Libonem accusavit *Tac. a. 2, 30.* Ob hanc rem nullum praemium sibi contigisse conqueritur missis ad Tiberium litteris *ib. 4, 29.* Proconsul Hispaniae citerioris *(anno ut videtur 21/2)*; inde (a. 23) de vi publica damnatus, ob atrocitatem morum in insulam Amorgum deportatur *ib. 4, 13.* A. 24 defertur a filio insidias struxisse Tiberio, in Galliam misisse concitores belli; cum capitis damnaretur, intercessit Tiberius; ita Amorgum reportatur *ib. 4, 28–30.*

400 (N.?) VIBIVS SERENVS *(praenomen ex t. urbano, cf. infra)*, filius eius qui praecedit, a. 24 patrem accusavit *Tac. a. 4, 28 (cf. sub eo qui praecedit)*, a. 25 fictis criminibus Fonteium Capitonem proconsulem Africae petivit *ib. c. 38.* Fortasse huius N. Vibi Sereni tonsor *t. urbanus VI 9938.*

401 Vibius Severus *(sic codex olim Riccardianus in indice ad ep. 4, 28*, Vivius Severus *idem ad 3, 18*, Iubius Severus *cod. Flor. ep. 4, 28 praescr.*, Curius Severus *idem 3, 18; in reliquis Plinii codicibus*

*cognomen tantum)*, amicus Plinii, ad quem dedit *ep. 3, 18. 4, 28.* Municeps Corneli Nepotis et Titi Cati *(Insuber igitur, fortasse Mediolano oriundus) 4, 28.* Studia amat et studiosos *4, 28, 2 cf. 3, 18, 11. Fortasse ab hoc partem nominum traxit* C. Oppius Sabinus Iulius Nepos M'. Vibius Sollemnis Severus consul sub Hadriano *IX 5833 (cf. O 78). Incertum num parentela cum eo coniunctus is qui sequitur.*

402 Vibius Severus, cognatus Domitiae Domitianae clarissimae feminae, frater Vibii Cominiani Valerii Pii *V 5228.*

— C. OPPIVS SABINVS IVLIVS NEPOS M'. VIBIVS SOLLEMNIS SEVERVS.

403 IMP. CAES. C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG. *Tituli: Perusinus XI 1927 privati; imperatoris urbanus VI 1103, Albensis IX 3916, Perusinus XI 1928, Dalmatici III 3122. III S. 12728, Pannonicus III 4270, Aegyptiacus vernacula Aegyptiorum lingua conscriptus, quem memorat Hess Zeitschr. für ägypt. Sprache 26, 1888 p. 69; ipsius et filii urbanus VI 1104, Ostiensis XIV 42, Britannici VII 949. 949ᵃ, Pannonicus III S. 10624, Asiaticus CIG. 3181. Miliarii eius et filii nomine inscripti: Sardus Eph. ep. 8, 773, Subalpinus V 8075, Helvetici XII 5518. 5538, Hispanus II 4859, Britannici VII 1148. 1182, Eph. ep, 7, 1105, Noricus III 5729, Pannonici III S. 11330. 11344, Dacicus III S. 8061, Cappadocici III S. 6919. 12182. 12196, Africani VIII 10046 aliique permulti (cf. ind. p. 1050, praeterea Eph. ep. 5, 1093. 7, 622. 628, Bull. arch. du comité des travaux hist. 1889 p. 267, 1893 p. 187, Mél. d'arch. et d'hist. de l'éc. fr. de Rome 1894 p. 416. 523. 575).*

Vibius Gallus *XI 1927 (t. ad privatum adhuc pertinens), item Victor epit. 30,* Gallus *scriptores plerique, item tituli nummique nonnulli (in his nummi ipsi et filio communes, ap. Eckhel 7, 356, Cohen ed. 2 t. 5 p. 265 n. 8), item mentiones consulatus anni 252;* Gallus Hostilianus *Eutrop. 9, 5, Oros. 7, 21 (a nonnullis scriptoribus Gallo tribui etiam Volusiani nomen narrat Zonaras 12, 21, cf. sub C. Vibio Afinio Volusiano;* Γάιος Γάλλος *chron. Pasch. p. 505); plene* C. Vibius Trebonianus Gallus *tituli plerique, item papyrus Aegyptiaca nunc Vindobonensis Samml. Erzh. Rainer II. III 1887 p. 27, item sic vel* C. Vib. Treb. Gallus *nummi plerique* (L. Vib. Treb. Gallus *nummi nonnulli Damasceni ap. Cohen t. 5 p. 257 n. 168. 175,* C. Vibius Gallus *Eph. ep. 7, 1105,* C. Vib. Gallus *nummus Apameae Bithyniae ap. Cohen l. c. p. 255 n. 49,* C. Trebon. Gallus *alius ib. n. 150,* C. Trebonius Gallus *alius Greek coins in the Brit. Mus. Pontus Paphl. Bithyn. cet. p. 115 n. 41;* C. Vibius Trebonius Gallus *VIII 10249. 10422. 10423;* Trabonian- *scriptum est III S. 8061).*

*Oriundus sine dubio Perusia, ubi uxori eius adhuc privati dedicatus est t. XI 1927, et ubi patris quoque memoria extat, cf. infra (ab eo ut videtur Perusia appellata* colonia Vibia Augusta *XI 1930). Filius videtur Vibii Veldumniani, qui anno 205 Perusiae statuam dedicavit avo (XI 1926), quippe cum Veldumniani nomen in ipsius filio redeat, pro-*

*nepos C. Vibii Galli Proculeiani (ib.).* 'Creatus in insula Meninge quae nunc Girba dicitur' *Vict. epit. 31, quod sive ad locum quo genitus sive ad eum quo imperator creatus est referas, falsum esse videtur.* Natus a. circiter 207, quippe 'anno aetatis septimo circiter et quadragesimo caesus' a. 253 *Vict. epit. 31* (natus a. 191 *chr. Pasch. p. 505*). Clarissimus vir *XI 1927,* ordinis senatorii *Zonar. 12, 20.* Consul (suff. a. inc.) *Syncellus p. 705* (πάλαι γενόμενος ὕπατος) *(consulatum anni 252 plerique testes secundum perhibent).* Imperante Decio legatus ut videtur Moesiae ('dux' *et paullo post* 'dux limitis' *Jordanes*) Gothos, qui in Moesiam inruperant, a Novarum obsidione removit *Jordanes Get. 18, 101.* A Decio iubetur barbaros transitu *(Danuvii)* arcere *Zosim. 1, 23, Zonar. 12, 20 cf. Jordan. 18, 102.* Eius proditione factum ut Decius dimicans cum Gothis periret *Zosim. l. c., Zonar. l. c., Cedrenus I p. 453 Bonn.* Mortuo Decio imperator factus *Eutrop. 9, 5,* cum filio *Eutrop.,* (filium Caesarem appellavit *Zonar. 12, 21,* filium collegam imperii adsumpsit *Zosim. 1, 24),* ab exercitu imperator creatus cum Volusiano *Syncell. p. 705,* a senatu imperator appellatus *Vict. Caes. 30.* Tr. pot., cos. *nummus ap. Eckhel 7, 354, Cohen p. 248 n. 91 ex Bandurio.* Consul II a. 252 ord. cum Volusiano filio *fasti.* Tr. p. II, cos. II *IX 3916; nummi ap. Eckhel 7, 356, Cohen p. 249 n. 97* (tr. p., cos. II *II 4859. III S. 11344. XII 5538; nummus ap. Eckhel 7, 355, Cohen p. 265 n. 8;* tr. p. II, cos. II *III 4270;* tr. p. II, cos. des. ... *XI 1928*). Tr. p. III, cos. II *nummi ap. Eckhel 7, 356 (neque ipsi neque recentioribus nummorum descriptoribus visi).* Tr. p. IIII, cos. II *VI 1104; nummi ap. Eckhel 7, 356, Cohen p. 248 n. 92–96 (propter hunc titulum hosque nummos Eckhelius 7, 363 imperium Galli extendere studuit in annum 254; sed post repertum titulum Africanum VIII 2482 dubitari iam non potest, quin Gallus vivere desierit aliquanto ante mensem Oct. a. 253; cf. quae exposui ad inscr. sel. 525). Nummi Alexandrini tam ipsius quam filii ex tertio tantum eorum anno superesse videntur, cf. Sallet alex. Kaisermünzen p. 68 (unum tamen ipsius ex anno secundo, inter multos ex anno tertio, habet Feuardent coll. Demetrio II p. 228 n. 2935).* Profectus contra Aemilianum, qui in Moesia imperator appellatus Italiam invaserat, occiditur a suis *Victor Caes. 31, epit. 31, Eutrop. 9, 5, Oros. 7, 21, Zosimus 1, 28, Io. Antioch. fr. 150 (ap. Müller fr. hist. Gr. IV p. 598), Zonar. 12, 21,* apud Interamnam *Victor Caes. l. c., epit. l. c., Eutrop. l. c.,* in foro Flaminio *chronogr. anni 354, Euseb. ad a. Abr. 2272, Syncell. p. 706 (utrumque respicit Hieronymus chron. ad a. 2270)* (ab uxore occisus per quietem *Cedrenus I p. 453 Bonn.; idem de Mario imperatore narraverat Malalas, cf. Herm. 6 p. 368),* non conpleto biennio imperii *Euseb. h. eccl. 7, 10, Eutrop. 9, 5 cf. Victor Caes. 31, Iordan. Get. 19, 106,* postquam imperavit menses XVIII *Dexippus ap. Syncellum p. 706 (ubi additur, ab aliis duos, ab aliis tres annos*

Digitized by Google

*ei tribui)* (annum I menses IV *Niceph. Call. h. eccl. 5, 33*), annos II mens. IV *Hieronym. chron.*, annos II mens. IV dies IX *chronogr. anni 354 (ap. Mommsen chron. min. I p. 148)*, annos II mens. VI *Eusebius chron.*, annos II mens. VIII *Zonar.*, *Cedrenus*, non completo triennio *Ioannes Antioch.*, annos III *chron. Pasch. p. 505.* Nomen erasum *XIV 42.* Uxor: Afinia Gemina Baebiana *XI 1927 (defuncta sine dubio vel repudiata, antequam imperator crearetur).* Filius: C. Vibius Afinius Gallus Veldumnianus Volusianus *(supra n. 376).*

404 C. Vibius Varus (pater *vocabulum fortasse adiectum ad distinguendum cum a iuniore aliquo eiusdem nominis; sed potest etiam significari Caesium Macrinum fuisse filium eius*), alicubi in Histria fana Fortunae et Histriae inchoavit quae postea Q. Caesius Macrinus perfecit *V 308. 309. Fortasse ex gente quattuorviri monetalis a. 716 (Eckhel 5, 341 cf. Mommsen Gesch. d. röm. Münzw. p. 741). — Incertum utrum huc pertineant* T. Vibius Varus, C. f. *X 8148 p. 1006 = Eph. ep. 8, 314,* Q. Vibius Varus, C. f. *XII 5756;* (Vibius) Varus *XII 5233;* L. Vibius Varus .... fianus, L. f., tribu Rom. *Bull. de corr. hellén. 1887 p. 93.*

405 T. VIBIVS VARVS. T. Vivius Varus *V 4324*, Vibius Varus *Dig. 22, 5, 3, 1. In consulatu* T. Vibius Varus *X 5864. VI 31142 = Annali 1885 p. 244, item dipl. mil.*, T. Vibius Barus *VI 162 (certe sic unus alterve ex descriptoribus)*, Vibius Varus *IX 1617, item papyrus Lat. eph. ep. 7, p. 458, plerumque* Varus. Legatus provinciae Ciliciae imperante Hadriano *Dig. 22, 5, 3, 1.* Consul ord. a. 134 cum L. Iulio Urso Serviano III *fasti*, deinde cum T. Haterio Nepote *dipl. mil. (III p. 877).* Consularis *t. Brixianus V 4324.* Sororis eius filia Baebia Nigrina *ib. Incertum qua parentela coniunctus cum Ti. Clodio Vibio Varo consule a. 160.*

— TI. CLODIVS VIBIVS VARVS.

— C. IVLIVS LVPVS T. VIBIVS VARVS LAEVILLVS.

— A. IVLIVS POMPILIVS PISO T. VIBIVS [VARVS] LAEVILLVS.

406 Vibius Veldumnianus, avo C. Vibio Gallo Proculeiano statuam dedicavit Perusiae, ob cuius dedicationem decurionibus et plebei Perusinis sportulas divisit, a. 205 *XI 1926. Sine dubio ex eius gente Vibius Gallus imperator huiusque filius Vibius Afinius Gallus Veldumnianus Volusianus; videtur fuisse illius pater, huius avus.*

— C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.

407 Vibius Viscus, eques Romanus, amicus Augusti, pater eius qui sequitur *schol. ad Horat. sat. 1, 10, 82 (cf. sub eo qui sequitur).*

408 (VIBIVS) VISCVS THVRINVS (Viscus Thurinus *Hor. sat. 2, 8, 20,* Viscus *ib. 1, 9, 22. 1, 10, 82; gentilicium ex schol. Horat. et ex V 4201, cf. infra),* amicus Maecenatis *Horat. sat. 1, 9, 22,* cum quo cenat apud Nasidienum *ib. 2, 8, 20.* Memoratur una cum fratre

Digitized by Google

('Viscorum uterque') *ib. 1, 10, 82* (Visci duo fratres fuerunt *schol.*). Pater eorum Vibius Viscus quamvis divitiis et amicitia Augusti clarus esset, in equestri tamen ordine perduravit, cum filios suos senatores fecisset *scholion (sine dubio antiquum) ad Hor. sat. 1, 10, 82. Unius ex his libertus* L. Vibius Visci l. Nymphodotus, qui a. u. c. 746 Brixiae titulum dedicavit *V 4201. Fortasse huc pertinet etiam* C. Vibius C. f. Pol. Viscus *XI 6155 (Forosempronii).*

409 VIBIA Marsi filia *(i. e. C. Vibii Marsi, supra n. 388)*, Laeliâ nata; uxor P. Plautii Pulchri quaestoris a. 31 *t. Tiburtinus XIV 3607.*

410 VIBIA (uiuia *Taciti codex Mediceus*, Iunia, Vinia *deteriores, quorum alterum utrum potest verum esse; nomen non ponit Plin.)*, uxor L. Arruntii Camilli Scriboniani, mater Furii Scriboniani *Tac. a. 12, 52.* In eius gremio maritus eius, cum arma contra Claudium in Dalmatia movisset sed mox fugere coactus esset, occisus (a. 42) *Plin. ep. 3, 16, 9.* Indicium profitetur apud Claudium (contra participes rebellionis) *ib.* Relegata *Tac. l. c.* Huius casus impatiens, a. 52 rursus accusata *ib.*

411 VIBIA AVRELIA SABINA. *Tituli: Eleusinius* Ἐφημ. ἀρχαιολ. *1894 p. 212 n. 38 (1); VI 1020 (2). VIII 5327 (3). 5328 (4); fortasse ad eam pertinuit t. Ephesius CIG. 2964 (5). Memoratur II 133 (6). X 4763 (7).* Vibia Aurelia (Aurell- *t. 4*) Sabina *t. 2. 3. 4*, Aurelia Vibia Sabina *t. 6*, Sabina *t. 1. 5. 7.* Divi Antonini filia *t. 1*, divi Marci *(et Faustinae)* filia *t. 2. 3. 4.* Haec fortasse filia trium annorum quam Marcus secum habuit Sirmii agens *Philostratus vit. soph. 2, 1, 11 (non anno 168, ut putat Clinton propter mentionem L. Veri, sed vix vivi, sed aliquanto postea, cf. Borghesi opp. 3, 246). Nupsisse Claudio Severo coniecit Borghesius opp. 3, 247, sed retractavit ib. 5, 434.* Augusti *(Commodi, vel Severi, postquam hic in adoptionem M. Aurelio se dedit)* soror *t. 7*, Severi soror *t. 3. 4.* Severo supervixit *t. 4. M. Aurelii filia, a Caracalla occisa (Herodian. 4, 6, 3), non haec est, sed Cornificia (C 1231). Fortasse ex eius domo* L. Septimius Vibius Trophimas Augg. lib. *VI 26261. Non huc pertinet* Vibia Sabina *VI 28888.*

412/13 VIBIA MARIA MAXIMA clarissima femina, P. Vibii Mariani et Reginiae Maximae filia *VI 1636.*

414 (VIBIA) SABINA Hadriani = SABINA AVGVSTA. Neptis per sororem Traiani *vit. Hadr. 2, 10*, Traiani ἀδελφιδῆ *Dio 69, 1. Vere fuit Marcianae, sororis Traiani, neptis, Matidiae senioris filia, ut apparet ex III 5807. III S. 7123. X 4744. 4745, ubi Matidia iunior eius dicitur soror, Matidiae Augustae filia, Marcianae Augustae neptis.* Matidiae Aug. filia *t. Ephesius CIG. 2965 (ubi sane ipsius nomen periit). Nata videtur esse ex L. Vibio aliquo, dicta igitur Vibia Sabina, si quidem liberti eius dicebantur L. Vibii, cf. infra; praeterea ab hac ut videtur Augusta Aurelia Sabina M. Aurelii filia*

Digitized by Google

*(supra n. 411) videtur traxisse Vibiae nomen (gentilicium fortasse fuit VIII 799 cf. 12266, sed periit).* — Sabina *vit. Hadr. 1, 2. 11, 3. 23, 9. Victor epit. 14, Dosith. (apud reliquos scriptores nomen non occurrit), nummi, tituli. — (Iuliam dictam fuisse olim putaverunt decepti nummis Goltzianis, cf. Eckhel 6, 520.)*

Nupsit Hadriano (nondum quaestorio ut videtur) *vit. Hadr. 2, 10 cf. Dio 69, 1.* Cum Septicius Clarus praefectus praetorio et Suetonius Tranquillus ab epistulis apud eam familiarius se egissent *(anno ut videtur 121 vel 122, cf. supra sub C. Septicio Claro),* dimissurus eam erat Hadrianus, 'ut morosam et asperam, ut ipse dicebat, si privatus fuisset' *vit. Hadr. 11, 3; cf. Vict. epit. 14.* Augusta appellata eodem temporo quo Hadrianus pater patriae *Euseb. chron. (Arm. ad a. 2141 = p. Chr. 125, Hieronym. ad a. 2144 = p. Chr. 128, quod videtur verum esse, chron. Pasch. ad a. 126, Oros. 7, 13, 3; Syncellus p. 659). Nummi Alexandrini eius incipiunt anno Hadriani XIII (128/9), cf. Sallet Daten d. alex. Kaisermünzen p. 30. Huius Augustae, ut probabiliter coniecit Borghesius, libertus* L. Vibius Aug. lib. Florus, pater Vibiorum Sabiniani Matidiani Matidianae aliorum *VI 28804 (ut Florus hic liberis cognomina indiderit a patronis). Item ex eius domo fortasse* L. Vibius Charixenus, Callistiani Aug. lib. Sabiniani alumnus *VI 28789.* — A. 130 maritum comitatur in Aegyptum *Kaibel epigr. Gr. n. 988. 992.* Memorat eam maritus in laudatione socrus *XIV 3579 v. 5,* et in epistula ad Plotinam *Hadrian. sentent. et epistolae 15 (ap. Boecking Dosithei interpret. p. 19 = corp. iur. anteiust. p. 212).* — Decessit 'non sine fabula veneni dati ab Hadriano' *vit. Hadr. 21, 9* ('dum prope servilibus iniuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa' *Victor epit. 14*), anno ut videtur 136 *(scilicet quo tempore Hadrianus Servianum interfecit et Ceionium Commodum adoptavit) vit. l. c. Nummi Alexandrini eius non ultra Hadriani annum XX (135/6) procedunt, cf. Sallet l. c. (supervixisse adoptioni L. Ceionii Commodi, qui videtur adoptatus esse anno 136 exeunte, num colligi possit ex VIII 799, mihi dubium).* Consecrata a marito *VI 984 cum adnotatione Mommseni.* Diva Sabina *VI 984. VIII 8929. VIII S. 17847 cet.*

415 Vibia Salvia Varia, L. f., mater Nummii Albini et Nummiae Variae et L. Roscii Aeliani Paculi Salvii Iuliani (uxor igitur Nummii alicuius, deinde Roscii Aeliani) *V 4353.* Brixiae titulos dedicavit Postumiae Paullae Iuventii Secundi consulis uxori *V 4353. 4354.*

416 VIBIA SE..., clarissima femina, mater L. Annii Tulli clarissimi pueri, Longi uxor *t. Arelatensis XII 5804.*

417 Vibia Severa Claudiana, privigna Domitiae Domitianae clarissimae feminae, filia Vibii Cominiani Valerii Pii *V 5228.*

418 Vibia Thisbe, uxor M. Ulpii Vernae Aug. lib. ab epistulis Latinis *XI 1434.*

419 L. Vibrius Punicus *(Vibrii nomen aliquoties repertum in hac regione)*, A. [f.], (tribu) Vo[l.], praef. equitum, primus pilus, tribunus militum; praef. Corsicae *t. in Allobrogibus rep. XII 2455.* Pater C. Vibri Punici *M. Octaviani *(hoc non certum) ib.*

420 Vibulenus, miles gregarius in exercitu Pannonico, auctor seditionis a. 14, mox iussu Drusi interfectus *Tac. a. 1, 22. 28. 29.*

421 Vibulenus Agrippa *(sic Tac.) vel* Vibullius (Οὐιουιλλιος *codd.*) Agrippa *(sic Dio, quod fortasse praeferendum, ut ex maioribus fuerit Vibulliae Alciae Agrippinae infra n. 425)* eques Romanus, maiestatis ut videtur accusatus in ipsa curia venenum hausit, a. 36 *(sic Tac., sub a. 33 rem refert Dio) Tac. a. 6, 40; Dio 58, 21.*

422 VIBVLLIVS, praetor a. p. Chr. 56 *Tac. a. 13, 28.*

423 L. Vibullius Hipparchus, maritus Appiae Anniae Atiliae Regillae Elpinices Agrippinae Atriae Pollae *(supra A 545)*, gener Ti. Claudii Attici Herodis *t. Atticus CIA. III 1333 (ubi recte sine dubio Dittenberger ind. lect. Hal. 1892/3 p. XV ante eius nomen* γυνή *vocabulum supplevit).* Statua eius Olympiae in exhedra Herodis *arch. Zeitung 1877 p. 104 n. 76 = Dittenberger u. Purgold Inschr. v. Olympia n. 627. — Diversus videtur, scilicet aliquanto antiquior* L. Vibullius Hipparchus, archon eponymus Athenis *CIA. III 662. 1105 (vix eius mentio ib. 811) (de aetate qua vixerit cf. Dittenberger ad CIA. III 1104).*

— P. COELIVS BALBINVS VIBVLLIVS PIVS.

— Q. ROSCIVS COELIVS MVRENA SILIVS DECIANVS VIBVLL(I)VS PIVS IVLIVS EVRYCLES HERC(V)LANVS POMPEIVS FALCO.

— Q. POMPEIVS SENECIO ROSCIVS MVRENA COELIVS SEX. IVLIVS FRONTINVS SILIVS DECIANVS C. IVLIVS EVRYCLES HERCVLANEVS L. VIBVLLIVS PIVS *cet.*

424 Vibullius Polydeucion (Πολυδεύκης *scriptores; gentilicium, quod videtur habuisse a matre Herodis Vibullia Alcia, colligitur ex CIA. III 810. 811. 816)*, alumnus Herodis Attici, quem hic immature defunctum immodice luxit *Lucian. Demon. 24. 33, Philostrat. vit. soph. 2, 1, 10* et quamplurimis statuis honoravit *Philostrat. l. c., CIAtt. III 810–816. 1418.*

— L. CLAVDIVS VIBVLLIVS REGILLVS HERODES.

425 VIBVLLIA ALCIA AGRIPPI[NA] *(secundum cognomen habet solus t. Olympius)*, Rufi(?) filia (θυγατή[ρ Ῥ]ο[ύ]φο[υ]) *t. Olympius*, ex divite domo *Philostr. vit. soph. 2, 1, 2 (qui nomen non ponit)*, Ti. Claudii Attici Herodis *(C 654)* uxor *tituli Athenienses CIAtt. III 3. 674, t. Eleusinius* Ἐφ. ἀρχαιολ. *1894 p. 207, t. Olympius ap. Dittenberger et Purgold Inschriften von Olympia n. 621 (melius quam arch. Zeitung 1877 p. 102), t. in insula Cea rep. CIG. 2731*, mater Ti. Claudii Attici Herodis *(C 655) t. Olympius, t. Eleusinius*, et Ti. Claudii Attici Herodiani *t. Ceius.* Eadem Alcia *(potius quam Marcia Claudia Alcia Athenais neptis eius)* videtur memorari *CIAtt. III 815. 816.*

426 (Vibullia) Athenais, Hipparchi *(L. Vibullii Hipparchi, supra n. 423)* filia, una cum patre statua Olympiae honorata *t. Olympiae rep. arch. Zeitung 1877 p. 105 n. 77 = Dittenberger u. Purgold Inschriften von Olympia n. 628 (cf. Dittenberger ad n. 627).*
— VICERIVS ALARIANVS *v.* A. Vicirius Martialis.
— L. PLOTIVS VICINAS.
— P. MANILIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS *cet.*
427 M. VICIRIV[S] ..... vir clarissimus *t. Campanus X 3845.*
— M. AR[RIVS] PV[DENS?] VICIRIVS.
428 A. VICIRIVS MARTIALIS (A. Vicirius Mart... *tegula*, ..icirius Martialis *fasti fer. Lat.*, Vicerius Alarianus *II 2344 t. Hispanus non bene descriptus)* consul suff. temporibus Traiani cum L. Maecio Postumo *II 2344; fasti fer. Lat. (CIL. I ed. 2 p. 59). Cf. supra sub L. Maecio Postumo. Huius ut videtur nomen in tegulis urbanis vel suburbanis XV 1514.*
429 Viciria Archais, A. f., mater (M. Nonii) Balbi *t. Herculanensis X 1440.*
— P. Aemilius Victor.
— AVRELIVS VICTOR.
— Aur(elius) Vict(or).
— Claudius Victor.
— L. EGNATIVS VICTOR LOLLIANVS.
— T. Flav(ius) Victor.
— Sex. Iulius [Vict]or(?).
— L. Iulius Victor Modianus.
— Q. Marcius Victor.
— Q. MARCIVS VICTOR FELIX MAXIMILLIANVS.
— P. MARCIVS VICTOR MAXIMILLIANVS.
— T. Pomponius Victor.
— C. PONTIVS [VL]PIVS VERVS ... NIANVS VIC[TO]R *signo* POTA[MIVS].
— P. Sallustius Sempronius Victor.
— M. Servilius Sulpicius Victo[r] Crispus Considianus.
— Statorius Victor.
— L. SVANIVS VICTOR VITELLIANVS.
— Vitalius Victor.
— M. Ulpius Victor.
— Voconius Victor.
— L. Vomanius Victo[r].
430 VICTORIA *(sic Victor Caes., trig. tyr. 7, 1. 25, 1. 30, 23. 31, 2,* 'Victoria sive Vitruvia' *trig. tyr. 24,* 'Vitruvia sive Victoria' *ib. 5, 3. 6, 3. 31, 1,* Vitruria *traditur vit. Claud. 4, 4).* Mater Victorini *(imp. Caesaris M. Piavonii Victorini) Victor Caes. 33, 14, trig. tyr. 5, 3. 6, 3. 7, 1. 24, 1. 31, 2.* Victorinum nepotem Caesarem appellavit *ib. 6, 3. 7, 1.* Occiso Victorino filio, primum in Marium contulit

Digitized by Google

imperium *trig. tyr. 5, 3 (hoc omnino falso)*, deinde in Tetricum *Vict. Caes. 33, 14, trig. tyr. 5, 3. 24, 1. 31, 2.* Mater castrorum appellata *trig. tyr. 5, 3. 6, 3. 25, 1. 31, 2,* item Augusta *5, 3.* 'Consortium regni' eius optavit Zenobia *ib. 30, 23; cf. vit. Claud. 4, 4.* 'Cusi sunt eius nummi aerei aurei et argentei quorum hodieque forma extat apud Treviros' *trig. tyr. 31, 3. (Tales nummi non extant; de nummis quibusdam falso ad eam relatis, in quibus vel est* Victoria Aug. *vel dicitur esse* Victorina Aug., *cf. Eckhel 7, 454; Cohen t. 5 p. 75, ed. 2 p. 86).* 'Tetrico imperante, ut plerique loquuntur, occisa, ut alii adserunt fatali necessitate consumpta' *ib. 31, 4.* 'Victoriana vita' *vit. Claud. 1, 2.*

431 *VICTORIANVS CENSITVS legatus exercitus Africani circiter a. 198 *VIII 2466. Nomen corruptum, videtur fuisse Q. Anicii Fausti, cf. Schmidt VIII S. 17954.*

— POMPONIVS VICTORIANVS.

— Caesonia Victorina.

— DOMITIA VICTORINA.

432 Victorinus, genere Maurus: huius ope Probus praesidem Britanniae, qui res novas temptaverat, sustulit *Zosim. 1, 66, Zonar. 12, 29.*

— [Ae]milius Victorinus.

— C. *AVCID[IVS] VICTORINVS.

— C. AVFIDIVS VICTORINVS.

— C. CLODIVS FABRICIVS NVMISIVS VICTORINVS.

— T. FL(AVIVS) VICTORINVS PHILIPPIANVS.

— ... FO[R]TVNATVS VICTORINVS.

— Furius Victorinus.

— L. IVNIVS VICTORINVS [F]L(AVIVS) CAELIANVS.

— Numisius Victorinus.

— Petronius Aufidius Victorinus.

— PETRONIVS VICTORINVS.

— M. PIAVONIVS VICTORINVS.

— (PIAVONIVS) VICTORINVS.

433 M. Vigellius: eius liberti libertaeque *VI 7845 seq. Videtur fuisse homo si non nobilis, at certe dives.*

434 P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVANVS CAVCIDIVS TERTVLLVS. *Sic plene t. Troesmitanus (sine causa C. Aucidius dicitur; interpunctionem post* C *litteram nemo enotavit);* Vigellius *(sic vel* iugellius *codd.)* Saturninus *Tertull.*, Saturninus *acta martyrum. — Atilii Braduani Caucidii Tertulli nomina parentelam indicant cum uxore Herodis Attici Appia Annia Regilla Atilia Caucidia Tertulla (A 557) et cum eius fratre Appio Annio Atilio Bradua (A 475) consule a. 160, item cum L. Mummio Nigro Q. Valerio Vegeto Caucidio Tertullo (M 515).*

Legatus Aug. *(legionis fortasse quintae Macedonicae, non provinciae Moesiae, cum* pro pr. *non sit additum) t. Troesmitanus III 6183 (= 775).* (Consul suff., circa a. 167). Proconsul Africae *acta martyrum Scillitanorum, ap. Usener ind. schol. Bonn. 1881 aest.,* a. 180 mense Iul., Christianos quosdam capitis damnavit *ib.,* 'primus hic (Carthagine) gladium in nos (Christianos) egit; lumina amisit' *Tertull. ad Scapul. 3 (errore per tres annos proconsulem eum fuisse statuit Tissot).*

435 Q. VIL[IVS] TITIA[NVS] QVADRA[TVS] IIIIvir vi[ar. cur., trib.] la[ti]cl. [le]g...., [q., leg. prov.] Ach(aiae) *t. Corinthius III 537 (mutilus et semel tantum descriptus). Parentela videtur coniunctus cum Ti. Claudio Flaviano Titiano Q. Vilio Proculo (C 696).*

— TI. CL(AVDIVS) FLAVIANVS TITIANVS Q. VILIVS PROCVLVS *cet.*

436 VILIA PROCVLA (Οὐιλία [Π]ρόκλα), Ti. Claudii Flaviani Titiani Q. Vilii Proculi L. Marcii Celeris M. Calpurnii Longi, proconsulis Cypri *(C 696),* filia *t. Patareus Lyciae, quem ed. Kalinka Eranos Vindob. (1893) p. 93 not. 2. Nescio an eadem* Vilia Procula, Q. Vilii Proculi filia (Οὐειλία Κο. Οὐειλίου Τιτιανοῦ θυγάτηρ Πρόκλα), Patarensis, quae a. 147 Patarensibus proscaenium dedicavit *CIG. 4283 (cf. etiam CIG. 4248).*

437 Villeius *(sic traditur),* artifex in adulando, Senecae temporibus vel paullo ante *Senec. nat. qu. 4 pr. 5 (de Velleio Paterculo cogitaverunt nonnulli, de L. Vitellio alii).*

438 L. Villius Atilianus, C. f., tribu Tromen., equestribus militiis functus; procurator Aug. *X 6090 (temporibus Hadriani).*

439 *Vimius *(sic cod. Bodl.,* unius *cod. Brux.; ap. Iosephum ant. 19, 3, 1 idem ut videtur homo appellatur* Gratus), Epiro oriundus, centurio cohortis praetoriae, a. 41 Claudium e latebris protraxit et imperatorem appellavit *Victor Caes. 3, 15.*

440 T. VIN..... inter pueros senatorum filios, qui Arvalibus ministraverunt a. 105 *act. Arv. (VI 2075 v. 50).*

— M. CL(AVDIVS) MACRINIVS VINDEX HERMOGENIANVS.

— Q. Decius Vindex.

— C. IVLIVS VINDEX.

— M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX.

— M. Macrin[i]us Vindex.

— Novius Vindex.

— C. OCTAVIVS VINDEX.

— C. VESNIVS VINDEX.

— C. Postumius Saturninus Flavianus *signo* Vindicius.

441 M. VINDIVS VERVS *(sic dipl. mil.,* Vindius Verus *vit. Pii, praeterea* Vindius), consul suff. a. 138 mense Iun. cum [P.] Pactumeio Clemente *dipl. mil. (III p. 879).* Iuris peritus, quo usus est imperator Pius *vit. Pii 12, 1.* Scripta eius citant vel opiniones referunt *Maecianus (Dig. 35, 2, 32, 4), Paulus (Dig. 2, 9, 2), Ulpianus (fr. Vat. 77;*

*Dig. 2, 14, 7, 18. 5, 1, 5).* 'Vindius noster' *Maecianus l. c.* Iulianum consulit *fr. Vat. 77. Cf. Lenel Paling. iuris Rom. II 1223.*

442 Vinicianus (*vel* Vinicius), auctor coniurationis Vinicianae in Neronem, quam Pisoniana posteriorem Beneventi conflatam et detectam esse *(a. 66 vel 67)* narrat *Suet. Ner. 36. Quis fuerit, ignotum; de Annio Viniciano cogitavit Nipperdey ad Tac. a. 15, 28, cf. supra sub Annio Viniciano. Mentionem coniurationis in actis Arv. a. 66 repperisse sibi visus est Henzen, cf. act. Arv. p. 115.*

— ANNIVS VINICIANVS.

— L. ANNIVS VINICIANVS.

443 L. VINICIVS, L. f. *(filius videtur fuisse L. Vinici vel Vinuci, qui et ipse triumvir monetalis fuit circa a. 696, cf. Momms. röm. Münzw. p. 646 n. 299, consul suff. a. 721 testibus fastis Venusinis, t. Beneventano IX 1554, tessera CIL. I 740; cf. Borghesi opp. 2 p. 314).*

Triumvir monetalis Augusto tribunicia pot. VII et VIII (737/9) *nummi ap. Eckhel 6, 105. 106, Babelon monnaies de la rép. romaine II p. 552 seq. Idem fortasse* L. Vinicius (*traditur* Vicinius) 'clarus decorusque iuvenis', cui Augustus obiecit, 'quod filiam suam Baias salutatum venisset' *Suet. Aug. 64;* L. Vinicius, Vinici frater *(sic videtur tradi; ex antiquissimis codicibus tamen alter* Vinci fater, *alter* Vinici ficem; pater *vel* [L.] Vinici pater *proposuit Nipperdey ad Tac. a. 3, 11, ut diversus fuerit a nostro, scilicet pater eius),* 'quo nemo in agendis causis praesentius habuit ingenium'; de ea re dictum divi Augusti *Seneca contr. 2, 5 (13), 19. 20. Idem* [L. Vini]cius, L. f., M. n., consul suff. a. 749 *fasti Lucerini (CIL. I ed. 2 p. 69), si recte eius nomen hoc loco supplevit Borghesius opp. 5 p. 126.*

444 M. VINICIVS *vel* VINVCIVS cos. a. 735. M. Vinicius *Vell. 2, 104,* Marcus Vinicius *ib. 2, 96, Dio,* Vinnius *Florus* (Duennius *Jordan.*); *in consulatu* Μάρκος Οὐινούκιος *mon. Ancyr. Gr. 3, 11. 6, 11 (Lat. nomen periit),* M. Vinucius *fasti Colotiani (CIL. I ed. 2 p. 64),* M. Vi.... *fasti Biondiani (ib. p. 65),* M. Vinic. *XV 4590.*

Calibus oriundus *Tac. a. 6, 15 (certe nepoti hanc originem ad scribens),* patre equite Romano *Tac. l. c.;* P. f. *fasti Colotiani. Fortasse hic* M. Vinicius P. f., post mortem honoratus a municipibus suis *X 1818 (t. musei Neapolitani, sed qui Calibus asportatus esse potest).* A. 729 Germanorum (Κελτῶν) quosdam, qui Romanos negotiatores interfecerant, punivit *Dio 53, 26 (intellegi incolas vallis Poeninae, et rem accidisse anno demum 739, suspicatur Zippel röm. Herrschaft in Illyrien p. 252, vix recte).* Consul suff. a. 735 *fasti Colotiani et Biondiani,* cum Q. Lucretio (Vispillone) *mon. Ancyr.* Consularis (coss. *traditur*) *Vell. 2, 96; cf. Tac. a. 6, 15.* Ab Augusto missus ad Pannonios domandos *Florus 2, 24 (inde Iordanes Rom. 243),* bellum gessit in Pannonia *Vell. 2, 96.* Deinde missus in Germaniam, ubi bellum conflatum a. 754 feliciter gessit, nec tamen finivit

*ib. 2, 104.* Ob res in Germania gestas decreta ei ornamenta triumphalia 'cum speciosissima inscriptione operum' *ib. Hic puto* Vinicius, cum quo et Silio *(S 512)* se cenatum esse et alea lusisse senior Augustus ait in epistula ad Tiberium *Suet. Aug. 71.* Avus M. Vinicii consulis a. p. Chr. 30 (pater scilicet P. Vinicii consulis a. p. Chr. 2) *Vell. 2, 96. 104.*

445 M. VINICIVS consul a. 30. 45. M. Vinicius *Vellei., Tac., Seneca (item sic plerumque vel nude* Vinicius *in consulatibus*, Minucius *catal. episc. Rom. ap. Momms. chr. min. I p. 73,* Licinius *collationis leg. Mos. et Rom. 8, 7, 1 codex antiquissimus)*, Οὐινίκιος *Dio 60, 27,* Bincius (*vel* Ma. Bincius) *traditur schol. Iuv.*, Μάρκος Μινουκιανός *Ioseph. ant. 19, 1, 4,* Μάρκος *videtur appellari ib. 19, 4, 3, sed loco corrupto et fortasse lacunoso.*

P. Vinicii consulis a. 755 filius, M. Vinicii consulis a. 735 nepos *Vellei. 2, 96. 101. 103. 104; cf. Tac. a. 6, 15.* Consul ord. a. 30 cum L. Cassio Longino *fasti.* Ad eum consulem dedit Velleius Paterculus compendium historiae quod extat *Vell. 1, 8, 1. 4; 12, 5. 13, 5. 2, 7, 3; 49, 1; 65, 2; 101, 3. 103, 1. 113, 1. 130, 4.* A. 33 uxorem duxit Iuliam (Livillam) Germanici filiam *Tac. a. 6, 15 cf. 6, 45, Ioseph. ant. 19, 1, 14; 4, 3 (sed utroque loco nomen eius corruptum) Dio 60, 27, schol. Iuv. 1, 155 (etiam in t. sepulcrali Iuliae VI 891 Vinicii mariti nomen supplevit Mommsen).* Erat cum C. Caesare quo die occisus est *Ioseph. ant. 19, 1, 14.* Occiso Gaio imperii capessendi cupidus retinetur a consulibus *ib. 19, 4, 3.* Consul II a. 45 ord. cum Tauro Statilio Corvino *fasti.* A Messallina veneno interceptus a. 46 *Dio 60, 27 (Zonar. 11, 9).* Publico funere elatus *Dio l. c. Hic fortasse* ..ος Οὐινίκιος Π[οπλίου υἱός (?)], qui titulum Deli dedicavit *Bull. de corr. hellénique 3, 1879 p. 157 (certe huius aetati litteraturam tituli convenire iudicat Homolle).* — 'Mitis ingenio et comptae facundiae' *Tac. a. 6, 15.* Quietus *Dio l. c.* Memoratur (comes eius Varus nescio quis) *Seneca ep. 122, 12.*

446 P. VINICIVS cos. a. 755 (p. Chr. 2). *Ad eum videntur pertinere t. Mangaliae in Moesia inferiore ad Pontum Euxinum rep., Arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 19, 1896 p. 108 (1), rep. in insula Andro. Waddington fastes des prov. asiat. n. 65 (2).* P. Vinicius *t. 1. 2, Vell. 2, 103, Seneca contr. 1, 2, 3. 7, 6, 11, Seneca ep. 40, 9* (punicius *traditur Seneca contr. 1, 4, 11,* p. unicus *ib. 10, 4, 25*), Vinicius *Seneca contr. 7, 5, 11. 12* (Vinicus *7, 5, 11 antiquissimi codices,* Vitinius *7, 5, 12 unus ex antiquissimis*), fulnicius *traditur Tac. a. 3, 11. In consulatu* P. Vinicius *X 884, fasti Cap., Dio 55, 10ª,* Π. Οὐινίκιος ἢ Μινούκιος *Dio ind. l. 55* (P. Vinucius *fasti quidam urbani CIL. I ed. 2 p. 69, sed in additamento ficticio*), C. Vinicius *Cassiod.*, Vinicius *chronogr.*, Vindicius *fasti Hydat.*

M. f. *(scilicet M. Vinicii consulis a. 735)*, P. n. *fasti Cap.* (M. f. *Dio ind.*). Exercitui praeest in Thracia vel Macedonia paullo ante

a. 754 (p. Chr. 1); sub eo tribunus militavit Velleius Paterculus *Vell. 2, 101. Tunc ut videtur ei positus t. 1, ubi appellatur vocabulo novo* [ὑ]πατα γός. Consul ord. a. 755 cum P. Alfeno Varo *fasti.* Proconsul *(Asiae sine dubio) t. 2 (post M. Plautium Silvanum ut videtur, ante L. Valerium Messalam Volesum, cf. Waddington fastes n. 65).* Homo disertus, quamvis nimis lente pronuntiaret *Seneca ep. 40, 9.* Accusavit Votienum Montanum *Seneca contr. 7, 5 (20), 12 (vix alius Vinicius intellegitur; ceterum non eam accusationem significari, ex qua Votienus a. 25 damnatus est, monuit Nipperdey ad Tac. a. 4, 42).* A. p. Chr. 20 patronum eum voluit Piso, sed ille se excusavit *Tac. a. 3, 11 (hunc intellegi probabile est, cf. Nipperdey ad Tac.).* Declamare solebat *Seneca contr. 1, 2, 3. 1, 4, 11. 7, 6, 11.* 'Exactissimi ingenii vir, qui nec dicere res ineptas nec ferre poterat' *ib. 7, 5, 11.* 'Summus amator Ovidii', cuius carmina ab oratore memoria tenenda esse aiebat' *ib. 10, 4, 25.* — Pater M. Vinicii consulis a. p. Chr. 30 *Vell. 2, 101. 103 (praeterea videtur fuisse pater filiae, ex qua natus Annius Vinicianus, cf. supra sub C. Annio Pollione et L. Annio Viniciano).*

447 T. VINICIVS IVLIANVS consul suff. mense Dec. a. 80 cum M. Tittio Frugi *act. Arv.*

448 Vinicius Rufinus (*pro* Vinic- *traditur* Vinc-), eques Romanus, una cum aliis Domitio Balbo testamentum falsum subdidit; a. 61 lege Cornelia damnatus *Tac. a. 14, 40.*

— Vinius Maximus *v.* C. Vibius Maximus.

449 T. Vinius Philopoemen *(tria nomina Suet., cognomen et patroni duo nomina habet Dio;* Ἰούνιος Φιλήμων *App.),* a. 711 T. Vinium patronum proscriptum celavit *Suet. Aug. 27, App. b. c. 4, 44, Dio 47, 7, 4,* postea ab Augusto equestri dignitate honoratus *Suet. l. c., Dio l. c.*

450 T. VINIVS (RVFINVS?). Titus Vinius *Tac. h. 1, 1 et alibi* (Titus Iunius *codices deteriores*), T. Iunius *Suet. (certe Vit. 7),* Τίτος Ὀβίνιος *vel* Ὀβίνιος *libri apud Plutarchum Galb. c. 4,* ὁ Τίτος *vel* οὐ Τίτος *ib. c. 7,* Ὀβίνιος *vel* Ὀβίννιος Τίτος *ib. c. 10,* Ὀβίνιος *vel* Ὀβίννιος *ib. c. 11 seq.,* Vinnius *Victor epit. In consulatu* T. Vinius *VI 1986 (= XIV 2389). 2051 v. 1 (act. Arv.). 8639 (= X 6637) quibus omnibus locis potest cognomen adfuisse, item VI 155,* T. Iunius *X 5405,* Vinius *chronogr.,* Titus Rufinus *fasti Hydat. cum chr. Pasch. (Rufini cognomen fortasse tuetur* T. Vinius Rufus octovir Amiterni temporibus Augusti *IX 4182, qui potest fuisse ex eadem stirpe).*

Natus a. 21/2 *Tac. h. 1, 48.* 'Pater e praetoria familia, avus maternus e proscriptis' *ib. (possis conicere non maternum sed paternum avum fuisse e proscriptis, cf. supra n. 449).* Tribunus militum inter a. 37 et 41, cum uxore C. Calvisii Sabini legati consularis in ipsis principiis castrorum stuprum fecisse dicebatur *Tac. l. c.; Plut. Galb. 12.* Ob hanc rem vinctus, sed post mortem C. Caesaris dimissus *Tac. l. c.,*

*Plut. l. c.* Praetor *Tac. l. c.* Legatus legionis *ib.* Servili probro respersus, tamquam in convivio Claudii scyphum aureum (argenteum *Plut.*) furatus *Tac. l. c., Plut. l. c.* Proconsul Galliae Narbonensis *Tac. l. c.* Legatus Galbae in Hispania *Suet. Galb. 14,* ὁ τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος ἡγεμών *Plut. Galb. 4 cf. 7 (duabus legionibus eum praefuisse coniecit Domaszewski mus. Rhen. 45, 1890 p. 7).* Galbae suasit, ut Vindicis conatus adiuvaret *Plut. Galb. 4.* Post nuntium de morte Neronis a Galba honoribus affectus *ib. c. 7.* Eius potissimum arbitrio Galba principatum adeptus regebatur *Tac. h. 1, 6. 12. 13, Suet. Galb. 14 (inde Victor epit. 6), Plut. Galb. 10. 11. 13. 16. 17. 20. 29.* Consul designatus *ib. c. 21.* Hic Galbae suasisse dicebatur, ut A. Vitellium, amicum sibi per commune factionis Venetae studium, in Germaniam mitteret *Suet. Vit. 7.* Tigellinum servavit *Tac. h. 1, 72, Plut. Galb. 17.* Othonem a Galba adoptari voluit *Plut. Galb. 21 cf. c. 20, Tac. h. 1, 13* (Piso ei infensus *Tac. h. 1, 34*), nuptias filiae pactus *Plut. Galb. 21; cf. Tac. 1, 44.* Avaritia et licentia eius *Tac. h. 1, 37, Plut. Galb. 12. 17. 18.* Consul ord. a. 69 cum Ser. Galba II *Tac. h. 1, 1. 11. 13; fasti.* Adfuit cum Piso adoptaretur *Tac. h. 1, 14, Plut. Galb. 23.* Conscius dicebatur coniurationis Othonis *Tac. h. 1, 39, Plut. Galb. 27.* Exorta coniuratione Galbam in Palatio retinere studet *Tac. h. 1, 32. 33, Plut. Galb. 26.* Postea progressus cum Galba, occiditur ante aedem divi Iulii *Tac. h. 1, 42, Plut. Galb. 27.* Corpus eius Crispina filia *(infra n. 451)* sepulturae tradidit *Tac. h. 1, 47, Plut. Galb. 28.* Testamentum eius 'magnitudine opum inritum' *Tac. h. 1, 48. — Fortasse huius* T. Vini atriensis *VI 9199.*

451 (VINIA) CRISPINA (Crispina *Tac. h. 1, 47, praeterea nomen non ponitur).* Eam temporibus Neronis periclitantem *(fortasse marito accusato)* servaverat Tigellinus *Tac. h. 1, 72.* A. 68 vidua *ib. 1, 13, Plut. Galb. 17;* rumore vulgi Otho maritus ei destinabatur *Tac. l. c.* (nuptias eius patri promisit Otho *Plut. Galb. 21*). Dona a Tigellino in eam conlata, cum patris eius potentia apud Galbam servatus esset *Plut. Galb. 17.* Patris, interfecti a. 69, corpus sepulturae tradidit *Tac. h. 1, 47, Plut. Galb. 28.*

452 Vinnius Asina *(hoc cognomen paternum ei fuisse, scilicet acceptum a patre, ait Horat. v. 8;* Vinnius Asellus *codices complures Horatiani in inscriptione epistulae;* Vinnius Fronto *scholia male Acroni tributa,* Caninius Vinnius Fronto *horum scholiorum editiones antiquae):* per eum Horatius carmina sua misit Augusto *Hor. ep. 1, 13.*

453 Vinnius Valens, centurio in praetorio divi Augusti, homo eximiis corporis viribus; miranda eius facta insculpta monumento eius *Plin. h. n. 7, 82.*

454 VIOLENTILLA *(nomen est Stat. v. 25, item in inscriptione carminis;* Ianthis *appellatur a Martiale,* Asteris *a Stella ipso in carminibus, Stat. v. 197. 198):* in eius et (L. Arruntii) Stellae nuptias Statius scripsit

Digitized by Google

epithalamium quod extat *Stat. silv. 1, 2 cf. 1 praef.*, Martialis epigramma *Mart. 6, 21.* Antea alii nupta *Stat. silv. 1, 2, 138. 168.* Columbam eius carmine celebravit Stella *Stat. v. 102*, *Martial. 7, 14, 5 cf. 1, 7.* Memoratur *Martial. 7, 15, 1; 12, 3, 12.*

455 .. [V]IOLENTILL(A) clarissima femina *fragmentum urbanum Notizie degli scavi 1888 p. 435 = Bull. comunale 1888 p. 311.*

— MARIA AVREL(IA) (*vel* AVREL(IANA)) VIOLENTILLA.

456 M. Vipsa[nius], *fistula aquaria Romae rep., ap. Lancianium syll. aq. n. 511.*

457 M. VIPSANIVS AGRIPPA. *Tria nomina Nep. vit. Attici 12, 1, Dio 48, 20, ind. l. 48. 53, Censorinus 21, 8,* 'Vipsanius Agrippa fuerat, [at] Vipsani nomen quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat et M. Agrippa dicebatur' *Seneca contr. 2, 4, 13 (gentilicium etiam ex titulis libertinorum VI 5731. 8871. 18269 apparet)*, M. Agrippa *vel* Agrippa *passim.*

Humili origine *Seneca contr. 2, 4, 13 (cf. supra), Seneca benef. 3, 32, 4 cf. Vell. 2, 96. 127, Tac. a. 1, 3, Suet. Cal. 23.* — L. f. *tituli II 474. V 2813, VI 896. IX 3150. 4677. 4779. X 4831. XI 2105. XII 3153, CIAtt. III 575. 576, Inscr. Gr. sept. I 349, item nummi aenei, ap. Eckhel 6, 165. Cohen I ed. 2 p. 175 seq.; item Dio ind. l. 48. 53.* Natus a. 691/2, quippe annum quinquagesimum primum agens, cum moreretur (a. 742) *Plin. h. n. 7, 46.* De genitura eius *Plin. h. n. 7, 45.* Amicus Octavii adulescentis, qui fratri eius Pompeianas partes secuto veniam a Caesare impetravit *Nicolaus Damasc. fr. 99, 7 (III p. 430 fr. hist. ed. Müller) (eadem res videtur tangi Senec. ep. 94, 46).* Octavium comitatur Apolloniam *Suet. Aug. 95 cf. Vell. 2, 59*; eidem veteranos in Campania ambienti comes *Nicolaus Damasc. fr. 99, 31 (III p. 455 Müller).* A. 711 accusavit C. Cassium lege Pedia *Vellei. 2, 69; Plut. Brut. 27.* Pro proscripto quodam intercedit apud Caesarem *Appian. b. c. 4, 49.* Bello Perusino adiutor Caesaris *ib. 5, 31. 32. 33. 35. 50.* A. 714 praetor urbanus *Dio 48, 20.* Eodem anno ei bellum contra Sex. Pompeium commisit Caesar *Dio l. c.* Sipuntum ab Antonianis possessum capit *Dio 48, 28, Appian. b. c. 5, 57. 58.* Tractat cum Autonio *Livius lib. CXXVII (fr. 50 Hertz) apud scholiastas in Horat. 1, 5, 27. 29.* Missus contra Gallos rebelles *Dio 48, 49*, Aquitanos vicit *Appian. b. c. 5, 92, Eutrop. 7, 5*, Rhenum traiecit *Dio l. c.*, Ubios Rhenum transgressos in fidem recepit *Strabo 4, 3, 4 p. 194, Tac. a. 12, 27.* Imperator *IX 262. 2200, CIG. 1878 (nisi forte postea demum hoc vocabulo uti coepit).* Triumphare noluit *Dio l. c.* Consul designatus *nummi aurei et argentei, Eckhel 6, 164 (ex Morellio).* Consul ord. a. 717 cum L. Caninio Gallo *Dio 48, 49; fasti.* Caesarem comitatur Tarentum *Plut. Ant. 35.* Uxorem duxit Pomponiam Attici filiam *Nep. Attic. 12,* quas nuptias conciliavit M. Antonius *Nep. l. c. (anno ut puto 717; filia ex his nuptiis nata mater facta esse videtur a. 739).* Classem

parat contra Sex. Pompeium *Vellei. 2, 79, Dio 48, 49,* portum apud Baias aedificat *Dio 48, 50. 51, Strabo 5, 4, 6 p. 245; cf. Philarg. ad Verg. 2, 162.* Bellum navale gerit contra Sex. Pompeium *Liv. per. 129, Vell. 2, 79, Appian. b. c. 5, 101. 102. 105 seq. 115 seq., Suet. Aug. 16, Dio 49, 1–10 (Zonar. 10, 24) cf. 50, 19, Oros. 6, 18, 25 seq., de vir. ill. 84, Serv. ad Aen. 6, 612, Ps.-Serv. ad Aen. 8, 682, schol. Luc. 1, 43. 6, 421. 7, 871.* Bello confecto corona navali sive rostrata donatur *Vergil. Aen. 8, 684, Ovid. ars am. 3, 392, nummi aenei ap. Eckhel 6, 165, Cohen I ed. 2 p. 175 seq. (in nummis argenteis et aureis ap. Eckhel l. c. p. 164. 165, Cohen l. c. p. 177, 1. 2, p. 178, 6 corona non rostris contexta, sed muralis est rostris exornata); Livius per. 129, Vell. 2, 81, Seneca de benef. 3, 32, 4, Plin. h. n. 16, 7. 8, Dio 49, 14.* Dalmaticum bellum gerit *Dio 49, 38; cf. Appian. Ill. 20.* A. 721 aedilis curulis *Frontin. de aq. 9. 98, Dio 49, 43, Plin. h. n. 36, 104. 121; t. urbanus, inscr. sel. 128.* Bello Actiaco dux classis Caesarianae *Vell. 2, 84, 85, Plut. Ant. 65. 66, Dio 50, 11. 13. 14. 31 (Zonar. 10, 29), Oros. 6, 19, 6; cf. Verg. Aen. 8, 682, Strabo 8, 4, 3 p. 359, Panegyr. 6, 13 (fortasse huc pertinet fragmentum Atheniense III 6101).* Post victoriam Romam missus *Dio 51, 3,* Caesarem quoque ad reditum hortatur *Plut. Ant. 73.* A. 725 a Caesare reduce caeruleo vexillo donatus *Dio 51, 21 cf. Suet. Aug. 25 (qui minus recte ut videtur rem refert ad bellum Siculum).* Partem domus Antonii Palatinae accipit *Dio 53, 27.* Caesar cum eo deliberat de re publica constituenda *Dio 52, 1 seq. (Zonar. 10, 32) (sed hanc Agrippae suasoriam a Dione excogitatam esse apparet).* A. 726 consul II ord. cum Caesare sextum *fasti.* Censum populi egit cum Caesare *mon. Ancyr. 2, 2 cf. Dio 52, 42 (qui censum, nempe initium census, refert ad annum 725),* senatum legit *Suet. Aug. 35,* censoria potestate *fasti Venusini IX 422,* lustrum fecit *mon. Ancyr.; fasti Venusini (cf. Momms. mon. Ancyr. ed. 2 p. 37).* Circa hoc ut videtur tempus *(certe sub a. 726 rem narrat Dio)* uxorem duxit Claudiam Marcellam, Octaviae sororis Augusti filiam *Plut. Ant. 87, Dio 53, 1 (Zonar. 10, 32, ubi errore Marcellae substituitur ipsa Octavia) cf. 54, 6, Suet. Aug. 63,* ex qua liberos habuit *Suet. l. c.* A. 727 consul III cum Augusto VII *fasti* (cos. tertium *II 474. III 494. VI 896. IX 4677. 4779, CIAtt. III 575, Inscr. Gr. sept. I 349, nummi ap. Eckhel 6, 165, Vellei. 2, 90. 127, Frontin. aq. 10, Ps.-Serv. ad Aen. 8, 682 cf. Tac. a. 1, 3).* Sacerdos complurium collegiorum *Vellei. 2, 127.* Quindecimvir sacris faciundis *acta saecularia; mon. Ancyr. 4, 36; IX 262; Dio 54, 19.* A. 729 loco Augusti aegroti nuptiis Marcelli et Iuliae praesidet *Dio 53, 27.* Cum domus eius conflagravisset, una cum Augusto habitavit *ib.* A. 731 Augustus aegrotans ei anulum tradidit *Dio 53, 30. 31 (Zonar. 10, 33).* Missus ab Augusto in Syriam *Dio 53, 32,* ut transmarinas provincias loco Augusti regeret *Ioseph. ant. 15, 10, 2,* propter simultates cum Mar-

Digitized by Google

cello Mytilenen secedit *Dio 53, 32, Suet. Aug. 66 Tib. 10, Vellei. 2, 93, Tac. a. 14, 53. 55, Plin. h. n. 7, 149, Ioseph. l. c.* (Mytilenis ut κτίστης urbis celebratus *CIG. 2176*). A. 733 arcessitus ab Augusto in Siciliam, Romam mittitur, cogiturque dimissa Marcella Iuliam ducere uxorem *Dio 54, 6 (Zonar. 10, 34), Suet. Aug. 63, Plut. Anton. 87, Vell. 2, 93 cf. Tac. a. 1, 3. 4, 40, h. 1, 15.* (Maritus Iuliae *t. Delius bull. de corr. hell. 2, 1878 p. 399, Paphius journal of hellen. studies 9, 1888 p. 243. Imagines eius et Iuliae in nummo Ephesio, ap. Mionnet suppl. VI 126, 322 [ex Sestinio]*; statuis honorati ipse et Iulia Sesti *bull. de corr. hell. 4 p. 517.)* Curam urbis ei committit Augustus *Dio 54, 6. 11.* A. 735 turbas in Gallia exortas sedavit, in Hispania Cantabros domuit *Dio 54, 11; Horat. ep. 1, 12, 26; cf. Vell. 2, 90; Florus 2, 33 (qui rem referre videtur ad a. 728 vel 729).* Triumphum recusat *Dio l. c.* A. 736 tribuniciam potestatem accipit iu quinquennium *Dio 54, 12; cf. Vell. 2, 90, Tac. a. 3, 56* (tribunus plebi quietissimus *Ps.-Serv. ad Verg. Aen. 8, 682*). Tribunicia potestate *acta lud. saec. v. 53; III 494. IX 3150. 3913,* trib. pot. III *II 474 (huc pertinent etiam nummi cusi a C. Sulpicio Platorino, cf. supra S 728).* A. 737 una cum Augusto ludos saeculares quintos edidit *act. lud. saec.; mon. Ancyr. 4, 36; Censorinus 17, 11.* (A. 738) iterum mittitur in transmarinas provincias *Dio 54, 19, Ioseph. ant. 16, 2, 1.* Iudaeam adit (a. 739) *Ioseph. 16, 2, 1; Philo leg. ad Gaium c. 37 (II p. 589 Mangey).* Berytum duas legiones deducit *Strabo 16, 2, 19 p. 756 (cf. Euseb. chron. ad a. 2001 vel 2003).* A. 740 turbas in Bosporo Cimmerio exortas Sinopen progressus pacat *Ioseph. ant. 16, 2, 2, Dio 54, 24, Euseb. chron. (Hieronym. ad a. 2003, Armen. ad a. 2002), Oros. 6, 21, 8.* Triumphum recusat *Dio l. c.* Iliensibus, quod Iuliae uxori eius periculum in itinere adeunti non subvenissent, multam infligit *Nicol. Damasc. fr. 3 (fr. hist. III p. 350 Müller); cf. Ioseph. ant. 16, 2, 2.* Iudaeis privilegia confirmat *Ioseph. ant. 16, 2, 3–5; 16, 6, 4. 5.* Romam redit a. 741 *Dio 54, 28,* cum Asiam per decem annos rexisset *Ioseph. ant. 16, 3, 3 (decem annos computari apparet a profectione Mytilenas, cf. Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 163).* A. 741 tribuniciam potestatem in alterum quinquennium accipit *Dio 54, 28* ([trib. potesta]te VI *XIV 2230, si vere Agrippae est*), item imperium quoquo adiisset maius quam ii qui provincias obtinerent *Dio l. c. (id ius non tum primum ei decretum esse putat Mommsen Staatsr. II*[3] *p. 1151 not. 5, 1157 not. 3).* In Pannoniam proficiscitur hieme a. 741/2 *Dio l. c. cf. Vellei. 2, 96,* mox redit *Dio l. c.* — Supremis suis annis conflictatus gravi morbo pedum *Plin. h. n. 23, 58 cf. 7, 45.* — A. 742 in Campania decessit ex morbo, paullo post Quinquatrus (exeunte mens. Mart.) *Dio 54, 28 (Zonar. 10, 34).* Ossa inlata mausoleo Augusti *Dio l. c.; consol. ad Liviam v. 67.* Ludi gladiatorii in honorem memoriae eius editi a. 747 *Dio 55, 8.*

Digitized by Google

Ex Pomponia pater Vipsaniae Agrippinae *(infra n. 462)*, ex Marcella complurium liberorum (qui praeterea non memorantur) *Suet. Aug. 63*, ex Iulia C. Caesaris *(I n. 142)*, L. Caesaris *(I n. 148)*, Iuliae *(I n. 421)*, Agrippinae *(infra n. 463)*, Agrippae Caesaris *(I n. 139)*. Heredem reliquit Augustum *Dio 54, 29*.

Amicus Augusti praecipuus *Val. Max. 4, 7, 6, Seneca benef. 6, 32, 2–4, ep. 94, 46, Ioseph. ant. 15, 10, 3; cf. M. Anton. εἰς ἑαυτ. 8, 31.* Augusto semper se submittebat *Vell. 2, 79, Plin. h. n. 7, 46, Dio 49, 4. 53, 23. 54, 29.* Saepius, ut ipse Augustus, insidiis petitus *Dio 54, 15 (Zonar. 10, 34).*

Servi eius *VI 5731. 8871;* liberti *VI 18269.* — Chersonesum Thracicam possedit *Dio 54, 29.* — Procurator eius in Sicilia Iccius *Horat. ep. 1, 12.*

Opera publica ab eo in urbe extructa *VI 896 (t. Panthei), Bull. comun. 1887 p. 306 (cum mentione pontis Agrippae, cf. Huelsen Röm. Mitth. 1889 p. 285); Horat. ep. 1, 6, 26; Strabo 5, 3, 8 p. 235, 13, 1, 19 p. 590; Seneca de benef. 3, 32, 4; Plin. h. n. 16, 201. 31, 41. 42. 34, 13. 62. 35, 26. 36, 38. 102. 104. 121. 189; Frontin. de aq. 9. 10. 98 cf. 25. 99. 104. 116; Tac. a. 15, 37. 39; Suet. Aug. 29 fin. 42; Dio 49, 43. 53, 23. 27. 54, 11. 29. 55, 8. 66, 24; Notit. urb. reg. VII. VIII. IX, item add.* Tiberim derivavit *Porph. ad Hor. art. poet. 67.* Vias Galliae munivit *Strabo 4, 6, 11 p. 208.* Orbem terrarum urbi spectandum propositurus erat in porticu (Vipsania) *Plin. h. n. 3, 17.* Auctor Plinii in enarratione orbis terrarum *Plin. h. n. 3–6. Etiam a Strabone Agrippae χωρογραφίαν adhibitam esse putant plerique; cf. Riese Geograph. Lat. min. p. VII seq., p. 1 seq.*

Ad eum dedit Horatius *carm. 1, 6.* Eum significasse credebatur Vergilius *Aen. 1, 292 cf. Serv. l. c. — Vix hic (quod post alios putavit Ribbeck prol. ad Verg. p. 100)* M. Vipsanius (uipranius *traditur*), quem Vergilii ut videtur obtrectatorem memorat *Donatus vit. Verg. (Suet. p. 65 Reiffersch., item ap. Hagen Jahn's Jahrb. suppl. 4 p. 740).* — Scripsit de vita sua *Philargyr. in Verg. georg. 2, 162 cf. Plin. h. n. 7, 148 (Peter hist. Rom. fragm. p. 261).* Oratio eius de tabulis omnibus signisque publicandis *Plin. h. n. 35, 26 (fortasse huc spectat etiam* aedilitatis suae commemoratio quam citat *Plin. h. n. 36, 121).* Reum aliquem defendit *Seneca contr. 2, 4, 13.* Vir rusticitati propior quam deliciis *Plin. h. n. 35, 26.* — Ab eo appellatum Athenis theatrum in in Ceramico *Philostr. vit. soph. 2, 5, 3; 8, 2.*

458 Vipsanius Atticus, rhetor, Apollodori (Pergameni) discipulus *(traditur* Att- Vipsani Apollodori discip-) *Seneca contr. 2, 5 (13), 11. Male a nonnullis putatus est vel pater vel filius M. Agrippae; alii Dionysium Pergamenum cognomine Atticum, quem memorat Strabo 3 p. 625, intellexerunt, id quoque sine causa; cf. Piderit de Apollodoro Pergameno (Marb. 1842) p. 16 seq. — Eius nominis homo X 7101 (Catinae).*

459 Vipsanius Laenas, procurator Sardiniae, a. 56 damnatus ob eam provinciam avare habitam *Tac. a. 13, 30.*

460 Vipsanius Marcellinus: eius servus *X 12 (Regii Iulii). Fortasse vir nobilis.*

461 Vipsanius Philargyrus *(sic omnino scribendum coniungendumque; fortasse fuit Agrippae libertus)*, notas scribendi a Tirone inventas ampliavit *Isidorus orig. 1, 22 ex Suetonio, cf. Sueton. ed. Reifferscheid p. 136; codex Cassellanus notarum Tironianarum ap. Schmitz symb. phil. Bonn. p. 532 (ubi distinguitur Philargyrus a Vipsanio).*

— L. Cominius Vipsanius Salutaris.

462 VIPSANIA AGRIPPINA. *T. Laude Pompeia rep. V 6359 (1); fortasse ad eam pertinuit t. mutilus Telesinus IX 2201 (2); memoratur in t. urbano VI 9901*[a] *(3).* Vipsania *Tac. a. 1, 12. 3, 19 (praeterea gentilicium firmat t. 3)*, Agrippina *t. 1. 3, Suet. Tib. 7.* M. Agrippae filia, Pomponii Attici neptis *Nep. Att. 19, Suet. Tib. 7, Dio 54, 31.* Vix annicula desponsa Ti. Claudio Neroni privigno Caesaris *Nepos l. c.*, cui postea nupsit *Vell. 2, 96, Tac. a. 1, 12, Suet. l. c., Dio l. c.*, peperitque filium Drusum *(anno 739, vel certe inter a. 739/742, cf. sub Druso Caesare) Suet. l. c.*; mater Drusi Caesaris *t. 1; Tac. a. 3, 19 cf. 2, 43.* Rursus gravidam a. 742 Tiberius coactus est eam dimittere, ut Iuliam duceret *Suet. l. c., Dio l. c.* Postea nupsit C. Asinio Gallo *(consuli a. 746) Tac. a. 1, 12, Dio 57, 2 (huius mariti nomen erat etiam in t. 1, sed erasum), ex quo matrimonio nati sunt Ser. Asinius Celer (cf. t. 3), Asinius Gallus (Dio 60, 27), Asinius Saloninus (Tac. a. 3, 75), v. supra A 1012. 1014. 1039, sed etiam reliqui ut puto filii C. Asinii Galli, v. supra A 1017. Eius libertus* M. Vipsanius Agrippinae l. Thales conlactani(us) Celeris, Galli fili *t. 3.* Defuncta a. p. Chr. 20 (u. c. 773) *Tac. a. 3, 19.*

463 (VIPSANIA) AGRIPPINA GERMANICI. *Tituli vivae ei positi: Aeserninus IX 2635 (1), Veleias XI 1167 (2), Delphicus Ath. Mitth. 5, 1880 p. 197 (3), Melius Journal of hell. stud. 17, 1897 p. 17 (4), Samius Ath. Mitth. 14, 1889 p. 102 (5), Lesbii Bull. de corr. hell. 4, 1880 p. 432 n. 17. 18 (6. 7), Sinopensis Bull. de corr. hell. 13, 1889 p. 302 (8). Memoratur in t. filii Lesbio CIG. 3528 = Eph. ep. 2 p. 9 (9). T. sepulcralis VI 886 (10). Praeterea mortuae ei positus t. Hispanus II 3379 (11); Peloponnesius CIG. 1301 (12); item memoratur post mortem XIV 2794 (13). Nummi mortuae eius nomine cusi, Eckhel 6, 212 seq., Cohen I ed. 2 p. 231 seq.*

*Gentilicium nusquam ponitur.* M. Agrippae et Iuliae filia *Suet. Aug. 64, Cal. 7, Dio 57, 5 (Zon. 11, 1) cf. Tac. 1, 41;* (M. Agrippae filia *t. 3. 9. 10,* M. f. *t. 1. 5, pars nummorum;* Augusti neptis *t. 10. 12, Tac. a. 1, 33. 2, 71 cf. 1, 40. 3, 4. 4, 34, Suet. Cal. 8*), sorore Iulia minor *Suet. Aug. 64. Nata videtur post annum 737, quo L. Caesar, et ante a. 742, quo mortuo patre Agrippa Caesar natus est (cf. Mommsen*

Digitized by Google

*Herm. 13, p. 246; de die natali cf. Henzen act. Arv. p. XLIX not. 1).* Nupsit Germanico Caesari *Tac. a. 1, 33 cet., Suet. Cal. 7, anno ut videtur p. Chr. 5, cf. sub Germanico Caesare*, cui novem liberos peperit *Plin. h. n. 7, 57, Suet. Cal. 7.* Maritum in Germania morantem consequitur a. 14 *Suet. Cal. 8.* Una cum marito in Germania *Tac. a. 1, 40. 69, Dio 57, 5;* eundem comitatur in Orientem *Tac. a. 2, 54.* Intrepidam se praebet in Germania *Tac. a. 1, 40. 69.* Filiorum unum peperit Tibure, alium Antii, filias duas in Germania *Suet. Cal. 8 (cf. Mommsen Herm. 13, 252 seq.)*, tertiam in insula Lesbo *Tac. a. 2, 54;* exinde puto a Lesbiis dicta θεὰ Αἰολὶς Ἀγριππῖνα *nummi Mytilenenses ap. Eckhel 6, 214, Mionnet III p. 49, 122, suppl. VI p. 65, 89. 90,* θεὰ Αἰολὶς καρποφόρος Ἀγριππῖνα *CIG. 3328 = Eph. 2 p. 9 (CIG. 2183 fortasse intellegitur Agrippina iunior, cf. Eph. ep. II p. 8).* Mariti defuncti cineres e Syria in Italiam deportat *Tac. a. 2, 75. 3, 1.* Odium eius in Tiberium, et invicem, a Seiano auctum *Tac. a. 1, 69. 3, 4. 4, 12. 39. 52. 54, Suet. Tib. 53 cf. Vell. 2, 130.* A. 29 Tiberius eam apud senatum criminatur *Tac. a. 5, 3. 5, Suet. Tib. 53.* Pandateriam relegatur *Suet. l. c.* A. 33 vitam inedia finivit *Tac. a. 6, 25, Suet. l. c., Dio 58, 22.* Cineres eius a. 37 a Gaio filio Romam translati et in mausoleo Augusti conditi *Suet. Cal. 15, Dio 59, 3 cf. t. 10.* Mater C. Caesaris Augusti Germanici *nummi; t. 10. 11; Plin. h. n. 7, 45, Suet. Cal. 7 cet.* — COMINIA VIPSANIA DIGNITAS.

464 (VIPSANIA) POLLA (Polla *Dio; Plinius nomen non ponit*), soror M. Agrippae *Plin. h. n. 3, 17, Dio 55, 8.* Porticum, quae orbem terrarum spectandam complecteretur, inchoavit ex destinatione et commentariis fratris *Plin. l. c.*, nondum perfecerat a. 748 *Dio l. c.*, perfecit Augustus *Plin. l. c.* Memoratur porticus Vipsania *Plin. 6, 139; Martial. 1, 108. 4, 18; Tac. h. 1, 31; Plut. Galb. 25.*

465 C. VIPSTANVS APRONIANVS *(sic passim in actis Arvalium, semel* C. Vipstanius Apronianus *VI 2042 v. 15;* Vipsani Aproniani *Tac. h. 1, 75; in consulatu* C. Vipstanus Apronianus *act. Arv.*, Γ. Οὐειψτανὸς Ἀπρωνιανός *X 1504,* C. Vipstanus, C. Vips. *tabula cerata Pompeiana ap. de Petram n. 124 = Zangemeister n. 147,* Vipstanus *Plin. h. n. 7, 84,* Gaius Vipsanus *Tac. a. 14, 1,* Vipianius *vel* Vipianus *Plin. h. n. 2, 180 codices,* Apronianus *chronographus, fasti Hydat.).* — Frater Arvalis certe inde ab a. 57, magister eo ipso anno *act. Arv.* Consul ord. a. 59 cum C. Fonteio Capitone *fasti. Hic ut videtur* C. Vipstanus Apron[ianus] *(consul ut videtur) IX 4898.* Proconsul Africae a. 69 (68/9) *Tac. h. 1, 76.* A. 86 d. 27 Febr. in locum eius *(defuncti)* alius frater Arvalis cooptatus *act. Arv.* — *Huius fortasse* Vipstani Aproniani l. *VI 29015.*

466 VIPSTANVS GALLVS mortuus in praetura a. 17 *Tac. a. 2, 51.*

467 M. VIPSTANVS GALLVS (M. Vipst. *tessera glad.*, Cla. *vel* La. *vel* L. Vipstanus Gallus *legerunt III 4591). Filius fortasse eius qui praecedit.* Consul suff. cum C. Rutilio Gallico vel Gallo *III 4591,*

*tessera gladiatoria quam ed. Hirschfeld Wiener Stud. 3, 1881 p. 271* a. 53 vel 54 *III 4591. Cf. supra sub C. Rutilio Gallo (R 169).*

468 VIPSTANVS MESSALLA (Viptanus M. *traditur Tac. h. 4, 42,* Vipsanus M. *ib. 3, 18. 25,* Vipsanius M. *ib. 3, 9,* Vibanius *vel* Libanius M. *dial. 14; alibi cognomen tantum; gentilicium ap. Tac. restituit Rupertus*). Claris maioribus *Tac. h. 3, 9 (a Messalla Corvino oratore oriundum fuisse, inde quod Tac. dial. 27 oratores antiqui dicuntur maiores eius, nequaquam collegerim). Fortasse filius L. Vipstani Publicolae consulis a. 48, frater C. Vipstani Publicolae sacerdotis facti a. 63 (infra n. 470).* Frater (uterinus) Aquilii Reguli *Tac. h. 4, 42.* Natus post a. 45, scilicet a. 70 nondum senatoria aetate *Tac. l. c.* A. 69 tribunus militum in exercitu Moesiae, bello Vitelliano praeest legioni septimae Claudiae auxiliisque *Tac. h. 3, 9. 11. 18.* De hoc bello quaedam memoriae mandavit *ib. 3, 25. 28.* A. 70 Regulum fratrem coram senatu defendit *ib. 4, 42.* Eloquentia eius *Tac. h. 4, 42, dial. 15.* A Tacito in dialogo de oratoribus inducitur veteres oratores laudans *Tac. dial. 14 seq. 25 seq.*

469 L. VIPSTANVS (*vel* VIPSTANIVS) MESSALLA (Οὐειψτανὸς Μεσ[σάλας] *t. Atheniensis; in consulatu* L. Vipstanius Messalla *VI 43. 44,* L. Vipstanus Messala *VI 543,* [L.] Vipstanus Messalla *VI 1984,* L. Vipstanius Mess[alla] *VI 791, praeterea cognomen tantum. Filius videtur eius qui praecedit.* Consul ord. a. 115 cum M. Pedone Vergiliano *fasti.* Consularis (ὑπατικός) *t. Atheniensis CIAtt. III 621 (= eph. ep. 1 p. 250 ubi restituit Dittenberger).* Pater L. Vipstani (Publicolae) Messallae (*infra n. 472*) *ib.*

470 C. VIPSTANVS POPLICOLA a. 63 cooptatus in collegium aliquod sacerdotale e maioribus *VI 2002. Fortasse filius eius qui sequitur.*

471 L. VIPSTANVS PVBLICOLA consul ord. a. 48 cum A. Vitellio *fasti.* (L. Vipsana *Tac. a. 11, 23,* [L.] Vistanus *III S. 12321,* [L.] Vipstanus Poplicola *VI 8639 = X 6637,* Publicola *chronogr. a. 354 fasti Hydat. cet.;* Vipsanius *Tac. a. 11, 25*). Memoratur in consulatu *Tac. a. 11, 25. Fortasse pater tam C. Vipstani Publicolae eius qui praecedit, quam Vipstani Messallae tribuni militum a. 69 (n. 468), avus L. Vipstani Messallae consulis a. 115, proavus L. Vipstani Publicolae Messallae eius qui sequitur.*

472 L. VIPSTANVS PVBLICOLA MESSALLA *(sic XIV 2795,* L. Vipstanius Publ[icola] Messala *ib. 4245),* L. f. *(filius scilicet L. Vipstani Messallae consulis a. 115),* (tribu) Claudia (Cl. *XIV 2795,* [C]l. *4245) t. Tiburtinus XIV 4245, Gabinus ib. 2795.* II[Ivir a. a. a. f. f.?] *XIV 4245.* [Sa]lius Co[llinus] *ib.* Quattuorvir quinquennalis Gabiis a. 140 *XIV 2795. Hic videtur* L. Vi[pstanus] Messal[a], Vipstani Mes[salae] consularis filius, statua honoratus a senatu populoque Atheniensi *CIAtt. III 621.*

Digitized by Google

472ª Virbiana, inter CX matronas, quae ludis saecularibus a. 204 Iunoni sacrificaverunt; Flavii Drusiani *(cf. supra F 177)* uxor *act. lud. saec. eph. ep. 8 p. 288.*

473 Virdius Gemellinus, procurator Traiani in Bithynia, cum Plinius provinciam regeret (a. 111/3) *Plin. ad Trai. 27. 28. 84. Filius eius qui sequitur.*

474 Virdius Geminus, 'spectatae militiae' vir, a. 69 iussu Vespasiani tumultum in Ponto ortum compressit *Tac. h. 3, 48.*

— Caecilius Virgilianus.

475 P. VIRIASIVS NASO *(sic cippi urbani*, Viriasius Naso *t. Cretensis)*, tribunus plebis eodemque tempore curator locorum publicorum iudicandorum cum P. Nonio Asprenate, qui consul fuerat a. p. Chr. 6, aliisquo *cippi urbani VI 1267ª·ᵇ· 31573 (= Bull. comunale 1885 p. 97).* Proconsul provinciae Cretae per tres annos sub finem imperii Tiberii (certe post a. 31) *t. Gortynius III S. 12036 (= inscr. sel. 158).*

— ATTIA VIRIOLA.

476 L. VIRIVS AGRICOLA *(sic VI 1984; dipl. mil., III p. 893, alibi* Agricola), consul ord. a. 230 cum Sex. Catio Clementino Priscilliano *fasti.*

477 Q. VIRIVS EGNATIVS SVLPICIVS PRISCVS. Q. Vi[r]ius (Vieius *traditur)* Egnatius Sulpicius Priscus *t. Albingaunensis V 7783,* Virius Sulpicius Priscus *X 8059, 134.* Clarissimus vir *ib.* Consularis, pontifex et flamen divi Severi, curator aquarum sacrae urbis et Miniciae, eodemque tempore praefectus alimentorum; amicus ut videtur M. Valerii Braduae Maurici consulis *(a. 191),* post cuius mortem balneum, quod ille inchoaverat, Albingaunensibus adsignavit *t. Albingaunensis.* Dispensatoris eius signaculum *X 8059, 134.*

478 Q. VIRIVS LARCIVS SVLPICIVS, pr(aetor) *(nisi forte fuit* Pr[iscus], *quamquam deesse nihil traditur; potest fieri ut is qui solus hanc partem tituli vidit lacunam male celaverit)*, quindecimvir sacris faciundis *VI 1541.* Ad opus aliquod ab eo extructum M. Valerius Bradua Mauricus consul (a. 191) aliquid videtur addidisse *ib. Pater fortasse eius qui praecedit.*

479 VIRIVS LVPVS *(sic tituli, item Dig.* [Virius Luppus *codicis Florentini manus prima*], Λοῦπος *Xiph.*, Λούπιος *exc. de leg.)*, dux Severi contra Albinum, ab eo victus *(exeunte a. 196 vel ineunte a. 197) Dio 75, 6 (Virium Lupum intellegi non certum sed probabile est).* Legatus pro pr. Britanniae *VII 210. 273, Ulpianus libro sexto ad Sabinum (Dig. 28, 6, 2, 4), cf. Dio 75, 5,* a. 197 *VII 210,* quia Severus eo tempore bello finitimo (τῷ παροίχῳ πολέμῳ) occupatus erat *(agitur, ut vidit Hirschfeld, de reliquiis factionis Albinianae, anno demum 198 oppressis, cf. Hirschfeld hist. Zeitschr. 43, 1897 p. 483 not. 3;* παροίχῳ *in* Παρθικῷ *mutari iussit Huebner mus. Rhen. 12, 67, retinet Boissevain*

*collato Herod. 7, 235)*, coactus est pacem emere a Maeatibus *Dio 75, 5 exc. de leg. (fragmentum sedis non certae)*; praeses Britanniae sub Caracalla *(intellege imperantibus Severo et Caracalla) Ulpian l. c.*

480 VIRIVS LVPVS *(sic laterculus praefectorum; ...* us Lupus *t. urbanus; in consulatu* Lupus) *Oriundus videtur ab eo qui praecedit.* Clarissimae memoriae vir *t. urbanus VI 31775 (= inscr. sel. 1210).* Praeses Syriae Coeles et Arabiae *ib.* [Iudex] sacrarum cognitionum [per Aegyptum] et Orientem *ib.* Consul ord. a. 278 cum Probo Aug. III *fasti.* Praefectus urbi *t. urbanus*, praef. urbi a. 278—280 *laterculus praef. urbis ap. chronogr. anni 354 (Momms. chron. min. I p. 66).* Pontifex dei Solis *t. urbanus.*

481 L. VIRIVS LVPVS IVLIANVS sevir equitum Romanorum, IIIvir capitalis, legatus *(proconsulis)* provinciae Lyciae Pamphyliae, allectus inter quaestorios, praetor; salius Collinus *t. urbanus VI 31774 (= Bull. com. 1892 p. 365).*

482 VIRIVS MARCARIANVS vir clarissimus, deam Cybeben pecunia sua posuit *t. urbanus VI 513. Fortasse quarto demum p. Chr. saeculo vixit.*

483 VIRIVS ORFITVS *(gentilicium exhibet laterculus praefectorum)*, consul ord. a. 270 cum Flavio Antiochiano II *fasti.* Praefectus urbi a. 273. 274 *laterculus praefectorum urbis ap. chronographum anni 354 (Momms. chron. min. I p. 66) (eius nomen supplendum VI 1112).*

— M. RVBRENVS VIRIVS PRISCVS POMPONIANVS MAGIANVS PROCVLVS.

484 Virro, homo luxuriosus et superbus, cuius cena irridetur *Iuvenal. 5, 39 seq. cf. 99 seq. 149. 156.* Idem fortasse memoratur *ib. 9, 35.*

— VIBIDIVS VIRRO.

— Sex. Vibidius Virro.

— MACRINVS VISCVS.

— Vibius Viscus.

— (VIBIVS) VISCVS THVRINVS.

485 Visellius, nescio quis: eius socer irridetur *Horat. sat. 1, 1, 105.*

486 Visellius, qui scripsit de figuris *Quintil. 9, 3, 89 cf. 9, 2, 101. 107. Cf. Teuffel Lit. 276, 10.*

487 C. VISELLIVS VARRO *(tria nomina fast. Cap., item Antiat., VI 765;* Visellius Varro *Tac. a. 3, 41*, Visellius *c. 42*, Varro *c. 43).* C. f., C. n. *fasti Cap. Fortasse nepos C. Visellii Varronis, quem consobrinum suum memorat Cicero Brut. 76, 264 (ab eodem fortasse lata lex Visellia, CIL. I 593).* Consul cum Germanico Caesare a. p. Chr. 12 suff. ex kal. Iuliis *fasti Cap., fasti Antiat., fasti Arv.; VI 765. 852. 27526.* Legatus pro pr. Germaniae inferioris a. 21 *Tac. a. 3, 41 seq.* Invalidus senecta *ib. c. 43.* Bellum adversus Sacrovirum C. Silio legato Germaniae superioris concessit *ib.* Inimicitiae inter eum et C. Silium *ib. 4, 19. Pater eius qui sequitur.*

488 L. VISELLIVS VARRO consul a. 24 *(tria nomina VI 1237, item in mentione consulatus ap. Frontin. aq. 102, praenomen etiam I 765.*

Digitized by Google

*VI 10051; in indice Dionis l. 57 traditur* Κηλουσέλλιος Οὐάρων, *fuisse* Κ. ἢ Λ. Οὐισέλλιος Οὐάρρων *coniecit Boissevain)*, filius eius qui praecedit *Tac. a. 4, 19* (C. f. *VI 1237*, L. f. *Dio ind. l. 57, male*). Curator riparum et alvei Tiberis, una cum C. Vibio Rufo consule ut videtur a. 16, aliisque tribus, postremo loco enumeratus *VI 1237*. Consul ord. a. 24 cum Ser. Cornelio Cethego *fasti*. In ipso consulatu C. Silium *(S 507)*, 'paternas in imicitias obtendens', accusavit *Tac. a. 4, 19*. Ab hoc consule ut videtur *(cf. Mommsen Staatsr. III p. 424 not. 3, 786 not. 3)* lata lex Visellia de iure Quiritium Latinorum, qui inter vigiles militaverant *Ulpian. fr. 3, 5*, et de poenis libertinorum, qui ingenuorum honores usurpabant *cod. Iust. 9, 21; 9, 31, 1.*

489 SEX. VISTILIVS (Vestil- *codex Taciti altero loco*), praetorius; eum Druso fratri percarum Tiberius in cohortem suam transtulerat; cum a. p. Chr. 32 Tiberium offendisset, senex mortem sibi conscivit *Tac. a. 6, 9. Fortasse ex huius familia* Sex. Vistilius Sex. l. Felix *VI 29051*, Sex. Vistilius Sex. l. Zeno *VI 29052*, Sex. Vistilius *Lylysus *X 628*, Sex. Vestilius D.... *XIV 1751.*

490 VISTILIA, praetoria familia genita *(fortasse filia eius qui praecedit)*, Titedio Labeoni nupta, cum a. p. Chr. 19 lenocinium apud aediles professa esset, in insulam Seriphon ablegata *Tac. a. 2, 85.*

491 VISTILIA (*in nonnullis codicibus* Vestilia), 'Gliti ac postea Pomponi atque Orfiti clarissimorum civium coniunx ex his quattuor partus enixa, septimo semper mense, genuit Suillium Rufum undecimo, Corbulonem septimo, postea Caesoniam Gai principis coniugem octavo' *Plin. h. n. 7, 39. Sex igitur maritis nupserat, septies mater facta est. Fortasse soror eius quae praecedit.*

492 Vitalianus, praefectus praetorio Maximini: eum Gordianus misso ex Africa quaestore provinciae cum militibus per dolum sustulit (a. 238) *Herod. 7, 6, 4 seq.; 8, 6; vit. Gord. 10.*

— Fl[avius] V[i]talinus.

— M. Aelius Vitalis.

— M. Aure(lius) Vitalis.

493/4 Vitalius Victor, inter nobiles viros a Septimio Severo occisos *vit. Sev. 13, 1.*

— M. Antonius Vitellianus.

— M. Pomponius Vitellianus.

— C. SALVIVS VITELLIANVS.

— L. SVANIVS VICTOR VITELLIANVS.

495 VITELLIVS consul (suff.) cum Severo mense Mai. *(anno ut videtur 189, nempe cum natus est Geta, qui vixisse dicitur annos XXII menses IX, et mortuus est certe non ante mens. Dec. a. 211, cf. supra sub L. Septimio Geta) vit. Get. 3, 1. Nomen fortasse corruptum ex Apuleii vel Atuleni (Rufini) nomine, qui consul fuit cum L. Septimio Severo; cf. supra p. 214.*

496 Vitellius, auctor iuris: 'ad Vitellium' libros scripserunt et (Masurius) Sabinus, quos adhibuerunt *Ulpianus (Dig. 32, 45. 33, 7, 8. 33, 7, 12, 15. 33, 9, 3. 34, 2, 19, 17) et Tryphoninus (Dig. 34, 9, 22)*, et Paulus *ind. Dig. Flor., Dig. 7, 1, 1; 50 cet. 32, 46; 78. 33, 7, 14; 18 cet.* 'Cassius apud Vitellium notat' *Ulpian. (Dig. 33, 7, 12, 27). Cf. Lenel paling. iuris civ. I 1301 seq. II 189 seq. 1223. Aequalis fere videtur fuisse Labeonis, cf. Krüger Gesch. der Quellen u. Litteratur d. röm. Rechts p. 146. Plane incertum num idem P. Vitellius procurator Augusti (infra n. 503).*

497 A. VITELLIVS P. Vitellii procuratoris Augusti filius *Suet. Vit. 2.* Aut huic aut L. Vitellio a. p. Chr. 31 P. Vitellius frater, coninrationis cum Seiano accusatus, in custodiam datus *Suet. l. c., Tac. a. 5, 8.* Consul suffectus a. p. Chr. 32 ex k. Iul. *fasti Nolani (X 1233); fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 71)*, cum Cn. Domitio Ahenobarbo *Suet. l. c.* Obiit in consulatu *Suet.* Praelautus, famosusque magnificentia cenarum *ib. Fortasse huius* A. Vitellii cellarius *VI 9248. — Nescimus quorum (et quot) ex his Vitelliis* Vitelliorum familia et liberti, ad quorum sepulcrum pertinuit *VI 9321.*

498 A. VITELLIVS A. f., legatus pro pr. Ti. Caesaris Augusti *t. urbanus VI 879. Diversus videtur ab eo qui praecedit, propter praenomen patris (filium eius qui praecedit fuisse coniecit Mommsen ad VI 879, quamquam mirum sit, A. Vitellio consuli a. 32 fuisse filium ita adultum, ut ante a. 37 legati pro praetore munere fungi potuerit); nisi forte idem est qui praecedit, apud Suetonium autem error in praenomine Vitellii procuratoris Augusti, cf. infra n. 503.*

499 A. VITELLIVS imperator ([A.] Viteilius *scribitur in t. Samothracico III S. 12321;* Ὠλος Οὐιτ. *nummi Alexandrini, cf. infra*). L. Vitellii *(n. 500)* et Sextiliae filius *Suet. Vit. 3*, Luceria (Nuceria? *cf. Suet. 2*) oriundus *Tac. h. 3, 86*, natus a. 15 *Suet. 3 (idem indicant Dio Xiph. 65, 22, Zonar. 11, 16, eoque ducit etiam annus consulatus; annum 12 indicant ipse Suet. 18, Tac. h. 3, 86, Eutrop. 7, 18, Victor Caes. 8 epit. 8)*, VIII kal. Oct. (24 Sept.) vel ut quidam VII id. Sept. (7 Sept.) *Suet. (diem 24 Sept. indicat etiam Zonar. 11, 16 narrans vixisse eum LXXXIX dies supra LIV annos).* Pueritiam primamque adulescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta *Suet. 3 cf. Dio 64, 4.* Gai per aurigandi, Claudio per aleae studium familiaris *Suet. 4* (Venetae factionis cupidus *Suet. 7, 14 cf. Dio 65, 5*). Etiam Neroni acceptus *Suet. 4.* Consul ord. a. 48 cum L. Vipstano Poblicola *fasti; cf. Suet. 3.* Sacerdotiis amplissimis auctus *Suet. 5, Tac. h. 3, 86.* (Quindecimvir sacris faciundis *nummi ap. Eckhel 6, 316, Cohen ed. 2 t. I p. 365 n. 110 seq. Sed his nummis non certum est significari sacerdotium ante imperium susceptum*). Frater Arvalis; adest in collegio a. 57. 58. 59 (mense Dec., sed aberat a. 58 mens. Nov. Dec. et per maiorem partem anni 59) atque etiam mense Ian. 60 *act. Arv.* Proconsul Africae

*(a. 60/1 ut videtur) Suet. Vit. 5, Tac. h. 1, 70. 2, 97,* insequentique anno *(61/2)* legatus fratris proconsulis Africae *Suet. (nam antea et postea videtur fuisse Romae).* Egregie provinciam administravit *Suet. l. c., Tac. h. 2, 97.* A. 62 in senatu *Tac. a. 14, 49,* item ut videtur iam mense Ian. inter fratres Arvales *(act. Arv. VI 2046 cf. Henzen act. Arv. p. LXXXVII),* certe a. 63 *VI 2043,* item anno 66 *VI 2044 (nisi hic frater significatur).* Curator operum publicorum *Suet. 5.* A Galba missus in Germaniam inferiorem legatus pro pr., aliquanto post caedem Fonteii Capitonis *Tac. h. 1, 9, Suet. 7 cf. Dio 64, 4, Plut. Galb. 22.* Provinciam intravit kal. Dec. a. 68 *Tac. h. 1, 52 cf. Suet. 8.* Imperator appellatus a legionibus Germanicis III non. Ian. a. 69 *Tac. h. 1, 59, Plut. Galb. 22.* Cognomen Germanici recepit *Plut. Galb. 22, Suet. 8.* Vitellius Germanicus *Suet. 14.* A. Vitellius imp. Germanicus *vel* Germanicus imp. *nummi ap. Eckhel 6, 309.* Devicto Othone Romae agnitus; ob diem imperii eius, 'quod XIII k. Mai. statut. est', sacrificatum k. Mai. *act. Arv. (VI 2051 v. 85).* Praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet *Tac. h. 2, 62 cf. Suet. 8, Plut. Galb. 22.* Romam ingreditur *Tac. h. 2, 89.* Imp. III. *act. Arv. a. 69 d. 29 Mai. 3 Iun. (VI 2051[b] v. 6. 16).* Aug. *act. Arv. 3 Iun. (VI 2051[b] v. 12).* A. Vitellius Aug. imp. German. *vel* Germ. imp. Aug. *nummi* ([A. Vitellius Ger]manicus imp. Au[g]. *XIV 2496[a], sed supplementum non certum*). Ὦλος Οὐιτ. Καισ. Σεβ. Γερμ. αὐτ. *nummi Alexandrini, ap. Mionnet VI p. 78 et alibi (Caesaris nomen nondum perspecta eius voluntate ei additum putat Eckhel 6, 310).* Pontificatum maximum suscepit d. XV kal. Aug. (18 Iul.) *Tac. h. 2, 91, Suet. 11.* Comitia in decem annos ordinavit *(cf. Tac. h. 3, 55)* seque perpetuum consulem *Suct. 11.* A. Vitellius L. f. imperator, cos. perp. *VI 929;* [im]p. A. Vitellius c[os. perp.] *X 8016.* Sub finem imperii 'Caesarem se dici voluit, superstitione nominis' *Tac. h. 3, 58.* Luxuria eius *Tac. h. 2, 62 cet., Plut. Oth. 9* (de solo victu cogitabat *Suet. 7*). Romae occisus *Ioseph. bell. 4, 11, 4,* post d. 18 Dec. *Tac. h. 3, 67,* tertio die mensis Apellaei *Ioseph., i. e. d. 20 Dec., si recte significari mensem Apellaeum Tyriorum statuit Norisius cf. Ideler chron. I 436, Niese Herm. 28 p. 203,* cum imperasset *(a d. 19 Apr.?)* menses VIII dies V *(ad d. 24 Dec.?) Ioseph.,* menses VIII dies XI *chronographus anni 354 (chron. min. I p. 146),* menses VIII d. I *Eutrop. 7, 18,* menses VIII d. XXVII *Tertullian. adv. Iud. 8,* eum imperasset *(inde a d. 3 Ian.)* annum unum diebus X deficientibus *Dio Xiph. 65, 22 Zonar. 11, 16,* cum vixisset *(a d. 24 Sept.)* a LIV d. LXXXIX *Zonar. l. c. (quod ad diem 22 Dec. ducere videtur). Nomen erasum in actis fratrum Arvalium (semel in actis anni 57, passim in actis a. 69).*

Uxores: Petronia *(P 241),* ex qua filium habuit Petronianum *(infra n. 509),* qua dimissa *(cf. Tac. h. 2, 64)* duxit Galeriam Fun-

danam *(G 18)*, ex qua utriusque sexus liberos *(infra n. 507. 514)* tulit *Suet. 6* ('liberi imp. Germ. *vel* Germ. Aug.' *nummi ap. Cohen ed. 2 t. I p. 366 cum imaginibus utriusque*).

Ab eo edulium quaedam genera Vitelliana appellata *Dio 65, 3. Plane incertum num huc pertineat* coronarius Vitellianus *VI 9282. Incertum a quo (vix ab hoc) appellati* Vitelliani (libelli) *Martial. 2, 6, 6. 14, 8; 9.*

500 L. VITELLIVS. *Imago eius in nummis filii (cf. infra). Nomen eius fuit VI 919, sed periit.* — P. Vitellii procuratoris Augusti filius *Suet. Vit. 2.* Adulescens observat Antoniam Augustam *Tac. a. 11, 3.* Consul ord. a. 34 cum Paullo Fabio Persico *fasti.* Frater Arvalis, fortasse iam sub Tiberio ante a. 29 *VI 2026 v. 6 = Henzen act. Arv. p. XXXVIII (sed res incerta)*, certe sub Claudio *VI 2032. 2035 = Eph. ep. 8 p. 326.* Legatus pro pr. Syriae a. 35 *Suet. Vit. 2, Tac. a. 6, 32*, 'cunctis quae apud Orientem parabantur' praefectus *Tac.* Parthos Armenia abscedere cogit *Tac. a. 6, 36, Ioseph. ant. 18, 4, 4.* Tiridatem in regnum Parthiae inducit *Tac. a. 6, 37.* A. 37 Artabanum ad colloquium suum et ad veneranda signa Romana adegit *Ioseph. ant. 18, 4, 5, Suet. Vit. 2 cf. Gai. 4, Dio 59, 27 (vivo Tiberio id factum esse testatur Iosephus, iam Gaio imperante Suet. Gai. 4 et Dio; cf. Mommsen Röm. Gesch. V p. 378).* Per M. Trebellium legatum Clitas subiecit *Tac. a. 6, 41.* Pontium Pilatum Iudaeae procuratorem Romam mittit *Ioseph. ant. 18, 4, 2.* Iudaeis beneficia tribuit *ib. 15, 11, 4. 18, 4, 3. 20, 1, 2.* Bellum parat contra Aretam regem Arabiae *ib. 18, 5, 1. 3.* Hierosolymis nuntium accipit de morte Tiberii *Philo leg. ad Gaium c. 32 p. 580 M., Ioseph. ant. 18, 5, 3. (Eundem sine dubio praesidem Syriae — quamquam* Οὐτιλλ- *traditur pro* Οὐιτελλ- *— significat Malalas lib. IX fin. p. 226 Bonn., sed male traditur eum Syriae praefuisse anno ante quam Christus nasceretur, consulesque adscribuntur qui fuerunt anno 30.)* A Gaio revocatus e Syria *Dio 59, 27.* Successit ei Petronius *Philo l. c., Ioseph. ant. 18, 8, 2.* Ficorum quaedam genera, item pistacia e Syria in Italiam transtulit *Plin. h. n. 15, 83. 91.* Iram Gaii turpi adulatione mitigavit *Dio 59, 27, Suet. Vit. 2.* 'Regendis provinciis prisca virtute egit; regressus formidine C. Caesaris, familiaritate Claudii turpe in servitium mutatur' *Tac. a. 6, 32.* Amicus Claudii *Ioseph. ant. 20, 1, 2.* Messalinae, item libertis Claudii adulatur *Suet. Vit. 2.* A. 43 consul II cum Claudio tertium *fasti.* Curam imperii ei commisit Claudius cum in Britanniam proficisceretur *Suet. Vit. 2, Dio 60, 21.* A. 47 consul III cum Claudio quartum *fasti cf. Suet. Vit. 2* (consul ter *nummi cf. infra, Tac. a. 14, 56, h. 1, 9. 52. 3, 66, Plut. Galb. 22, Suet. Vit. 7, Eutrop. 7, 18, Victor epit. 8, 1*). (Eodem anno) censor cum Claudio *Plin. h. n. 15, 83, Suet. Vit. 2.* Censor *nummi, cusi sub imperio filii, ap. Eckhel 6, 313, Cohen I ed. 2 p. 360 n. 54. 55, p. 367 n. 1. 2.* Censor etiam a. 48 *Tac. a. 12, 4* (censor II *nummus ap. Eckhel l. c., Cohen l. c. p. 360 n. 53*)



Digitized by Google

*(censura memoratur etiam Tac. h. 1, 9. 52. 3, 66, Plut. Galb. 22, Suet. Vit. 7).* Claritudo eius *Tac. h. 3, 86.* Claudio in consilio, cum de Valerio Asiatico pronuntiaret *Tac. 11, 2. 3 cf. Dio 60, 29.* A. 48 cum Messallinae flagitia patefierent, inscitiam simulat *Tac. a. 11, 33–35.* Mox in gratiam Agrippinae L. Iunium Silanum senatu movet *Tac. a. 12, 4,* a. 49 senatoribus auctor, ut matrimonium Claudii et Agrippinae expostularent *ib. c. 5 seq. cf. c. 9, Zonar. 11, 10;* 'praecipuus propugnator Agrippinae' *Tac. a. 12, 42.* A. 51, aetate extrema, a Iunio Lupo maiestatis accusatus; sed accusatori aqua et igni interdictum *ib.* Decessit paralysi altero die quam correptus est; defunctum senatus publico funere honoravit, item statua pro rostris cum hac inscriptione 'pietatis immobilis erga principem' *Suet. Vit. 3 (videtur igitur defunctus esse ante Claudium).* Maritus Sextiliae *(S 460) Suet. l. c.* Libertinae cuiusdam amore perinfamis *Suet. Vit. 2.* Pater A. Vitellii, L. Vitellii *Suet. Vit. 3 cet. Fortasse huius* L. Vitelli disp. *VI 9332.*

501 L. VITELLIVS A. Vitellii imperatoris frater *Tac. h. 1, 88 cet., Plut. Oth. 5 (minorem fuisse inde colligi potest quod cum uno eodemque anno consules fuerint, ille ordinarius fuit, cf. sub A. Vitellio, hic suffectus, cf. infra, et quod hic fratri etiam in proconsulatu Africae successit).* L. Vitellii *(eius qui praecedit)* et Sextiliae filius *Suet. Vit. 3 cf. Tac. h. 3, 64.* Uxorem duxit Iuniam Calvinam Augusti abneptem *Tac. a. 12, 4 (L. Vitellii, non A. Vitellii uxorem fuisse Calvinam apparet collato Suet. Vit. 6),* sed mox repudiavit *ib.* Consul eodem anno quo frater (a. 48); minor maiori in sex menses successit *Suet. Vit. 3.* Frater Arvalis *act. Arv. (certe anno 69, cf. infra; in actis anni 66 incertum utrum eius an fratris nomen fuerit; in actis a. 63 nomen eius probabiliter supplevit Henzen act. Arv. p. LXXIX).* Proconsul Africae, successor fratris *Suet. Vit. 5 (anno ut videtur 61/2, cf. sub fratre).* A. 69 adest Romae inter fratres Arvales mens. Ian. Febr. Mart. *act. Arv.* Iussu Othonis cum eo proficiscitur ad bellum *Tac. h. 1, 88, Plut. Oth. 5.* Interest consilio senatorum Bononiae habito post pugnam Bedriacensem *Tac. h. 2, 54.* Fratri victori in Galliam occurrit *ib. 2, 63,* eidem (Romae) cenam adventiciam exhibet *Suet. Vit. 13 cf. Eutrop. 7, 18.* Primus in senatu sententiam dicit in Caecinam *Tac. h. 3, 37.* Iunium Blaesum pervertit *ib. 3, 38.* Frater, cum contra Flavianos proficisceretur, curam urbis ei commisit *ib. 3, 55.* Mox missus contra rebelles in Campaniam *ib. 3, 58; Dio 65, 16,* Tarracinam expugnat *Tac. h. 3, 76. 77, Dio l. c.* Capta a Flavianis Roma, fidei victorum se permittit, interficiturque *Tac. h. 4, 2, Dio 65, 22 cf. Suet. Vit. 18.* 'Par vitiis fratris, sed vigilantior' *Tac. h. 4, 2 cf. 3, 77.* Uxor *(post Calvinam, cf. supra)* Triaria *Tac. h. 2, 63. 64. 3, 77. Nomen erasum in actis Arv. anni 69.*

502 P. VITELLIVS P. Vitellii procuratoris Augusti filius *Suet. Vit. 2. Fortasse hic* Vitellius qui Aegison oppidum regis Thraciae a barbaris

occupatum Danuvio devectus recuperavit *Ovid. ex P. 4, 7, 27 (potest id factum esse tempore rebellionis Pannonicae Dalmaticae, quo tempore reges Thraciae a parte Romanorum steterunt, a. p. Chr. 6–8, certe factum est circa haec tempora; potest Vitellius legionem duxisse in exercitu Tiberii).* Praetor *(ante annum p. Chr. 14, cum proconsul fuerit a. 18/19 vel etiam antea) Suet. l. c.* Germanici comes *Suet.*, in Germania, iussu eius a. 15 legiones duas terrestri itinere reducit *Tac. a. 1, 70*, a. 16 censum Galliarum egit *ib. 2, 6*. Proconsul Bithyniae (non post a. 18/19) *nummi Nicomedienses cum imagine Germanici, ap. Mionnet II 466, 304 cf. VII p. 81, suppl. V p. 170 n. 982 (item in mus. Berol.).* Adfuit Antiochiae, cum Germanicus moreretur (mense Oct. 19) *Tac. a. 2, 74*. Pisonem reum facit caedis Germanici *Tac. a. 2, 74. 3, 10. 13. 17, Suet. l. c.* (oratio eius in Pisonem *Plin. h. n. 11, 187 cf. Tac. a. 3, 13*). Damnato Pisone sacerdotio exornatus *Tac. a. 3, 19*. Praefectus aerarii militaris *Tac. a. 5, 8*. Occiso Seiano accusatur ut conscius coniurationis *Suet. l. c.*; dicebatur 'claustra aerarii et militarem pecuniam rebus novis obtulisse' *Tac. l. c.*; in custodiam fratri datus *Suet.* (frater vas ei extitit *Tac.*), scalpro librario venas sibi incidit, sed obligari se passus in eadem custodia morbo (aegritudine animi *Tac.*) vitam finivit *Suet. l. c., similiter Tac. l. c.* Uxor Acutia *Tac. a. 6, 47. — Fortasse huius* P. Vitelli tabularius *VI 9925.*

503 P. Vitellius *(fortasse error in praenomine, fuitque* Aulus, *non* Publius; *nam non solum filio natu maximo Auli, tertio demum Publii nomen imposuit, sed praeterea A. Vitellius A. f. vix diversus est ab eius filio, v. supra n. 498)*, eques Romanus, domo Nuceria, rerum Augusti procurator *Suet. Vit. 2.* Originem pudendam ei (vel uni ex filiis) obiecit Cassius Severus *ib.* Pater A., Q., P., L. Vitelliorum *ib.*

504 Q. VITELLIVS senator, ludis qui edebantur in dedicatione aedis divi Iuli, depugnavit a. 725 *Dio 51, 22. Fortasse frater eius qui praecedit.*

505 Q. VITELLIVS, P. Vitellii procuratoris Augusti filius *Suet. Vit. 2*, quaestor divi Augusti *Suet. Vit. 1 (nam de alio Q. Vitellio cogitandi nulla causa).* [Propter eius luxum ipse Augustus *(utpote amicus eius)* vituperatus *Tac. a. 1, 10 (modo recte* que tedii *quod traditur in* Q. Vitellii *mutandum esse coniecit Hirschfeld Herm. 24, 104)*]. Inter eos, quos prodigos et ob flagitia egentes Tiberius senatu movit aut sponte cedere passus est, a. 17 *Tac. a. 2, 48 (ubi* que vitellus *codex), Suet. Vit. 2. — Fortasse huius* Q. Vitellii uxor Bassa, filiolus is qui sequitur *VI 359.*

506 Q. Vitellius, Q. f.; pro eo Bassa mater Iunoni Lucinae votum solvit *VI 359.*

507 (VITELLIVS) GERMANICVS *(Germanici cognomen habet Tac. h. 2, 59. 3, 66; praeterea nomen non ponitur)*, A. Vitellii *(n. 499)* ex Galeria

Digitized by Google

Fundana filius *Suet. Vit. 6*, titubantia oris prope mutus et elinguis *ib.*, parvolus a. 69 *Tac. h. 2, 59. 3, 67.* Romae a patre relictus, nihil mali perpessus est sub Othone *Tac. h. 1, 75. 2, 47. 48, Plut. Oth. 16.* Post victoriam Vitellianorum, Lugdunum accitus Germanicus a patre appellatur 'cunctisque fortunae principalis insignibus' ornatur *Tac. h. 2, 59.* Imago eius et sororis in nummis (*adscriptum* liberi imp. German. *vel* imp. German. Aug.) *Eckhel 6, 315, Cohen ed. 2 t. 1 p. 366.* Memoratur *Tac. h. 3, 66. 67.* A. 70 interfectus iussu Muciani *ib. 4, 80; Suet. Vit. 18* (interfectus una cum patruo *Dio 65, 22*).

508 Vitellius Honoratus, Afer, dictus a Mario Prisco proconsule innocentium poenas emisse, morte opportuna cognitioni senatus subtractus *Plin. ep. 2, 11, 8. 9.*

509 (VITELLIVS) PETRONIANVS A. Vitellii *(n. 499)* ex Petronia filius, altero oculo captus, a patre ut credebatur veneno sublatus *Suet. Vit. 6.*

510 Vitellius Proculus (Πρόκλου Οὐιτελλίου *vel* Οὐιτελίου *optimi codd.*), centurio in exercitu Syriaco, legato P. Petronio *Ioseph. ant. 19, 6, 3.*

511 Vitellius Saturninus, praefectus legionis, a. 69 tumultu militari in urbe exorto vulneratus *Tac. h. 1, 82. Fortasse pater eius qui sequitur.*

512 P. VITELLIVS SATVRNINVS frater Arvalis a. 122 *act. Arv.*

— M. FL(AVIVS) VITELLIVS SELEVCVS.

513 VITELLIA socrus P. Petronii (consulis suff. a. p. Chr. 19) *Tac. a. 3, 49 (mater ni fallor Plautiae, VI 6866). Potest fuisse soror Vitellii procuratoris Augusti (supra n. 503).*

514 (VITELLIA), A. Vitellii ex Galeria Fundana filia *Suet. Vit. 6. Repraesentatur cum fratre in nummis patris, cf. sub fratre (n. 507).* A. 69 ei maritus datus vel potius destinatus Valerius Asiaticus *(supra n. 26) Tac. h. 1, 59.* Eam ipsam ut videtur Vitellii filiam Vespasianus dotavit et maritavit *Suet. Vesp. 14.*

— ANTONIA VITELLIA.

515 VITELLIA RVFILLA C. f., C. Salvi Liberalis Nonii Bassi uxor, C. Salvii Vitelliani mater; flaminica Salutis Urbisalviae *IX 5534.*

— [F]L(AVIA) VITELLIA SEL[E]VCIANA.

516 L. VITENNIVS IVVENIS (Οὐιτεννιου Ἰουβενιου *in t. 2 legit Domaszewskius,* Λ. Οὐεττιου Ἰουβενς *dicitur lectum esse in t. 1*), legatus (ὑπατεύων) provinciae Thraciae *(nomen provinciae est in t. 1)* saeculo ut videtur tertio (sub imperatore aliquo damnatae memoriae) *t. prope Philippopolim rep. ap. Dumont inscriptions de la Thrace n. 60 [= mélanges d'arch. p. 345] (1); t. Polikraste prope Tirnovam extans, arch. ep. Mitth. 10, 1886 p. 243 n. 10 (2) (qui t., intra fines Moesiae extans, fortasse ex Thracia eo adlatus est, ut censet Homollius ap. Dumont mélang. p. 365; nam Iuvenem et Thraciae et Moesiae legatum fuisse parum probabile est).*

517 VITIA *(nomen redit VI 29095)*, mater (C.) Fufii Gemini (consulis a. 29), occisa a. 32, quod filii necem flevisset *Tac. a. 6, 10.*

518 C. VITORIVS HOSIDIVS GETA *(sic plene passim in actis Arv. a. 120;* Geta *Quint., Stat.)*, parvolus filius Vitorii Marcelli (eius qui sequitur) *Stat. silv. 4, 4, 62 (a. 95), Quintilian. inst. 1 pr. 6.* Frater Arvalis, cooptatus anno 118, magister fratrum a. 120 *act. Arv. (vix hic memoratur in fragmento actorum quod spectat ad aetatem M. Aurelii, VI 2091 v. 7 = Henzen act. Arv. p. CLXXVI). Eius libertus* Hosidius Achilleus kalator fratrum Arvalium *act. Arv. anni 120 v. 58. 61. Fortasse eius servus* Apolau(stus) G. V. H. G. *(Gaii Vitorii Hosidii Getae) tegulae Histonii rep., IX 6078, 35.*

519 VITORIVS MARCELLVS (Marcellus *Quint. procem. ad Tryph., Stat. silv. 4 praef., 4, 4, 9. 78. 99;* Victorius Marcellus *traditur Stat. silv. 4, 4 inscr.*, Marcellus Victorius *Quintiliani codices recentiores,* M. *vel* Marcus Vitorius *Quintiliani codex optimus Ambrosianus 1 pr. 6; 4 pr. 1; 12, 11, 31). Nomen ex nomine filii restituit Mommsen Herm. 13, 428; cf. etiam Nohl Herm. 12, 517.* Teate Marrucinorum oriundus *Stat. silv. 4, 4, 85.* Condiscipulus Septimii Severi *Stat. silv. 4 praef.* Causarum actor *Stat. v. 39 seq.* Fascibus ornatus *ib. v. 59 (videtur intellegi praetura, cf. Mommsen Herm. 13, 429).* Eodem tempore curator viae Latinae factus a Domitiano *ib. v. 60.* Mox fore, ut 'Ausonias cohortes' in provincia aliqua regat *(scilicet legioni eum praepositum iri, cf. Mommsen l. c.)* auguratur Statius *ib. v. 61 seq.* Uxorem duxit ex domo triumphali *ib. v. 73. 75 (filiam ut videtur Hosidii Getae alicuius, ut testantur nomina filii).* Filius parvolus Geta *(C. Vitorius Hosidius Geta, is qui praecedit) Stat. v. 72, Quint. 1 pr. 6.* Ei dedicaverunt Quintilianus institutionis oratoriae libros duodecim *Quint. procem.; 1 pr. 6; 4 pr. 1; 6 pr. 1; 12, 11, 31,* item a. 95 Statius silvarum librum quartum *Stat. silv. 4 praef.*

520 Vitrasius Aequus *(Calibus sine dubio oriundus; alii Vitrasii Caleni sunt X 4635. 4636. 4643):* eius uxori Betutiae Sertorianae Thabraceni ex Africa titulum posuerunt Calibus *Eph. ep. 8, 532 (fortasse proconsul Africae fuerat). Aut idem qui sequitur, aut ex eius gente.*

521 L. VITRASIVS AEQV[VS] (AEQVI[TAS] *Henzen,* AEQVC... *exceperat Marinius Arv. tab. XXVI cf. p. 323; Aequitatis vocabulum, commendatum a Marinio, reperitur quidem ut agnomen libertinorum VI 282. 10003, sed pro cognomine pueri ordinis senatorii non admittendum),* ex pueris senatorum filiis, qui Arvalibus ministrabant a. 117 *act. Arv. (VI 2016 v. 15).*

521[a] L. Vi[t]rasius Ennius (*vel* ...ennius) Aequus, patri titulum posuit Capuae *(vel forte Calibus) X 4414. Ex stirpe eorum qui praecedunt.*

522 L. VITRASIVS FLAMININVS (Pos., *quod ante Flaminini nomen legisse sibi visus est Mazochius, potest pars fuisse alterius cognominis),* L. f., consul, proconsul provinciae Africae, leg. [p]r. pr. Italiae Transpadanae et provinciae Moesiae superioris et exercitus provinciae Dalmatiae *(haec si recte excepta sunt, munere functus ille est extra-*

*ordinario)*, curator alvei Tiberis riparum cloacarum urbis ......... *(hoc ordine in t., id est fortasse nullo) t. Capuanus X 3870 semel descriptus ab auctore plerumque satis accurato, sed qui hunc titulum lectu sibi difficilem fuisse 'propter characteres iam fugientes' ipse fatetur; et fieri potest ut multa male excepta sint (cf. Domaszewski Eranos Vindob. p. 63 not. 4).*

523 Vitrasius Pollio (Οὐιτρασ- *scribitur*), praefectus Aegypti mortuus a. p. Chr. 32; ei successit Hiberus *Dio 58, 19. (Iniuria propter CIG. 4953 non recte expletum cum praefectum Aegypti fuisse iam a. p. Chr. 17 statuerant, cf. sub eo qui sequitur). Hic fortasse, vel is qui sequitur,* .. [Vitr]asius [P]ollio, C. f., praefectus equitum, [procu]rator ... [Augu]sti Gallia[rum Aquit]aniae et [Narbonen]sis *t. Campanus X 3871.*

524 C. Vitrasius Pollio. *Tituli Aegyptiaci; Syenensis, c. r. de l'Acad. des inscriptions 1896 p. 39 (1), et incerto loco Aegypti rep. CIG. 4963 cf. Froehner musée du Louvre, inscr. grecques [1865] p. 219 n. 118 (2).*

C. Vitrasius Pollio *t. 1,* Οὐιτράσιος Πωλίων *t. 2,* Vitrasius Pollio *Plinii codices plerique* (Vitriar- *cod. Bamb.*). Praefectus Aegypti anno C. Caesaris tertio mense Apr. (Apr. 39) *t. 1*, anno quarto (39/40) *t. 2 (ubi non recte Tiberii nomen suppleverat Letronnius; nomen erasum esse, brevius quam Tiberii et quod a* G *littera incipiebat, testatur Froehner)*, atque etiam sub Claudio (procurator, qui Claudio Caesari lapidem porphyritem ex Aegypto advexit) *Plin. h. n. 36, 57. Ab his Vitrasiis Pollionibus ordinis equestris videntur originem duxisse T. Pomponius Proculus Vitrasius Pollio consul iterum a. 176 eiusque filius T. Fundanius Vitrasius Pollio.*

— T. FVNDANIVS VITRASIVS POLLIO.

— T. POMPONIVS PROCVLVS VITRASIVS POLLIO.

525 VITRASIA FAVSTINA interfecta a Commodo (circa a. 183) *vit. Comm. 4, 10. Filiam fuisse T. Pomponii Proculi Vitrasii Faustini consulis iterum a. 176 et Anniae Faustinae eius, nomina indicant. Haec igitur* [Vitras]ia T. f. Faus[tina], [P]olionis consulis, pontificis [filia], quae prope Cales Matri magnae aedem fecit *X 4635.*

526 Vitruvius Pollio (Vitruvius Polio *epitome a M. Cetio Faventino ut videtur facta, ipso initio,* Vitruvius *codices operis ipsius, item Plin. Frontin. Serv. Sidonius)*, architectus, Caesari dictatori notus *ipse de arch. 1 pr. 1 p. 1 ed. Rose* (oppugnationem castelli alicuius Alpini a Caesare factam memorat *2, 9, 15 p. 59,* oppugnationem Massiliae *10, 22, 10 p. 283, fortasse testis oculatus.* Numidam aliquem qui cum Caesare dictatore militaverat, hospitio apud se recepit *8, 4, 25 p. 203*). Postea Augusto adhaesit, cui praesto fuit 'ad apparationem ballistarum et scorpionum reliquorumque tormentorum refectionem' et a quo commoda accepit (ut iam 'ad exitum vitae non haberet inopiae timorem'), insuper ei a sorore (Octavia) commendatus

Digitized by Google

*1 pr. 2 p. 2.* Coloniae Iuliae Fanestri basilicam 'conlocavit curavitque faciendam' *5, 1, 6 p. 106.* Iam senior *2 pr. 4 p. 32,* scripsit ad Augustum de architectura libros qui extant *1 pr. 1 p. 1, 2 pr. 4 p. 32, 3 pr. 3 p. 64, 4 pr. 1 p. 83, 5 pr. 1 p. 103, 6 pr. 5 p. 133, 7 pr. 10 p. 158, 9, 3, 18 p. 218,* post Augusti vocabulum Caesari inditum *5, 1, 7 p. 107 (sed non multo postea puto, antequam id vocabulum plane in usum cotidianum abiret, cum ad ipsum Augustum verba faciens imperatoris et Caesaris tantum vocabulis per totum librum utatur; ob eam causam ante medium Ian. 727 Vitruvii opus editum esse statuit Lachmann kl. Schriften 2 p. 164; id si ita est, locus ille 5, 1, 7 postea additus sit necesse est),* item *(ut putant)* post annum 738, quo templum Quirini a. 705 exustum Augustus a fundamentis restitutum dedicavit *(Dio 54, 19),* nam memorat eam aedem *3, 1 (2), 7 p. 70; 7, 9, 4 p. 179,* ante annum 741, quo theatrum Marcelli dedicatum est *(Becker topogr. p. 678),* cum unum tantum theatrum lapideum noverit *ipse 3, 2, 2 p. 71.* Memorant Vitruvium architectum *Frontinus de aq. 25, Sidonius Apoll. epist. 4, 3, 5. 8, 6, 10.* Libros de architectura adhibuit Plinius *cf. h. n. 1, 16, 35. 36,* citat etiam Servius *ad Aen. 6, 43. Plane incertum num huius libertus et discipulus* L. Vitruvius L. l. Cerdo architectus, qui Veronae Gaviis quibusdam arcum extruxit *V 3464. Fortasse eiusdem nominis et artis (sed potest fuisse archigubernus), sed omnino diversus* Vitruvius .... io arch. *X 3393.*

527 Vitruvius Rufus, architectus (Betrubi *et postea* Bertubi Rufi architectonis *codex Arcerianus*): *eius et Epaphroditi cuiusdam nomen praescriptum opusculo geometrico, quod post Schottum ed. Cantor die röm. Agrimensoren p. 207 seq. cf. p. 115, nuperrime (ex codice Monacensi) Mortet (cf. Woehenschr. f. class. Phil. 14 Jul. 1897; Curtze Berl. phil. Wochenschr. 1897 p. 648). Quando vixerit incertum.*

528 Vitruvius Secundus, imp. Commodo ab epistulis, familiarissimus (Tarrutenii) Paterni, una cum hoc a Commodo occisus *vit. Comm. 4, 8.*

— VITRVVIA *v.* Victoria.

529 VITRVVIA MAXIMA, L. f., M. Coculnii Quintiliani, lato clavo exornati a Septimio Severo, uxor *t. Cirtensis VIII S. 19508.*

— Mummia Vitula.

530 VITVLASIVS LAETINIANVS legatus legionis II Augustae inter a. 253—259 *VII 107.*

531 SEX. VITVLASIVS NEPOS *(tria nomina IX 3587 et in fistula aquaria,* ...tulasius Nep.. *act. Arv.).* Consul ut videtur suff. a. 78 mense Apr. *act. Arv. (VI 2056 v. 36, legit et explevit Huelsen eph. ep. 8 p. 328).* Eius nomen *fistula aquaria urbana (vel suburbana), ap. Lancianium syll. aq. n. 592.* Eius servi *IX 3587 (in agro Vestino).*

532 Vituriga: ita primum dicta Samso Proculi tyranni uxor *vit. Firm. Saturnin. Procul. 12, 3.*

Digitized by Google

— PESCENNIVS VITVLVS.
— M. Rossius (Ros[c]ius?) Vitulus.
— [Q.] Voconius Vitulus.
— Vivennius Rufinus *v.* Vibennius Rufinus.
— Vivianus *v.* Vibianus.

533 Ulb(ius) Gaianus (Ulb. Gaianus *titulus uterque, ...ς* Γαϊανό[ς] *papyrus*) praefectus vehiculorum *tituli duo gemelli Mediolani et Viruni in Norico reperti V 5797. III 4802 (videtur praefectus vehiculorum in capitibus duobus viae trans Alpes ducentis similes aras statuisse).* Idem *(ut coniecit P. Meyer Herm. 32, 1897 p. 226 not. 2)* iuridicus Alexandriae a. 167 *papyrus nunc Berolinensis, aeg. Urk. n. 240.*
— AELIVS VLPIANVS.
— Ti. Claudius Zeno Ulpianus.
— Cn. Domitius Annius Ulpianus.
— (Domitius?) Ulpianus.
— Domitius Ulpianus.
— T. FL(AVIVS) ARISTVS VLPIANVS.
— FL(AVIVS) VLPIANVS.

534 VLPIVS .... sodalis Augustalis ut videtur a. 184 *VI 1994 = XIV 2395.*

535 Ulpius, amicus ut videtur Frontonis *Fronto ad am. 1, 24 p. 188 Naber.*

536 Ulpius ....., praefectus cohortis VII Breucorum, praep(ositus) vexilla(tionibus) auxiliar(iorum) Pann(oniae) infer(ioris), tribunus militum legionis II Parthicae; procurator ad bona Plautiani; procurator stationis privatae per Tusciam et Picenum, praepositus legionis VII Geminae *(nisi hoc quoque munere fortasse functus est ante quam procurator fieret);* subpraefectus annonae; procurator Aug. ... provinciae Daciae Apulensis, agens vices praesidis, item procurator provinciae Porolissensis *(a. ut videtur 211, quo titulum positum esse ex vestigiis vocabuli* Getic· *post nomina legionum relictis collegit Mommsen) t. Dacicus III 1464 cf. III S. p. 1407.*

536ᵃ M. VLPIVS ..... (proconsul ut videtur Achaiae) *t. Thisbaeus, Inscr. Graec. sept. I 2226 cf. p. 748 (sub finem alterius, vel III p. Chr. saec.).*
— FL(AVIVS) VLP(IVS) A....IVS.

537 T. Ulpius Aelianus Antoninus, Bithyniarcha et Pontarcha, curator reipublicae Cianorum in Bithynia; pater eius qui sequitur *t. Prusiade ad Hypium rep. Lebas 3, 1178.*

538 T. Ulpius Aelianus Papianus, filius eius qui praecedit et ipse Bithyniarcha et Pontarcha, a clarissimis viris et consularibus oriundus *t. Prusiade rep. (v. sub patre).*

539 C. VLPIVS AELIANVS SEVERVS clarissimus puer, frater C. Ulpii Marcelli Polybiani clarissimi iuvenis *VI 1542 = 31676.*

Digitized by Google

540 M. VLPIVS ARABIANVS. *Tituli: Amastrianus CIG. 4151 vol. III p. 116. 1113 (1); memoratur in Siccensi Africae VIII S. 15876 = VIII 1640 (2). Ad eum pertinet fistula plumbea urbana, Bull. com. 1883 p. 234 = 1888 p. 117 (3).*

*Tria nomina t. 2. 3 (errore in t. 2 aliquando editum erat* P. *praenomen). Amastri videtur oriundus, cum et t. 1 ei positus sit Amastri, et assessor in Africa ei fuerit Amastrianus quidam, t. 2.* Clarissimus vir; consularis (ὁ λαμπρότατος ὑπατικός) *t. 1.* Legatus Aug. pro pr. Syriae Palaestinae *t. 1 (non post annum 196, quo t. 1 positus esse videtur).* Amastri statua honoratus ab Aelio Aurelio Marciano quodam, anno ut videtur 196 *(si recte numerus ϛϡ' exceptus est; nam annos Amastri numeratos esse ab a. ante Chr. 64 constare videtur, cf. G. Hirschfeld Sitzungsber. d. berl. Akad. 1888 p. 876; Imhoof-Blumer griech. Münzen 1890 p. 62 [586]).* Proconsul Africae *t. 2 (fortasse post positum titulum Amastrianum, cum in eo proconsulatus non memoratur). Minus recte Tissot fastes de l'Afrique p. 174 Renierum secutus proconsulatum Arabiani collocavit versus annum 146.* Domum possedit in urbe Roma *t. 3.*

541 M. VLPIVS ASTIVS frater Arvalis, adest in collegio a. 183 *act. Arv. (VI 2099).* Praetor eodem anno *ib.*

542 M. VLPIVS BOETHVS unus ex pueris senatorum filis qui Arvalibus ministrabant a. 183 *act. Arv. (VI 2099; in fragmento ad annum 186 spectante, VI 2100ᵃ v. 17, eundem fuisse nominatum coniecit Henzen).*

543 M. VLPIVS CALLIPPIANVS, quondam consularis (ὁ κρ. γενόμενος ὑπατικός): ex eius testamento agon Callippianeus Sagalassi celebratus *CIG. 4369.*

— M. Ul(pius) Car(minius) Claudianus *v. supra sub Carminiis (C 365).*

544 [Ul]pius Celer *vel* Celerianus (... pi Celer ... *extat in t.*), praefectus vehiculorum anno ut videtur 226 *VI 31369 (= Bull. comunale 1884 p. 9 n. 710). Fortasse idem* ... [C]elerianus praefectus vehiculorum *VI 31370 (= Notizie 1884 p. 308).*

545 M. Ulpius Chresimus, Aug. lib., procurator metallorum a. 118 *tituli Aegyptiaci CIG. 4713. 4713f.*

546 VLP(IVS) COR(NELIVS) LAELIANVS. Imp. C. Ulp. Cor. Laelianus *nummus aeneus ap. Cohen ed. 2 vol. VI p. 66 n. 6,* imp. C. Laelianus p. f. Aug. *nummi complures ap. Cohen. l. c., Erman Zeitschrift f. Numism. 7, 330,* Laelianus *Victor Caes.,* L. Aelianus *pars codicum Eutropii cum versione Paeanii,* Aelianus *Victor epit.,* Aemilianus *Oros. 7, 22, 11,* Lollianus *Eutropii codex Gothanus (cum versione Capitonis et Iohanne Antiocheno), item vit. Gallien. 21, trig. tyr., vit. Claud. 7, cf. Mommsen R. Gesch. V p. 150 not. et quae ego exposui Herm. 24 p. 373.*

Contra Postumum rebellavit *Victor Caes. 33, Eutrop. 9, 9 (inde Oros. 7, 22, 11; Ioh. Antiochenus exc. de ins., ap. Müller fragm. hist. Gr. IV p. 598 n. 152),* adiuvantibus Moguntiacensibus *ib.,*

apud Moguntiacum dominatum invasit *Victor epit. 32. Imperatorem appellatum esse etiam nummi ostendunt.* A Postumo victus *Victor Caes. l. c. (idem indicat Eutropius). Factum id esse paullo ante finem ipsius Postumi inde colligi potest quod Postumus caesus est a militibus iratis quod Moguntiacum diripiendum iis tradere noluisset, Victor Caes. l. c., Eutrop. l. c.* — Eius rebellione Postumus interemptus *trig. tyr. 3, 7. 5, 1;* in locum Postumi subrogatus sumpsit imperium *ib. 4, 1.* Contra eum Gallienus pugnavit *vit. Gallien. 21, 5.* 'Nonnihilum reipublicae profuit' *trig. tyr. 5, 4.* Interfectus a suis militibus *ib.*, a Victorino *ib. 5, 3 cf. 6, 3. 8, 1.* — Memoratur *trig. tyr. 31, 2, vit. Claud. 7, 4.*

547 VLPIVS CRINITVS se de Traiani genere referebat *vit. Aurel. 10, 2 (etiam ipse Traianus* Ulpius Crinitus Traianus *apellatur Eutrop. 8, 2).* Valerianus eum 'Caesaris loco habere instituerat' *vit. Aurel. l. c.* Consul designatus a Valeriano cum Aureliano 'in locum Gallieni et Valeriani' (a. 257?) 'a die undecimo kal. Iuniarum' *vit. Aurel. 11, 8 (ficta ut videtur narratio, cf. supra sub L. Domitio Aureliano).* Dux Illyriciani limitis et Thracici *ib. 13, 1.* Consularis *ib. 14, 7.* Aurelianum adoptavit *ib. 10–14. 38, 2.* Ter consul *ib. 38, 2.* Epistula Aureliani ad eum (Ulpio patri) *ib. 38, 3. Suspecta omnia.*

— VLPIVS CRINITVS TRAIANVS *v. infra sub M. Ulpio Traiano.*

548 M. Ulpius Damas Catullinus, curator (ἐπιμελητής) ab Hadriano datus Trapezopolitanis *t. Trapezopoli rep. (communicavit Ramsay).*

549 M. Ulpius Eros, Aug. l., ab epistulis Graecis *VI 8607.*

550 M. VLPIVS EVBIOTVS LEVRVS (*quattuor nomina CIA. III 687,* Μᾶρκος Οὔλπ. *vel* Οὔλπιος Εὐβίοτος *ib. 687ª. 688. 690,* Εὐβίοτος *685. 686),* clarissimus vir, consularis (ὁ λαμπρότατος ὑπατικός) *tituli Athenienses CIAtt. III 687. 687ª (p. 500). 688. 690.* Atheniensis, pago Gargettius *ib. 687.* Athenis archon eponymus *ib. 687. 687ª. 688. 689 cf. 690. De tempore cf. Dittenberger ad n. 687ª.* Liberalitates eius adversus Athenienses *ib. 687.* Ulpii Leuri et Flaviae Habroeae filius *ib. 685. 686.* Pater M. Ulpii Flavii Tisameni et M. Ulpii Pupenii(?) Maximi *ib. 688–690.*

551 M. Ulpius Eurycles *vel* M. Ulpius Apuleius *(sic CIG. 3833* Ἀπουλήιος *ib. 2741, plerumque om.)* Eurycles, logista Aphrodisiensium in Caria *tituli Aphrodisienses CIG. 2740 v. 9, Bull. de corr. hell. 9, 1885 p. 72,* temporibus Commodi *CIG. 2741.* Aezanis oriundus *CIG. 3831–3834 = Lebas-Waddington 868. 869. 867. 866.* Athenis degit *CIG. 3831,* statua honoratus ab Atheniensibus *ib.*, a communi quoque Graeciae (Panhellenibus) honoribus affectus *ib. 3832–3834*, circa annum 157 *3834.* Ἀρχιερεὺς Asiae designatus II temporibus Commodi *ib. 2741.*

552 M. VLPIVS FLAVIVS TISAMENVS (M. Οὔλπιος Φλ. [Τει]σα[μ]ενός *CIA. 689,* Τεισαμενός *688*), filius M. Ulpii Eubioti Leuri clarissimi viri *CIA. III 688. 689,* ὁ κράτιστος *689.*

553 VLPIVS HADRIANVS (Adrian- *cod.*) praetor ut videtur, cui divus Pius rescripsit *Ulpianus lib. XXXX ad edictum (Dig. 37, 7, 1 pr.). Eundem esse Cassium Hadrianum, eundemque Claudium Hadrianum, quibus item divus Pius rescripsisse dicitur (Dig. 36, 1, 32 [31], 1; 37, 10, 3, 1) coniecit Mommsen (ad Dig. 36, 1, 32).*

554 M. Ulpius Hermias, Aug. lib., procurator aurariarum, maritus Saloniae Palestrices *t. Dacicus III 1312.*

555 Ulpius Iulianus *(utrumque nomen Dio 78, 4. 15, praeterea cognomen solum),* sub Caracalla princeps ut videtur peregrinorum *(hoc potius significari verbis* τῶν ἀγγελιαφόρων ἡγούμενος *quam centurionem frumentariorum putat Mommsen) Dio 78, 15.* A. 217 a censibus (τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένος), Macrinum certiorem facit periculi imminentis *Dio 78, 4.* A Macrino praefectus praetorio factus una cum Iuliano Nestore *Dio 78, 15;* praefectus praetorio Macrini *ib. 78, 35, Herod. 5, 4, 3, vit. Macrin. 10.* A. 218 milites qui a Macrino desciverant frustra oppugnat; relictus a suis occiditur; caput eius Macrino missum *Dio 78, 31–34, Herod. 5, 4, 3. 4, vit. Macrini l. c. Non recte enumeratur inter praefectos Aegypti CIG. vol. III p. 313, cf. Meyer Herm. 1897 p. 232.*

556 Ulpius Marcellus *(sic vit. Pii, praeterea* Marcellus). Iuris peritus, quo usus est Antoninus Pius *vit. Pii 12.* Etiam in consilio M. Aurelii, a. 166 *Dig. 28, 4, 3.* Scripsit non pauca, in his Digestorum libros XXXI *Dig. ind. Flor.*, quos edidit (certe inde a libro tertio *Dig. 4, 1, 7*) post mortem Pii, librum vicesimum nonum non multo post annum 166 *Dig. 28, 4, 3 (noli putare bellum Germanicum significari Dig. 35, 1, 48). Et horum et reliquorum librorum fragmenta composuit Lenel paling. iuris civ. I 590 seq. Potest esse idem qui sequitur, vel pater eius. (Plane incertum num hic Ulpius amicus Frontonis, Front. ad am. 1, 24 p. 188 Naber).*

557 L. VLPIVS MARCELLVS. *Tituli: Pannonicus III 3307 = III S. 10285 (1), Britannici VII 504 (2), Athenaeum 5 Mai. 1897 p. 653 (3).* L. Ulpius Marcellus *t. 1,* Ulp. Marcellus *t. 2. 3,* Μάρκελλος Οὔλπιος *Dio 72, 8.* (Consul suff. a. inc.). *(Vix hic Marcellus consul cum Gallo circiter ann. 149/153, supra M 141).* Legatus Aug. pro pr. Pannoniae inferioris *t. 1.* Legatus consularis (leg. Aug. pr. pr. *t. 3,* cos. *t. 2*) Britanniae *t. 2. 3* imperatorum duorum *(Marci et Commodi ut puto) t. 2,* legatus Aug. *(Commodi) t. 3,* a Commodo missus contra barbaros, qui in Britanniam irruperant, vicit eos *(anno ut videtur 184, quo Commodus Britannicus appellari coeptus est, cf. Eckhel 7, 111. 112) Dio 72, 8.* Abstinentia et reliquae virtutes eius *Dio l. c. (Xiph., exc. Val., Suidas s. v.* Μάρκελλος). Commodus ei pepercit *ib.*

558 C. VLPIVS MARCELLVS POLYBIANVS clarissimus iuvenis, frater C. Ulpii Aeliani Severi clarissimi pueri *VI 1542 = 31676.*

Digitized by Google

559 M. VLPIVS MAXIMVS clarissimus vir; praeses Numidiae temporibus Severi Alexandri *tituli Lambaesitani VIII 2753 VIII S. 18274.*

560 M. VLP(IVS) OFELLIVS THEODORVS *(quattuor nomina plene lecta sunt 6918. 6930. 12191)*, legatus pro pr. Cappadociae imperante Elagabalo *miliarii Cappadocici III S. 6903 = 12163. 6912. 6918. 6930. 6931. 12174. 12190*[b]*. 12191.*

561 M. Ulp(ius) Primianus *(tria nomina III 51)*, praefectus Aegypti anno tertio Septimii Severi (194/95) *CIG. 4863*, item mense Febr. a. 196 *III 51.*

562 M. Ulp(ius) Probus, Augustorum duorum lib., procurator provinciae Pannoniae superioris et Africae regionis Thevestinae *t. Ostiensis XIV 176.*

563 VLPIVS PROCVLVS magistratus ut videtur, fortasse praetor tutelarius, cui imperator noster (Caracalla) rescripsit *Ulpianus lib. XXXVI ad edictum (Dig. 27, 3, 1, 15).*

564 M. VLPIVS PVPEN(IVS?) MAXIMVS (M. Οὔλπ. Πούπη. Μάξιμον *extat CIA. 690,* [M]α[ρ.?] Οὐλ. Πο[ύ]πην. Μάξειμον *691, secundum cognomen tantum 688)*, filius M. Ulpii Eubioti Leuri clarissimi viri, collega patris in archon-tatu *CIAtt. III 688. 690. 691.*

565 M. VLPIVS PVPIENIVS SILVANVS *signo* GENNADIVS vir clarissimus, civis idemque patronus Surrentinorum, orator *t. Surrentinus X 682. Fortasse post Diocletianum demum vixit.*

566 VLPIVS QVIRINIVS QVADRATIANVS clarissimus vir (συγκλητικός), adlectus inter tribunicios, praetor renuntiatus (?), praetorius creatus legatus pro pr. Cretae et Africae (στρατηγὸς ἀναρ[ρ]ηθείς, στρατηγικὸς ἀποδειχθεὶς πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος Κρήτης καὶ Λιβύας — *fortasse significatur, praetorem designatum eum esse, et statim, ut praetura functum, nominatum esse legatum provinciae; nisi potius scriptor tituli aliquid turbarit; praeterea possis conicere* Λιβύας *vocabulum errore positum esse pro* Κυρήνης) *t. in Pisidia rep., Bull. de corr. hellén. 16, 1892 p. 438.*

567 Ulpius Saturninus, praefectus annonae imperantibus Antonino et Vero (a. 161—169) *t. Hispalensis II 1180 v. 9.*

568 M. VLPIVS SENECIO SATVRNINVS. *Tituli, Graeci omnes, Thracici duo, Perinthi rep. Dumont inscr. de la Thrace n. 64 ex Aristarchis Hellen. phil. syll. 2 p. 65 (1), Stará Zagora rep., arch. ep. Mitth. aus Oestr. 15, 1892 p. 102 (2); Cyzicenus ut videtur, quem servavit Cyriacus cod. Vat. 5250, ed. Dumont inscr. de la Thrace n. 64*[a] *= mél. d'arch. p. 378 (3).*

M. Οὔλπιος Σ[ε]νεκίων Σατ[ουρ]νεῖνος *t. 1,* M. Οὔλπιος [Σε]νεκίων Σατουρνῖνος *t. 3,* M. Ο[ὔλπιος] Σενεκίων Σατουρνεῖνος *t. 2.* Legatus pro pr. provinciae Thraciae *t. 1. 2* (praeses *t. 3, cuius provinciae non additur, potest intellegi Thracia*).

569 VLPIVS SILANVS, senator aetate Aureliani *vit. Aurel. 19, 3.*

570 Ulpius Silvianus *(de littera S quae nomen subsequi dicebatur, ipse editor dubitavit)*, praefectus praetorio (ὁ ἐξοχώτατος ὕπαρχος τοῦ ἱεροῦ πραιτωρί[ου] *t. Termessius, ap. Lanckoroński Städte Pamphyliens u. Pisidiens II p. 210 n. 107. Fortasse post Diocletianum demum vixit.*

571 VLPIVS SOTER quindecimvir sacris faciundis a. 205 *act. lud. saec. fr. II 10. 24, III 58 cf. VIII a 2 (eph. ep. 8 p. 282. 283. 286. 290).* Eodem anno consul designatus *ib.*

572 M. VLPIVS TERTVLLIANVS AQVILA consularis vir (ὁ κράτιστος ὑπατικός), curator Attalensium in Pisidia *t. Balburiensis Pisidiae quem ed. Henzen ann. inst. 1852 p. 178 et ex hoc Waddington n. 1224. Potest esse, ut coniecit Henzen, Tertullianus legatus Moesiae inter a. 241 et 244 (supra T 89).*

573 Ulpius Theo *(inter Ulpii et Theonis fortasse aliquid periit)*, procurator fortasse Augusti (*ante nomen agnoscitur* τοῦ Σεβασ[τοῦ]) *fragmentum Sidae in Pamphylia descriptum CIG. 4348.*

574 M. VLPIVS TRAIANVS. *Tituli: Ephesius Ath. Mitth. 10, 1885 p. 401 (1); Smyrnaeus ut videtur CIG. 3146 (2); Laodicensis ib. 3935 (3); in insula Myndo rep., ap. Paton bulletin de corresp. hellén. 12, 1888 p. 281 (4) similisque in insula Co descriptus, sed qui videtur esse Myndius, ap. Rayet Annuaire de l'Association pour l'encouragement des études grecques 1875 p. 276 n. 4, cf. Paton inscriptions of Cos p. 126 (5); Africanus VIII 8316 (6). Nummi: Antiochenus ap. Eckhel 3, 282 = Leake numism. hell. Asiat. p. 16, item ap. Waddington fastes n. 100, item in mus. Berol.; urbani imperante filio cusi, ap. Eckhel 6, 433.*

*Tria nomina t. 1. 3. 4. 5. 6,* Οὔλπιος Τραιανός *t. 2,* Traianus *nummi, Ioseph., Plinius paneg. 89, Victor epit. 13.*

Origine Italicensis ex Hispania, 'familia antiqua magis quam clara', in qua primus consul fuit *Eutrop. 8, 2.* Legatus legionis decimae Frotensis bello Iudaico a. 67 *Ioseph. bell. 3, 7, 31 cf. 3, 9, 8; 10, 3,* item a. 68 *ib. 4, 8, 1 (anno 70 legionem alii traditam fuisse ostendit Ioseph. l. c. 6, 4, 3).* Consul *Plin. paneg. 9. 58, Eutrop. 8, 2 (suff. a. 68, ut putat Stobbe probante Henzeno eph. ep. 1 p. 188 not. 2, anno 70 vel 71, ut putat Waddington fastes n. 100).* Patricius (adlectus sine dubio a Vespasiano) *Plin. paneg, 9.* Legatus pro pr. Syriae a. 76/7 *(anno 125 aerae nempe Caesarianae) nummus Antiochenus.* Ornamentis triumphalibus ornatus ('triumphalis) *Plin. paneg. 9. 16. 58,* ob res ut videtur contra Parthos bene gestas (vel propter Parthos cohibitos) *ib. 14,* merito filii tunc tribuni *ib. 14. 89, adulatorie.* Proconsul Asiae *t. 1. 2. 3,* a. 79 (79/80) *t. 3. Tunc temporis ut videtur (quamquam proconsulatus non memoratur)* pro salute eius et uxoris et liberorum a Graecis quibusdam dedicati *tituli 4. 5.* Mortuus ante annum 100 (immo ante adoptionem Traiani) *Plin. paneg. 89.* Uxor et liberi memorantur *t. 4. 5.* Pater imperatoris Traiani *nummi, t. 6,* item sine

dubio Marcianae *(infra n. 584)*. Divus *nummi*, nondum consecratus a. 100 *Plin. l. c.*, ne anno 112 quidem *t. 6.*

575 M. VLPIVS TRAIANVS = IMP. CAESAR NERVA TRAIANVS AVGVSTVS. Ulpius Traianus *vit. Hadr. 1, 4, vit. Aurel. 14, 6, Victor Caes. 13, epit. 13,* Τραιανὸς ὁ Οὔλπιος *Dio (Xiph.) 67, 12.* 'Ulpius ab avo dictus, Traianus a Traio paterni generis auctore, vel de nomine Traiani patris sic appellatus' *Vict. epit. 13.* M. *praenomen est VI 1988, item ap. Dionem 68, 3 (Zonar. 11, 20), Sidonium Apoll. 8, 10, 3, confirmatur titulis libertorum.* — Ulpius Crinitus Traianus *Eutrop. 8, 2,* Ulpius a patre dictus, Crinitus a re (διὰ τὴν περὶ τὰς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τρίχας σπουδήν) *Io. Lydus de mens. 4, 18* (temporibus Valeriani 'de Traiani genere se referebat' Ulpius Crinitus *vit. Aurel. 10*). Italica Hispaniae oriundus *Appian.* Ἰβηρ. *38, Vict. Caes. 13,* natus Italicae in Hispania *Eutrop. 8, 2* (Hispanus *Dio 68, 4, Zonar. 11, 21, Pacatus paneg. in Theod. 4, Claudian. laus Serenae 56;* Theodosius imperator ab eo originem trahebat [quippe et ipse Hispanus] *Victor epit. 48 cf. Themistius or. XVI p. 250, XIX p. 279 Dindorf, Claudian. de quarto consul. Honorii v. 19, de sexto consul. v. 334*). — Ex urbe Tudertina *Victor epit. 13, nescio quo errore. — Filius M. Ulpii Traiani qui praecedit.* — Consobrinus Aelii Hadriani, patris imperatoris *vit. Hadr. 1, 2.* Natus d. XIV k. Oct. (18 Sept.) *Philocalus (CIL. I ed. 2 p. 255. 272),* eodem die quo Domitianus occisus est, i. e. d. 18 Sept. *Plin. paneg. 92, cf. Plin. ep. ad Trai. 17, 2,* anno 53, si quidem obiit a. 117 aetatis anno sexagesimo tertio mense nono die quarto *Eutrop. 8, 5* (vixit annos sexaginta quattuor *Victor epit. 13*), vel anno 56, si vere annum quadragesimum alterum agebat, cum imperator factus est *Dio 68, 6, Zonar. 11, 21.* Patrem *(legatum Syriae, circa a. 76/7, cf. sub patre)* in provinciam comitatur *Plin. paneg. 14;* tribunus militum disiunctissimas terras adiit *ib. 15,* 'per stipendia decem mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum cognovit' *ib.* Praetor certe ante a. 87 *vit. Hadr. 1, 4.* Legatus ut videtur legionis, iussu Domitiani ex Hispania legiones *(cf. Boissevain de re mil. Hisp. p. 68)* summa celeritate trans Pyrenaeum Alpesque duxit ad bellum Germanicum *Plin. paneg. 14 (bellum id significari quod L. Antonius Saturninus contra Domitianum movit coniecit Mommsen Herm. 3 p. 118).* Consul ord. a. 91 cum M'. Acilio Glabrione *fasti; cf. Dio 67, 12.* Legatus pro pr. Germaniae (superioris) *Plin. paneg. 9, Dio 68, 3 (superiori provinciae cum praefuisse tunc certe cum adoptaretur, colligi potest ex vit. Hadr. 2, 5, cf. Henzen ann. inst. 1862 p. 146). A Nerva (exeunte anno 96 vel a. 97), non Domitiani ultimis temporibus, Traianum in Germaniam missum esse recte collegerunt ex Plin. paneg. 5. 9. 44. 94 (Mommsen Herm. 3 p. 40 not. 2; Dierauer ap. Büdinger Untersuchungen zur röm. Kaisergesch. I p. 17 not.).* Absens filius declaratus a Nerva (cum quo nulla ei necessitudo fuerat *Plin. paneg. 7*; Nervae

Digitized by Google

insinuatus, cum suburbanum suum ei dono obtulisset *Io. Lydus de mens. 4, 18)*, in Capitolio *Plin. paneg. 8. 9, Dio 68, 3 cf. vit. Aurelian. 14, 6, Eutrop. 8, 1, Victor. Caes. 13, epit. 12*, sociusque imperii adsumptus *Plin. l. c., Dio l. c., epit. l. c.*, tribus mensibus ante Nervae obitum, i. e. mense Oct. a. 97 *epit. l. c.*, 'simul filius simul Caesar et mox imperator et consors tribuniciae potestatis, et omnia pariter et statim factus' *Plin. paneg. 8. (Nummi Traiani Caesaris necdum Augusti non extant, cf. Eckhel 6, 412).* Studio (L. Licinii) Surae imperator factus *Victor epit. 13.* Consul II a. 98 cum imp. Nerva Augusto IIII *fasti.* 'Imperator apud Agrippinam in Gallis factus est' *Eutrop. 8, 2, inde Oros. 7, 12, 2, Victor epit. 13 cf. Sidon. Apoll. carm. 7, 115 (scilicet Agrippinae nuntium accepit, ut putat Henzen ann. inst. arch. 1862 p. 146, de morte Nervae, quae accidit d. 27 vel 25 Ian. 98).* Consul III a. 100 cum Sex. Iulio Frontino III, consul IIII a. 101 cum Q. Articuleio Paeto, consul V a. 103 cum M'. Laberio Maximo II, consul VI a. 112 cum T. Sextio Africano *fasti.* Defunctus Selinunte in Cilicia *Dio 68, 33 (Zonar. 11, 22), Eusebius ap. Syncellum p. 657, chronograph. anni 354, chron. Pasch. p. 473 (cf. praeterea VI 1884; CIG. 4423)*, apud Seleuciam Isauriae *Eutrop. 8, 5 (inde Oros. 7, 12, 8; utrumque ponunt et Hieronymus chron. ad a. 2132 et Syncellus l. c.)*, a. 117, paullo ante d. 11 Aug., quo die de morte eius Antiochiae palam factum est *vit. Hadr. 4, 7 (usque ad eundem diem imperium eius extendit Dio 68, 33, cum dicit eum imperasse solum, scilicet a 27 Ian. 98, annos XIX menses VI d. XV; eos ipsos numeros habet etiam Eutrop. 8, 5;* obiit aetatis anno sexagesimo tertio mense nono die quarto *Eutrop. l. c., quod ad diem 22 Iun. ducit)*, d. 9 Iul. *chronographus anni 354 ap. Momms. chron. min. I p. 146 (imperii spatium ei adtributum l. c. ducit ad diem mortis 23 Iun.), quod tuetur Usener ap. Momms. l. c. III p. 442 not. 6.* — Uxor: Pompeia Plotina *Victor epit. 42 cet. (supra P 509).* Liberis caruit *Plin. paneg. 94.*

576 Ulp(ius) Valerius Aurelianus, vir egregius, centenarius, maritus Titiniae Mansuetae, socer (potius quam pater) Aurelii Herculani viri egregii, ducenarii, avus Ulpiae Aureliae Valeriae *t. Tomitanus III 6155.*

577 M. Ulpius Verna, Aug. lib., ab epistulis Latinis *t. Pisanus XI 1434.* Uxor Vibia Thisbe *ib.*

— C. PONTIVS [VL]PIVS VERVS ... NIANVS VIC[TOR] *signo* POTA[MIVS].

578 Ulpius Victor, procurator Aug. Norici *tituli Celeienses III 5161. 5169*, anno 153 *dipl. mil. (III S. p. 1988)* (paullo ante annum 158 *tituli III 5161. 5162 inter se collati*).

579 M. Ulpius Victor, vir egregius (v. e. *X 7946, praeterea* e. v.), procurator Aug. provinciae Sardiniae *X 7946. 7996. 7999. 8009. 8027*, imperante Philippo *(anno ut videtur 244, propterea quod neque consul dicitur Philippus, neque Philippi filii mentio fit) X 7996. 7999. 8009. 8027.*



Digitized by Google

580 Ulp(ius) Ulpianus, dominus figlinarum suburbanarum *tegulae XV 504–509 (a. 125. 126. 129. 133).*

581 VLPIA ARISTONICE M. f. *(praenomen patris in t. 4234)*, uxor M. Valerii Maximiani legati Augusti *tituli Numidici VIII 2621. 4234.*

582 Ulpia Aurelia Valeria, 'virgo dextrata', filia Aureli Herculani viri egregii, ducenari, neptis Ulpii Valerii Aureliani viri egregii, centenarii, et Titiniae Mansuetae, stolatae feminae, vixit annis III mensibus VIIII d. XVII *t. Tomitanus III 6155.*

583 VLPIA GORDIANA ex genere Traiani imperatoris, uxor Maecii Marulli, mater Gordiani senioris *vit. Gord. 2, 2.*

584 (VLPIA) MARCIANA. *Tituli: II 2340 = II S. 5545. IX 5894. XI 1333. CIG. 3958. Memoratur in titulis Matidiae neptis III S. 7123. X 4744. 4745, in t. liberti X 106. Nummi ap. Eckhel 6, 468 seq., Cohen ed. 2 t. 2 p. 100.* Marciana *nummi, item tituli plerique* (Marcia *traditur II 2340, est CIG. 3958 cf. Ramsay cities and bishoprics of Phrygia I 2 p. 457),* Marcia *Iordanes Get. 16, 93 (reliqui scriptores nomen non ponunt).* Soror Traiani *tituli, nummi.* Mater Matidiae *nummus (ap. Eckhel 6, 468, Cohen l. c. n. 1. 2); tituli III S. 7123. X 4744. 4745. Nuptam fuisse C. Salonio Matidio Patruino fratri Arvali, defuncto a. 78, propter nomen filiae coniecit Marinius Arv. p. 158.* Augustae cognomen oblatum sibi a senatu deprecata est, quamdiu Traianus patris patriae appellationem recusasset *Plin. paneg. 84,* sed tunc quoque *(a. 99)* recusavit *(hoc excidit ap. Plin.),* ut ne anno 100 quidem diceretur Augusta *Plin. l. c.* Augusta dicta ante finem anni 105 *XI 1333.* Mortua et consecrata ante finem anni 115 *IX 5894.* Diva Augusta Marciana *nummi,* diva Marciana Aug. *tituli neptis Matidiae.* Sacerdos divae Marcianae femina Sassinae in Umbria *XI 6520 (= Grut. 322, 3).* — Ab ea Marcianopolis civitas Moesiae nomen accepit *Dexippus exc. de strateg. (Müller fr. hist. Gr. III p. 675), Ammian. Marc. 27, 4, 12, Iordan. Get. 16, 93.*

585 Ulpia Phile, uxor Aurelii Larichi τοῦ κρατίστου *t. Lycius CIG. 4278 = Lebas-Waddington 1258.*

586 VLPIA SEVERINA AVGVSTA. *Tituli: III 472. V 29. 3330. IX 2327, Semtensis Africae Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1893 p. 222 (item XI 2099 acephalus). Nummi ap. Eckhel 7, 487, Cohen ed. 2 t. VI p. 208 seq.* — Ulpia Severina *tituli* (Pia *additur in t. Semtensi, fortasse ut alterum cognomen), item nummi Alexandrini (in reliquis nummis est cognomen tantum). Filiam fuisse Ulpii Criniti (supra n. 547) coniecit Eckhel.* Coniux L. Domitii Aureliani Augusti *V 29. 3330. IX 2327, Bull. archéol. l. l., cf. nummus communis ei et Aureliano, ap. Eckhel 7, 487, Cohen ed. 2 t. VI p. 208.* Augusta *III 472. V 29. 3330. IX 2327; nummi. Nummi Alexandrini ex sexto et septimo tantum Aureliani anno supersunt cf. Sallet Daten der alexandr. Kaisermünzen p. 81; unde sexto tantum imperii Aureliani anno honores Augustae ei conti-*

Digitized by Google

*gisse possis conicere. Supervixisse Aureliano coniecit Eckhel propter nummos ex septimo anno mariti, quo maritum iam mortuum fuisse putabat, non recte ut iam constat, cf. Sallet l. c. p. 82.*

587 VM.... TEREVENTINVS (Οὐμ. Τερεβεντίνου *est in nummis, nominis gentilicii primis litteris* ΟΥ *contignatis. Cognomen sine dubio ductum ab oppido Samnii Tervento sive Terevento, cf. CIL. IX p. 241. Fortasse aliqua parentela coniunctus cum Modio Terventino praefecto vehiculorum a. 214*). Legatus (ἡγ.) provinciae Moesiae inferioris imperante Alexandro, ante mortem Maesae, initio igitur imperii eius *nummi Marcianapolitanorum cum capitibus vel solius Severi Alexandri (Mionnet suppl. II p. 103 n. 288 seq., Mus. Berol. cat. numm. I p. 65 n. 47, alibi) vel Alexandri et Maesae (Mionnet l. c. p. 107 n. 309 seq.) vel Alexandri et Mamaeae (ib. p. 108 n. 318. 319) (errore sine dubio ap. Mionnet l. c. p. 98 n. 263 dicuntur capita esse Elagabali et Soaemiadis, ib. p. 80 n. 152 dicitur caput Caracallae). Cf. etiam supra sub Ti. Iulio Festo (I 204) fin. Legatum fuisse non consularem sed praetorium coniecit Pick Wiener numism. Zeitschr. 23 p. 33 propterea quod* ἡγ(εμών), *non* ὑπ(ατικός) *dicitur in nummis.*

588 Umber, poeta malus *Martial. 7, 90, 3 (idem nomen ap. Martial. 7, 53. 12, 81).*

589 M. VMBILIVS MAXIMINVS *(sic XIV 251*, M. Umbilius Max. *177)*, patronus corporis lenunculariorum Ostiensium a. 192, ordinis senatorii *XIV 251;* nominatur *ib. 177.*

590 VMBONIVS SILO (Σιλίων *traditur*), proconsul Baeticae, a. 44 arcessitus (e provincia), quod non satis frumenti in Mauretaniam ad expeditionem misisset, et senatu motus *Dio 60, 24. Ab hoc fortasse oriundus* ... Hispanus [P]ompeius Marcel[lus Umb]onius Silo *t. Saguntinus II 3839.*

591 Umbricius, amicus Iuvenalis, urbis pertaesus Cumas secedit *Iuvenal. 3, 21 seq. cf. 3, 1. 2. 321.*

592 Umbricius Melior *(sic Plin. 1, 10. 11, praeterea gentilicium tantum)*, haruspicum peritissimus aevo Plinii *Plin. h. n. 10, 19.* A. 69 Galbae imminentem perniciem praedixit *Tac. h. 1, 27, Plut. Galb. 24.* Scripsit de Etrusca disciplina *Plin. 1, 10. 11 cf. 10, 19.*

593 Q. VMBRICIVS PROCVLVS legatus Aug. provinciae Hispaniae citerioris, clarissimus vir *t. Tarraconensis II 4128.*

594 Umbricia *(sic Dig.*, Umbra *collat.)* ab Hadriano in quinquennium relegata, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset *Ulpianus libro octavo de officio proconsulis (Dig. 1, 6, 2. Collat. 3, 3, 4).*

595 Umbricia Bassa, T. Aelii Antipatri proc. Augg. coniunx *t. Sentinas XI 5738 (= Orell. 1891).*

— C. PETRONIVS VMBRINVS.

— M. PETRONIVS VMBRINVS.

— Q. PETRONIVS VMB[RINVS].

— T. FL(AVIVS) VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS *signo* Hydatius.

— .... SA.... .....DVS P. CESTI[VS] .... [VM]BRIVS DEXTER ... DVCENIVS ....

596 VMBRIVS PRIMVS proconsul provinciae alicuius, tempore Papiniani, defunctus ut videtur antequam rediret: domum per fideicommissum reliquerat Claudio Hieronymiano clarissimo viro *Ulpianus libro XX ad Sabinum (Dig. 33, 7, 12, 40). Diversus puto sed parentela cum eo coniunctus M. Nummius Umbrius Primus Senecio Albinus, qui consul ordinarius fuit anno 206. — His antiquior* Umbrius Primus, possessor in pertica Ligurum temporibus Traiani *IX 1455 col. 7, 78. 3, 47. 63. Alius* M. Umbrius Primus consul suff. a. 289 *X 3698. 4631. (Alii Umbri Primi sed ignobiles IX 1211. 1968. 2038.)*

597 Umbrius Primus, grammaticus *Charisius lib. II (p. 190. 192 Keil).* — M. NVMMIVS VMBRIVS PRIMVS SENECIO ALBINVS.

598 Umbria Albina, C. f. *(praenomen patris in fistula) fistula aquaria Romae rep., Notizie degli scavi 1895 p. 206; tegulae Aufidenae in Samnio rep., IX 6078, 176. Femina sine dubio dives, fortasse parentela coniuncta cum M. Nummio Umbrio Albino, de quo cf. ad n. 596.*

599 Ummidius quidam, avarus, a liberta occisus *Horat. sat. 1, 1, 95.*

600 C. VMMIDIVS DVRMIVS QVADRATVS. *Tituli Casinates X 5182 integer (1), 5180. 5181 fragmenta minuta (2. 3). Memoratur in fastis scribarum quaestoriorum CIL. I ed. 2 p. 74 (4) et in t. Lusitanico II 172 (5).* — C. Ummidius Durmius Quadratus *t. 1. 5,* C. Ummidius Quadr[atus] *t. 4,* Ummidius Quadratus *et oratione procedente* Quadratus *vel etiam* Ummidius *Tac.* (*apud quem pro* Ummid- *semel ann. 12, 45 traditur* tummid-, *praeterea* umid-), *similiter Ioseph.* (*nisi quod in huius codicibus pro* οὐμμιδ- *plerumque est* νουμιδ- *vel* νουμμιδ-); Κουάδρατος *nummi Antiocheni.*

C. f. *t. 1.* Tribu Ter. (origine nempe Casinas) *t. 1. Oriundus fortasse ab Ummidio* (Immid- *traditur*) *Casinate, quem memorat Varro de r. r. 3, 3, 9. Ex eius domo liberti Ummidii Casinates X 5299. 5304.*

*Honores plene enumerat, sed sine ordine, t. 1.* Decemvir stlitibus iudicandis *t. 1 cf. t. 3.* Quaestor divi Augusti et Ti. Caesaris Augusti (a. igitur 14) *t. 1 cf. t. 2.* Aedilis curulis *t. 1.* Praetor aerarii *t. 1. 4,* a. 18 *t. 4.* Curator tabularum publicarum *t. 1 cf. t. 2. 3.* Praefectus frumenti dandi ex s. c. *t. 1.* Proconsul provinciae Cypri *t. 1. (Ab hoc et nomina et tribum mutuati sunt Cyprii* C. Ummidius Pantauchus Teretina, eiusque filius C. Ummidius Quadratus qui et Pantauchianus Teretina *t. Paphius ap. Waddington n. 2801 = CIG. 2637; iidem ut videtur homines, vel certe eorum propinqui, in alio titulo Paphio dicti pater* C. Ummidius Quadratus, *filius* C. Ummidius Pantauchus Quadratianus *Journal of hell. studies 9, 1888 p. 237 n. 41.)* Legatus Ti. Caesaris Aug. provinciae Lusitaniae *t. 1,* atque etiam post mortem

Tiberii a. 37 mense Mai. *t. 5.* Consul *t. 1 (suff. a. inc.).* Quindecimvir sacris faciundis *t. 1.* Legatus Claudii in Illyrico *t. 1 cf. t. 2.* Legatus eiusdem in Syria *t. 1 cf. t. 2,* legatus Syriae certe ab a. 51 *Tac. a. 12, 45. 48.* A. 52 turbas in Iudaea exortas sedavit *Ioseph. bell. 2, 12, 5. 6, ant. 20, 6, 2 (inde Zonar. 6, 15); Tac. a. 12, 54,* Ventidium Cumanum procuratorem vel ipse damnat *Tac. l. c.,* vel Romam misit *Ioseph. l. c.* Legatus Syriae etiam imperante Nerone *t. 1,* copias partiri iubetur cum Corbulone *Tac. a. 13, 8.* Discordiae inter eum et Corbulonem (a. 55) *ib. 13, 9.* [A. 55 (exeunte) Syria P. Anteio destinata, sed is in urbe retentus est *ib. 13, 22.*] Legatus Syriae annis *(aerae nempe Caesarianae)* 104, i. e. p. Chr. 55/6, et 105, i. e. p. Chr. 56/7, *nummi Antiocheni ap. Eckhel 3, 280, Mionnet V 159, 101–103. 167, 76, Leake numism. hell. Asiatic. p. 16, item mus. Berol. (similes nummos cum annis 106. 107. 108, i. e. p. Chr. 57–60, quos edidit Eckhel l. c., ex quo repetiit Mionnet l. c. n. 104–106, neque ipse Eckhelius vidit neque posteriores nummorum descriptores videntur vidisse).* Moritur in provincia *(fortasse ante annum 60, sub quo mortem eius memorat Tac.) Tac. a. 14, 26. — Filii videntur:* C. Ummidius Quadratus *(infra n. 602),* Ummidia Quadratilla *(n. 606). Incertum utrum huius an unius ex cis quae sequuntur servus* Hilario [U]mm. Quadrati *X 5248 (Casini); libertus* Menand[er] C. Ummid[i] Quadrati l. *V 1297 (Aquileiae); item incertum an huius pro salute positus in Veronensi t. V 3283.*

601 VMMIDIVS QVADRATVS. *Tegulae urbanae XV 731. Idem videtur memorari in t. Ephesio, quem accurate ed. Hicks Greek inscr. in the British Museum III p. 188, de quo egit etiam Mommsen ap. Kaibel epigr. Gr. n. 888ª p. 536.* — Umidius Quadratus *vel* Umi. Quadr. *tegulae,* Ὀυμμίδιος Κο . . . *et postea* Κοδρᾶτος *t. Ephesius.*

Maritus Anniae Faustinae *tegulae. Uxor est, ut vidit Borghesius opp. 3 p. 244, Annia Cornifica Faustina (A 546), soror minor M. Aurelii, nata igitur post annum 121 (sororem M. Aurelii Mummio vel potius Ummidio Quadrato nuptam fuisse colligi potest ex vit. Marci 7, 4). Fortasse igitur hic* Ummidius Quadratus (Οὐμμίδιος Κο[δρᾶτος] *v. 3 et postea in carmine* κλεινὸς Κοδρᾶτος), cuius patri nomine Severo posita est ab Hadriano in templo Dianae Ephesio statua cum epigrammate (Ἀδριανὸς Μούσαισι μέλων ἀνέθηκε Σεουῆρον) et qui ipse regias nuptias contraxerat (ᾧ βασίλειον Ἁρμονίῃ θάλαμον πῆξατ' ἐπ' εὐγαμίῃ) *t. Ephesius (ut regiis nuptiis significetur matrimonium cum sorore M. Annii Veri, quem Hadrianus paullo ante mortem nepotem sibi adoptaverat, si vere titulus positus est vivo Hadriano; ceterum cum is cui statua posita est pater Ummidii Quadrati appelletur* κηδε[στὴς] τῶ[ν] θειοτ[άτων αὐτο]κρατ[όρων], *nam sic videtur supplendum, fortasse titulus positus est post mortem demum Hadriani, neque ab imperatore huius nominis, sed ab alio quodam Hadriano). — Filium crederem*

Digitized by Google

*C. Ummidii Quadrati consulis anno 118, nisi patri eius nomen primarium Severi fuisse t. Ephesius indicaret.*

602 C. VMMIDIVS QVADRA[TVS] cooptatus in collegium aliquod sacerdotale a. 63 *VI 2002. Filius fortasse C. Ummidii Durmii Quadrati praetoris anno 18.*

603 C. VMMIDIVS QVADRATVS (Quadratus *Plinius vel certe Plinii codices plerumque,* Ummidius *vel* Nummidius Quadratus *Plinii codices ep. 6, 11, 1,* Umidius Quadratus *vit. Hadrian. 15, 7; in consulatu* C. Ummidius Quadra[tus] *act. Arv.*).

Ummidiae Quadratillae nepos *Plin. ep. 7, 24. Pater et mater ignorantur. Natus fere circa annum 84, siquidem epistula Plinii 7, 24, qua significatur ei quartum et vicesimum aetatis annum nondum vel vixdum expletum esse, scripta est circa annum 107 (ut putat Mommsen Herm. 3, 50).* A. 97 in senatu per aetatem esse non potuit *Plin. ep. 9, 13, 1.* Adulescentiam egit in contubernio aviae *Plin. ep. 7, 24, 3,* quae eum ex besse heredem fecit *ib. 2.* Iuvenis egregiae indolis *Plin. ep. 6, 11. 7, 24.* Uxorem duxit nondum XXIIII annos natus (ex ea non statim pater factus) *Plin. ep. 7, 24, 3.* Causas agere incipit *ib. 6, 11, 1. 7, 24, 9.* Plinium consulit quas causas recipere deberet *ib. 6, 29, 3.* Libros Plinii studiose legit *ib. 9, 13, 1.* — Consul suff. a. 118 mense Mai. cum imp. Hadriano II *act. Arv.* Amicus Hadriani, qui postea nihilominus eum graviter insecutus est *vit. Hadr. 15, 7.*

604 M. VMMIDIVS QVADRATVS (Mummius Quadratus *traditur vit. M. Aur. 7, 4; in consulatu* M. Ummidius Quadratus *X 6706,* M. Umidius Quadratus *traditur II S. 5232,* Umidius Quadratus *papyrus Latina musei Britannici, ap. Grenfell et Hunt Greek papyri ser. II p. 158,* Quadratus *alibi*), sororis M. Aurelii filius *vit. Marci 7, 4 (scilicet natus ex nuptiis Anniae Cornificiae Faustinae et Ummidii Quadrati supra n. 601, quae si vere factae sunt anno ut conieci 138, filius propinquus imperatorum potuit anno 167 ad consulatum provehi).* Consul ord. a. 167 cum L. Aurelio Vero Augusto III *fasti. Fortasse aut hic aut filius eius* Quadratus (adulescens nobilis *Herod.*), qui cum Lucilla in Commodum coniuravit et mox occisus est (circa a. 182) *vit. Comm. 4; Dio 72, 4; Herod. 1, 8, 4.*

605 FAVSTINA VMMIDIA CORNIFICIA (*rectius sine dubio* VMMIDIA CORNIFICIA FAVSTINA). *Id nomen feminae nobilis agnovit Ramsay cities and bishoprics of Phrygia I, 1 (1895) p. 287 in titulo reperto in vico quodam Phrygiae, in cuius principio haec legisse sibi visus erat Sterrett papers of the American school of Athens II p. 66 n. 52:* κληρονόμων Φαυστεινη .... ς Οὐ. Φαυστεινης Οὐμμηλιας Κορνοφικιας. *Praedia fuisse Ummidiae in parte illa Phrygiae ex t. colligi potest. — Filiam fuisse Ummidii Quadrati et Anniae Cornificiae Faustinae, sororis M. Aurelii, ipsum nomen satis clare indicat.*

Digitized by Google

606 VMMIDIA QVADRATILLA. *Titulus Casinas X 5183 (1). Fistula plumbea musei Kircheriani, ap. Lancianium syll. n. 166 (2). Memoratur in t. servorum urbano VI 28526 (3).* Ummidia Quadratilla *t. 1. 3, itemque sine dubio Plin. ep. 7, 24 (pro* Ummid- *inter* numid-, ommid-, commid-, valmid- *variant codices, quorum nullus bonus, editionesque antiquae),* Umidia Quadratil[l]a *t. 2.* C. f. *t. 1. 2. Filia videtur C. Ummidii Quadrati praetoris anno 18 (supra n. 600), nata autem circa a. 27—30, si quidem epistula Plinii, qua mors eius paene octogenariae (cf. infra) nuntiatur, videtur scripta circa a. 107. Maritus ignoratur.* Delicata femina, certe in senectute, 'habebat pantomimos fovebatque effusius quam principi feminae conveniit' *Plin. ep. 7, 24, 3 seq.* Casinatibus *(unde pater erat oriundus)* amphitheatrum et templum sua pecunia fecit *t. 1.* Domum aliquando C. Cassii (Longini) possedit *Plin. ep. 7, 24, 8.* Decessit paullo minus octogesimo aetatis anno *7, 24, 1,* heredes reliquit C. Ummidium Quadratum nepotem, et neptem (cuius nomen ignoratur) *7, 24, 2.*

607 Unicus, consanguineus Martialis, carmina faciebat, ut et frater eius *Martial. 12, 44.*

608 Voconius, amicus Hadriani, poeta, in cuius tumulo Hadrianus inscribi voluit, lascivum versu, mente pudicum eum fuisse *Apulei. apol. 11. Possis cogitare de Voconio Victore (infra n. 613), cuius amicitia sane Hadrianus adulescens frui potuit.*

609 C. Voconius Placidus, C. f., tribu Gal., Sagunti honoribus functus, pater C. Licinii Marini Voconii Romani, amici Plinii *t. Saguntinus II 3865.*

— C. LICINIVS MARINVS VOCONIVS ROMANVS.

610 Q. Voconius Pollio, dominus villae in agro Albano *XIV 2436. 4226 cf. 2427.* Eiusdem servus *signaculum in Bruttiis rep. X 8059, 441.*

611 Q. VOCONIVS SAXA AMYNTIANVS, filius eius qui sequitur *t. Phaseli in Lycia rep., bull. de corr. hell. XIV, 1890 p. 643.*

612 Q. VOCONIVS SAXA FIDVS. *T. Phaseli in Lycia rep., ipsi et filio positus, Bull. de corr. hell. 1890 p. 643 (1). Memoratur in t. Cyanensi Lyciae, ap. Borghesium opp. 8, 276, item ap. Kalinkam Eran. Vindob. (1893) p. 83 (2), in inscriptione mausolei Opramoae Rhodiapolitano Reisen in Lykien p. 108. 109. 112. 113, item ap. Heberdey Opramoas p. 31. 34. 43. 47 (3), in t. Comameno Pisidiae III S. 6885 (4), in Gigthensi Africae VIII S. 11029 (5).*

Q. Voconius Saxa Fidus *t. 1. 4,* Κόιντος Βοκώνιος Σάξα(ς) *t. 3 bis p. 43. 47 Heberdey* (Οὐοκώνιος Σάξας *ib. p. 31 Heberdey,* Βοκώνιος Σ... *ib. p. 34*), Voconius Saxa *Dig. 48, 18, 1, 27, item t. 2,* .... [S]axa Fidus *t. 5. Fortasse oriundus a Q. Voconio Saxa, qui a. u. c. 585 legem tulit de mulierum hereditatibus, quamquam hic fuit ex municipio Aricino (cf. CIL. XIV p. 203), quod in Horatia tribu censebatur, ipse autem tribum videtur habuisse diversam.* Tribu ....lia *t. 1.*

Tribunus laticlavius legionis III Cyrenaicae et praeterea alterius legionis (cuius nomen periit) *ib.* Quaestor pro pr. provinciae Macedoniae, tribunus plebis, praetor *ib.* Curator viae Valeriae Tiburtinae, (simul) et aliis locis dilectum habuit (ἐπιμελητὴς ὁδοῦ Οὐαλερίας Τ[ει]βουρτείνης καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις στρατολογήσας) *t. 1 (cf. Mommsen eph. ep. 8, 158 a, item Staatsr. II³ p. 1090 not. 2).* Legatus Aug. legionis IIII Scythicae *t. 1.* Proconsul Ponti et Bithyniae *ib.*

Legatus Aug. pro pr. Lyciae et Pamphyliae *t. 1. 3. 4 cf. t. 2,* ab anno certe 144 ad annum minime 147 *t. 2. 3* (scilicet memoratur ut legatus sacerdote provinciae eponymo Iulio Tlepolemo *t. 2, i. e. a. 147, si recte statuerunt honores Opramoae ordine non interrupto enarrari in t. 3, neque ullum annum intermissum esse a Lyciis, quin honores Opramoae decreverint, inter Iulium enim Tlepolemum et Veranium Tlepolemum, quem anno 149 sacerdotem provinciae fuisse discimus ex t. 2 recte intellecto, t. 3 unum tantum eponymum interponit; fuit autem legatus etiam ante Iulium Tlepolemum eponymum, tertio ut videtur anno ante eum, anno igitur 145, ut apparet ex t. 3 col. XVII p. 47 seq. ed. Heberd., atque etiam antea, sacerdote provinciae Claudio Antimacho, anno ut videtur 144. Quin etiam anno 142 Voconium legatum fuisse sibi persuasit Heberdey, cum nomen eius praceunte Loewyo suppleverit in t. 3 col. XIII e. f p. 40, qui locus sane spectat ad a. 142, ubi tamen praenomen tantum legati extat, potestque etiam cogitari de alio praeside, fortasse de Iunio Pacto, quem circa haec tempora Lyciae praefuisse t. Cyanensis editus in Sertis Hartelianis p. 1 docet. Ad eundem annum 142 initium administrationis Voconii rettulerat Loewy Reisen in Lykien p. 131. 133, propterea quod Claudium Antimachum, quo sacerdote provinciam iam fuisse sub Voconio certum est ex t. 3 col. X g. h p. 31 Heberd., successisse putavit in sacerdotio Iulio Heliodoro, quem ineunte anno 141 sacerdotem fuisse ex t. 3 colligi potest; et sane epistulam quandam acceptam a Lyciis sacerdote Iulio Heliodoro excipit in t. 3 p. 31 Heberd. epistula accepta sacerdote Claudio Antimacho; sed fortasse, ut putat Heberdey p. 66, haec epistula non suo loco relata est in t. 3, sed in spatio quod vacuum erat, in fine parietis mausolei occidentalis, incisa. — Anno 149 Voconio successerat D. Rupilius Severus, sub hoc enim provinciam fuisse sacerdote Veranio Tlepolemo apparet ex t. 3 p. 49 Heberd., Veranium autem Tlepolemum a. 149 fuisse sacerdotem scimus ex t. 2, cf. supra.* Consul designatus *t. 1 (sub finem puto administrationis Lyciae; consul igitur fuit suffectus circa a. 148 vel 149).*

Proconsul Africae *t. 5.* Rescriptum divorum fratrum ad eum *(proconsulem Africae puto, ut proconsul fuerit inter annos 161 et 169) Ulpianus Dig. 48, 18, 1, 27.* Pater Q. Voconii Saxae Amyntiani *t. 1.*

613 Voconius Victor *(utrumque nomen 7, 29, cognomen solum 11, 78),* amicus Martialis, ipse poeta *Martial. 7, 29, 4. 5:* eius deliciae Thestylus

Digitized by Google

*(cf. 8, 63)* puer *7, 29, 1 (cf. 11, 78, 2)*, quem etiam carminibus videtur celebravisse *ib. 7, 29, 2.* Uxorem ducere vult *11, 78. Eiusdem nominis aliquis, sed vix huc pertinens, IX 323.*

614 [Q.] Voconius Vitulus (*pro* Q. *praenomine traditur* O.), (miles?) legionis XXII Primigeniae piae fidelis, temporibus Pii ut videtur *t. Rhenanus semel tantum descriptus, ap. Brambach. n. 1540. Recepi propter nomen nobile; Q. Voconius Vitulus quattuorvir monetalis fuerat circa a. 716—718 (Eckhel 5, 344 cf. Momms. hist. rei num. p. 742).*

— P. FL(AVIVS) PVDENS POMPONIANVS signo Vocontius.

— C. DILLIVS VOCVLA.

— SARIOLENVS VOCVLA.

615 Volaginius, miles gregarius, qui a. 42 (L. Arruntium Camillum) Scribonianum interfecit, ob eam rem 'ad summa militiae provectus' *Tac. h. 2, 75.*

616 (C.) VOLASENNA *(praenomen ex vasculo, v. infra)* proconsul Asiae inter annos 62 et 65 *(anno 62/3 ut putat Waddington, propterea quod reliquorum annorum huius temporis proconsules alios novimus) nummus Ancyranorum Phrygiae cum capitibus Neronis et Poppaeae Augustae ap. Mionnet IV 220, 153 = Waddington fastes n. 90; alius nummus eorundem Ancyranorum temporis indicatione destitutus, ap. Mionnet VII supplem. 503, 104 (item ap. Imhoof). Consul suffectus fuerit necesse est circa annum 53 vel 54. Fortasse huius* C. Volasennae *nomen in vasculo Emporiis rep., II S. 6257, 217. Praeterea huius fortasse libertus* C. Volasenna C. l. Herm... *album Herculanense X 1403 a 16. (Pompeiis in aditu domus alicuius scariphatum nomen* Volasena *IV 3102).*

617 VOLASENNIA TERTIA C. f., (M. Nonii) Balbi (praetoris temporibus ut videtur Augusti) uxor, Herculanei statuis honorata *X 1435. 1436. 1437. Origine ut puto Herculanensis (nam maritus eius Nucerinus fuit). Ex gente videtur eius quae praecedit. Aut huius, aut alterius mulieris ex eadem gente, liberti* C. Vola[s]enna Ɔ. l. Thales, C. Volasenna Ɔ. l. Vi... *album Herculanense X 1403, g 3, 36, a 2, 21.*

618 Vulcacius (Vulcati- *traditur vel editur*) grammaticus, scripsit commentarios in Ciceronis orationes *Hieronymus contra Rufinum 1, 16 (2, 472 Vallars., 2, 428 Migne).*

619 Vulcacius Araricus (Vulgaci- *cod.*), eques Romanus, particeps coniurationis Pisonianae *Tac. a. 15, 50.*

620 C. VOLCACIVS GVRGES (C. Volcatius Gurgus *traditur*), senator, nulla evidente causa obiit *Plin. h. n. 7, 181.*

621 Volcacius Moschus (Vulcatius Moschus *Tac. cod. Med.*, Moschus *Horat. cum Porph.*, moscus *vel* noscus *Senecae contr. 2, 5, 13 codices,* noscus *vel* noscus *ib. 7, 3, 8,* Oscus *traditur ib. 2, 3, 4. 10 praef. 10.*

Digitized by Google

*10, 1, 3; 2, 17; 3, 1; 6, 1,* Oscius *suas. 1, 2,* Roscius *contr. 10, 1, 12).* — Pergamenus *Porphyr. ad Hor. ep. 1, 4, 9. Civem factum esse per L. Volcacium Tullum consulem a. 721 suspicatur Kiessling Herm. 26 p. 634.* Rhetor *Seneca, Porphyr. l. c.,* Apollodor[e]us *Seneca contr. 2, 5, 13,* quem memorat Seneca *suas. 1, 2 contr. 2, 3, 4 et alibi (cf. supra).* Veneficii reus, defensus ab Asinio Pollione *Seneca contr. 2, 5, 13, Porphyr. l. c.,* et a Torquato Horatii amico *Horat. ep. 5, 1, 9 (anno fortasse 734, quo tempore Horatii epistula scripta esse videtur, cf. Kiessling l. c.).* Damnatus, docuit Massiliae *Seneca l. c., cf. contr. 10 praef. 10.* Exul in Massilienses receptus *Tac. a. 4, 43.* Heredem fecit rempublicam Massiliensium, quam hereditatem ut obtinerent Massilienses senatum adierunt a. p. Chr. 25 *Tac. l. c. Cf. Hirschfeld Gall. Stud. I p. 13 not. 2.*

— C. IAVOLENVS CALVINVS *cet.* Q. VVLCACIVS (Vulkac- *lapis*) SCVPPIDIVS VERVS.

622 Vulcacius Terentianus (Vulcati- *cod.*), scripsit historiam sui temporis, i. e. Gordianorum *vit. Gord. 21, 5 (suspect.).*

623 VOLCACIVS TERTVLLINVS *vel* TVLLINVS (Vulcacius Tertullinus *Tac. hist.,* Volcacius Tullinus *Tac. ann. cod.*). *Eundem esse certum videtur. Oriundus fortasse a L. Volcacio Tullo consule a. a. c. 688 vel ab eiusdem nominis consule a. 721.* Senator, a. 65 accusatus quasi conscius maleficiorum Iuniae Lepidae, damnationem evasit *Tac. a. 16, 8.* A. 69 exeunte tribunus plebis intercessit senatus consulto, quo impensis aerarii modus statueretur, imperatori eam rem reservans *Tac. h. 4, 9.*

624 (VOLCACIVS) TVLLVS *(gentilicium ex nomine patrui, cf. infra).* Amicus Propertii, quem adloquitur carminibus libri primi primo et ultimo, et cui ita carminum librum primum quodammodo dedicavit *(cf. Rothstein praef. ad Propertium p. XI) Propert. 1, 1, 9; 22, 1,* et ad quem dedit praeterea *1, 6. 1, 14 (v. 20). 4, 22.* Patruus eius consulatu functus *1, 6, 19 (patruus hic videtur L. Volcacius Tullus consul a. 721).* Stipendia meruit *1, 6, 22.* In Asiam proficiscitur *1, 6, 1. 14. 31,* iura sociis daturus *ib. v. 20 (legatus puto proconsulis; fortasse idem indicatur verbis v. 34:* et accepti pars eris imperii). Diu (certe per plures annos *4, 22, 1)* moratur in Asia; ad reditum eum hortatur Propertius *4, 22.*

625 L. VOLCACIVS TVLLVS, L. f. *Dio ind. l. 49 (filius fortasse L. Volcacii Tulli consulis a. 688)* consul ord. a. 722 cum Caesare II *fasti* (Λ. Οὐολκάκιος Τοῦλλος *Dio ind. l. 49,* L. Volcacius *fasti Venusini,* L. Vulcatius *Cassiod., Frontin. de aq. 9,* Βολβάκιος Τύλλος *traditur Appian. Illyr. 28,* Λούκιος Τοῦλλος *Dio 49, 43,* Tullus *chronogr. a. 354,* Paulus *fasti Hydat.*), deinde cum L. Autronio Paeto *fasti Venusini (CIL. I ed. 2 p. 66); Appian. Illyr. 28; amphora Carthaginiensis, bull. arch. du comité des trav. hist. 1894 p. 94.* Hic ut

videtur patruus Tulli qui praecedit, consul *Propert. 1, 6, 19.* — *Huius ut videtur libertus* L. Volcacius Tulli l. Hospes *VI 6671.*

— GEMINIA VVLCACIA.

626 .... RIANVS VO[LCINIVS] .... ANICVS praefectus cohortis I Sygambrorum; quaestor provinciae Asiae, aedilis, praetor *t. urbanus VI 1543.* Pater Volciniae Sabinae *ib.*

627 [V]OLCINIA SABINA filia eius qui praecedit *VI 1543.*

— L. VALERIVS MESSALLA VOLESVS.

— M. Aur(elius) Volo.

628 Vologaeses (Βουλογαίσης *codices*), Thrax Bessus, sacerdos Liberi, a. 743 populares ad rebellionem incitavit, Rhascuporidem regem interfecit, Rhoemetalcen fugavit, usque in Chersonesum penetravit *Dio 54, 34.*

629 Vologases (Οὐολογάσης *Ioseph. ant. 20, 4, 2,* Βολογάσης *ib. 20, 3, 4*) *vel* Vologaeses *(sic Tac. a. 15, 7,* Vologeses *Tac. a. 12, 14. 44 et plerumque in ann.,* Βολογέσης *Ioseph. bell. codices) vel* Vologaesus *(sic Tac. h. 1, 40,* Οὐολόγαισος *Dio Xiph. plerumque,* Οὐολόγαισσος *id. 66, 11,* Vologesus *Plin. h. n. 6, 122, Tac. a. 13, 7. 13, 37 semel, h. 4, 51, Suet. Ner. 57 Dom. 2,* Βολόγεσος *vel* Βολόγεσσος *Stephani Byzantii codices s. v.* Βολογεσιάς). *In nummis huius regis nomen non enuntiatur, in regum sequentium nummis plerumque scribitur* Ὀλαγάσου, *interdum* Ὀλογάσου *vel* Ὀλαγαίσου, *cf. infra n. 635. 636* (Βολαγάσου *in nummis ap. Vaillant Arsac. p. 292. 364. 366, ex quo pendet Eckhel 3, 356. 358, male lectum vel suppletum esse videtur). — Oppidum ab eo conditum in titulis Palmyrenis modo* Ὀλογεσιάς *appellatur (Waddington 2599) modo* Ὀλογασιάς *(ib. 2589), ap. Stephanum Byz.* Βολογεσιάς *vel* Βολογεσσιάς, *ap. Ptol. 5, 20, 6* Οὐολγεσιά.

Vononis, Medorum ac deinde Parthorum regis filius *Tac. a. 12, 14,* materna origine ex paelice Graeca *ib. 12, 44 (Vologaesis maternam originem tangi a Plut. Crass. 32 putat v. Gutschmid Gesch. Irans p. 129 not. 1).* Pacori et Tiridatis frater *Ioseph. ant. 20, 3, 4, Tac. a. 15, 2. 14, Dio 63, 5,* hoc certe maior *Tac. a. 15, 2* (etiam Gotarzis frater *Ioseph.*). Successit Vononi *Tac. a. 12, 14* (Gotarzi *Ioseph.*), concessu fratrum regnum adeptus *Tac. a. 12, 44.* 'Medos Pacorus ante ceperat' *Tac. a. 15, 2 (scilicet cum Vonones rex Parthorum factus est);* Vologaeses Pacoro Mediam commisit *Ioseph. l. c.* 'Genti Parthorum Vologaeses imperitabat' *Tac. a. 12, 44 ad a. 51. Recte igitur ut videtur Longperier mém. sur la chronologie des Arsacides p. 103 seq. et Percy Gardner Parthian coinage p. 50. 51 ei attribuunt nummos regis Parthici cusos ab a. Sel. 362 mens. Gorp. (Aug. 51) ad a. 365 mens. Hyperb. (Sept. 54), (quos tamen alii patris eius Vononis esse putant, cf. infra sub Vonone n. 671). Nummi cusi per annos 55 ad 58, caput admodum iuvenile exhibentes, videntur esse adversarii eius (de quo infra, cf. supra n. 176); sine dubio autem eius sunt nummi cusi per annos 60 ad 68, quamquam*

*Longpérier l. c. p. 112 seq. hos propter differentiam quandam vultus ad alium regem rettulit (huc inclinat etiam Gardner p. 52), statuens duos eiusdem nominis reges fuisse temporibus Neronianis, quod propter silentium scriptorum vix credi potest.*

Tiridatem fratrem regem Armeniae constituit *Ioseph. l. c., Tac. a. 12, 50.* Abscedit Armenia quoniam exortus ei aemulus filius Vardanis *Tac. a. 13, 7 (sub a. 54).* Nobilissimos ex familia Arsacidarum obsides tradit Romanis *ib. c. 9 cf. c. 37.* Izati regi Adiabenum bellum infert, mox omittit revocatus incursione Daharum et Sacarum *Ioseph. ant. 20, 4, 2 (certe ante annum 62, quo Izati iam successerat Monobazus).* Tiridatem in recuperando Armeniae regno adiuvat *Tac. a. 13, 34. 37,* defectione tamen Hyrcanorum retinetur *Tac. a. 13, 37. 14, 25. 15, 1.* Cunctator ingenio *Tac. a. 15, 1;* 'vetus et penitus infixum' ei erat arma Romana vitare *ib. c. 5.* Tiridatem coram proceribus diademate ornat et in regnum Armeniae immittit *Tac. a 15, 2;* ipse Syriae ingruebat *Tac. a. 15, 3, Dio 60, 20.* Monitus a Corbulone legatos mittit Romam *Tac. a. 15, 5. 7, Dio 62, 20.* Quibus re infecta reversis, bellum contra Romanos propalam sumpsit *Tac. a. c. 7;* Armeniam ingressus Caesennium Paetum obsidione ad pactionem coegit, ut Romani Armenia exirent *Tac. a. 15, 10 seq., Dio 62, 21.* Domum reversus cum Corbulone per nuntios tractat *Tac. a. 15, 17, Dio 62, 22.* Iterum legatos mittit ad Neronem ineunte anno 63 *Tac. a. 15, 24. 25, Dio 62, 22.* Cum Corbulone Armeniam ingresso tractat, pactumque ut Tiridates insigne regium apud effigiem Caesaris poneret nec nisi manu Neronis reciperet *Tac. a. 15, 27. 28, Dio 62, 23* (ipse cum Corbulone congreditur obsidesque ei dedit *Dio l. c*). Tiridates eum convenit Ecbatanis *Tac. a. 15, 31.* A. 66 liberos mittit Romam una cum Tiridate *Dio 63, 1;* ipse ut Romam veniret, saepe invitatus a Nerone sed frustra *ib. c. 7.* Exeunte a. 69 vel ineunte a. 70 Vespasiano quadraginta millia sagittariorum offert *Suet. Vesp. 6, Tac. h. 4, 51.* Monitu Vespasiani *Tac. l. c.,* legatos mittit ad senatum de instauranda societate, oravitque etiam ut Neronis memoria coleretur *Suet. Ner. 57.* Tito post victoriam Iudaicam coronam auream mittit *Ioseph. bell. 7, 5, 2.* A. 72 Epiphanem regis Antiochi filium, e Commagene pulsum apud se recipit *Ioseph. bell. 7, 7, 2. 3.* A Romanis auxilia adversus Alanos postulat, ducemque alterum ex Vespasiani liberis, sed non obtinet *Suet. Dom. 2 cf. Dio 65, 15 (ubi Vologaesis nomen non ponitur).* Litteris ad Vespasianum datis, nullum ei honoris vocabulum dedit *Dio 66, 11 (Xiph.; exc. Vat. 5 p. 202 Dind.).* Bello *Vict. Caes.,* metu solo *epit.,* in pacem coactus a Vespasiano *Vict. Caes. 9, 10, epit. 9, 12.* Oppidum condidit Vologesocertam in vicino Babylonis *Plin. h. n. 6, 122,* Vologesiada ad Euphratem *Steph. Byz. s. v.* Βολογεσιάς. Nomen eius positum *Tac. h. 1, 40. Defunctus sit necesse est ante mens. Iun. a. 78, quoniam ex hoc tempore aliorum regum Parthicorum vultus in nummis apparent.*

Digitized by Google

630 Vologaeses (Ὀλαγασ- *nummi; praeterea non memoratur*), rex Parthorum a. 78. 79 *nummi, ap. Percy Gardner Parthian coinage p. 56, inscripti* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου Ὀλαγάσου δικαίου ἐπιφάνους φιλέλληνος *cusi per spatium ann. Sel. 389 mens. Daes. ad a. 390 mens. intercal. (Iun. 78 ad autumnum 79 p. Chr.). Cf. sub eo qui sequitur.*

631 Vologaeses (Ὀλαγασ- *nummi; praeterea non videtur commemorari, cf. tamen infra n. 633*), rex Parthorum temporibus Hadriani *nummi, ap. Eckhel 3, 375, Gardner Parthian coinage p. 56, qui procedunt ab a. Sel. 431 (p. Chr. 119/120) ad a. 450 mens. Apell. (Dec. 138), — nummus similis cusus a. 460 non satis certis testibus nititur, cf. Longpérier p. 118 not. 2, Gardner p. 57 — similes nummorum eius qui praecedit atque eodem modo inscriptae; cumque etiam vultus regis idem sit, unum eundemque esse statuunt Longpérier chronol. des Arsac. p. 118 seq., Gardner Parthian coinage p. 57, ei sane ab a. 79 ad a. 119 parvam tantum regni partem oboedisse eumque plus octoginta vel, si numero 460 fides est (cf. supra), plus nonaginta annis vixisse (eidem regi nummos aeneos attribuunt nullo regis nomine inscriptos cusos per annos 423 ad 439, propter similitudinem vultus). Cf. Gutschmid Gesch. Irans p. 137. 146.*

632 Vologaesus, Sanatrucii filius, in aciem processit contra Severum *(nescio quem)*, sed antequam ad manus veniretur, indutias petivit et impetravit; ei pax et insuper pars Armeniae concessa *Dio 75, 9, 6 exc. de leg. (fragmentum inserendum historiae Traiani vel Hadriani inter a. 115—135, cf. Boissevain Herm. 25, 330 seq., item supra S 129, ab editoribus insertum historiae belli Parthici a Septimio Severo gesti). Vulgo creditur Vologaesus rex Parthorum temporibus Septimii Severi, a Vaillant Arsac. p. 370. 403 rex Armeniae, quem a Caracalla dolo evocatum esse narrat Dio 77, 12 nomine non posito. Fortasse is qui sequitur.*

633 Vologaesus, Alanos *(sic traditur, cf. Boissevain Herm. 25, 337)*, qui Mediam depopulati, Armeniam quoque et Cappadociam attigerant, donis pellexit ut desisterent, sub Hadriano anno 135 vel paullo post *Dio 69, 15 (Xiph., item exc. de leg., cf. Boissevain Herm. 25, 331; ex Xiph. Zonar. 11, 24, ubi tamen Vologaesis nomen non ponitur).* Pharasmanem (regem Hiberorum) per legatos apud Hadrianum accusavit *Dio l. c. (exc. de leg.). Plerumque putatur rex Parthorum eius nominis qui fuit Hadriani temporibus (supra n. 631); sed recte fortasse Armeniae regem eum fuisse statuit Gutschmid Geschichte Irans p. 147.*

634 Vologaesus, non ei, sed Sohaemo regnum Armeniae dedit L. Verus *Fronto ep. ad Verum p. 127 Nab. Fortasse is quem factio Parthica regem volebat. Moses Chorenensis Vologaesum regem Armeniae nullum novit, novit ex Bardesane, ut ait, regem Armeniae Valarsem quod*

Digitized by Google

*idem nomen esse videtur (cf. Langlois coll. des hist. de l'Arm. I p. 66 not. 1), Tigranis (cf. supra T 151) filium: eum regnasse refert viginti annis, ab anno tricesimo altero Valarsis regis Persarum usque ad tertium Artabani, successisse ei filium Chosroem, patrem sancti Tiridatis (Mos. Choren. II c. 65. 66), cf. Mommsen R. Gesch. V p. 407 not. 1.*

635 Vologaesus, rex Parthorum temporibus Antonini Pii et M. Aurelii (Vologaesus *Hieronymi cod. Berol. aliique,* Οὐολόγαισος *Dio,* Βολόγαισος *Photius,* Οὐολόγεσος, Οὐολόγεσσος *codices Luciani,* Βολόγαισος, Βολογαῖσσος, Βολόγεσσος *codices Aristidis,* Βολόγαισος, Βολέγαισος *Constantini Manass. v. 2224,* Οὐλόγεσσος *Syncell. p. 664, 15,* Βολογέσ- *Galen.,* Vologesus *Frontonis margo,* Vologesus *vel* -essus *codices Orosii,* Vologessus *vit. Marci 8, 6*). *Huius esse videntur ex nummis inscriptis (in nullo tamen nummo inscriptio plena superesse videtur)* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου Ὀλαγάσου (Ὀλαγαίσ[ου] *in nummo anni 152 exeuntis legit Longérier p. 148,* Ὀλογάσου *legitur in nonnullis cusis post annum 182)* δικαίου ἐπιφάνους φιλέλληνος *ei qui procedunt ab a. Sel. 480 mens. Dio (Nov. 148) ad a. 502 (p. Chr. 190/1), diversam faciem regis exhibentes ab antiquioribus, cf. Percy Gardner Parthian coinage p. 57. 58 (qui tamen ipse fatetur etiam per hoc spatium in drachmis vultum regis paullo aliter formatum esse atque in tetradrachmis); ut regnaverit ab anno minimum 148 usque ad a. 190.*

Bellum contra Romanos paravit sub Pio *(sed destitit) vit. Marci 8, 6* (Antoninus Pius Parthorum regem ab Armeniorum expugnatione solis litteris reppulit *vit. Pii 9, 6, ubi nomen eius non ponitur).* Aristides Smyrnaeus in somnio sibi visus est videre Vologaesum cum Antonino seniore imperatore congredi et pacem cum eo ferire *Aristides or. XXIII (ed. Dindorf I p. 545); male ex hoc Aristidis somnio Waddington mémoires de l'académie des inscr. 26, 1, 1867 p. 260 collegit Pium a. 155 cum Vologaeso esse congressum.* Defuncto Pio bellum intulit Romanis *vit. Marci 8, 6, Dio 71, 2, Lucian. quom. hist. conscr. 14.* Romanorum fines invasit *Eusebius chron. ad a. 2179 (vers. Arm., Hieronym., Syncellus p. 664).* Armeniam Cappadociam Syriamque vastavit *Oros. 7, 15, 2,* in Armenia legionem Romanam eum Severiano legato delevit *Dio 71, 2 (cf. supra sub Severiano). Incursionem Vologaesi in provincias Romanas memorat etiam Moses Chorenensis II c. 64, addens eum inde ex hoc tempore appellatum esse Berosum, cum contra Graece appellaretur Vologaesus; quomodo a Persis (Parthis) appelletur (vel appellatus sit) se nescire; eundem tamen ut videtur procedente oratione appellat Valarsem.* Victus ductu L. Veri *Iamblichus Babylonius ap. Photium bibl. cod. 94 p. 75 Bekker, Dio 70, 2. 71, 2, Vict. Caes. 16, 4, Const. Manass. v. 2222 seq.; cf. Galenus XIV p. 647 Kuehn.* Regia eius Ctesiphonte deleta ab Avidio Cassio *Dio 71, 2.* Memoratur *Lucian. quom. hist. conscr. 19. 31.*

Digitized by Google

'Panegyricus Volog(a)esi' *adscriptum in margine codicis Frontonis p. 205 ed. Naber, ipsa verba legi non potuerunt.*

636 Vologaesus (Οὐολόγαισος *Dio Xiph.*, Βολόγαισος *exc.*, Ὀλίγισσος *Syncellus*), Parthorum rex temporibus Septimii Severi *Dio 75, 9, 3. Nummi huius ut videtur, scilicet novam faciem regiam exhibentes, cusi per annos 191 ad 208/209, ap. Percy Gardner Parthian coinage p. 58* (*'Ολαγασ- nomen in tetradrachmo anni 197/8 legit Longpérier chron. des Arsac. p. 153,* ['Ο]λογαι[σ]- *videtur extare in tetradrachmo musei Berolinensis; in drachmis Vologaesi regis nomen legitur scriptura Parthorum patria*).

Pescennio Nigro auxilia promittit vel mittit *Herod. 3, 1, 2 (ubi nomen eius non ponitur), cf. Syncellus p. 670, 7* (*Dio 75, 9, 6 exc. de leg. non ad hunc spectat, cf. supra n. 632*). Severus bellum ei infert *Dio 75, 9, 3.* Frater eius a partibus Severi stabat, Severumque comitabatur hac ipsa expeditione *Dio 75, 9, 3 (frater hic plerumque putatur Tiridates, supra T 179).* Appropinquante Severo recedit *Dio 75, 9, 4,* fugatus a Severo *Syncellus p. 670. 671 (perperam Herodianus 3, 9, 10 Artabanum tunc regem Parthorum fuisse ait).* Defuncto eo, liberi eius *(Artabanus ut videtur et Vologaesus is qui sequitur)* de regno certabant *Dio 77, 12 exc. Val.*

637 Vologaesus (Βολόγαισος *Xiph.; in tetradrachmis quae huius videntur esse, scilicet cusis a. 209/10. 212/3. 217/8,* 'Ολαγάσου *nominis reliquiae lectae sunt, cf. Eckhel 3, 540, Visconti iconogr. gr. 3, 130, Longpérier chronol. des Arsacides p. 155 tab. XVIII*), rex Parthorum temporibus Caracallae *Dio 77, 19 cf. c. 21.* Defuncto patre Vologaeso *(eo qui praecedit)* cum fratre de regno certat *Dio 77, 12 (ubi sane neque ipsius neque fratris nomen ponitur, sed videntur intellegi hic et Artabanus).* Caracallae Tiridatem et Antiochum quondam *(A n. 582)*, qui ad eum transfugerant, expostulanti *(a. 216)* satisfacere noluit *Dio 77, 19,* sed cum Caracalla bellum ei inferret, perterritus tradidit eos *ib. c. 21. Paullo post videtur maiore regni parte pulsus esse, nam anno 217 non contra eum, sed contra Artabanum regem Parthorum exercitum duxit Caracalla, item ad Artabanum a. 218 Macrinus misit filium; sed pars regni videtur ei mansisse, testibus nummis, qui extare dicuntur annorum 208/9 ad 221/2, atque unus etiam cusus a. 227/8, ut diutius se tenuerit contra Artaxerxem et Persas, quam Artabanus (Percy Gardner Parthian coinage p. 58. 59).*

638 VOLTEIA CORNIFICIA, uxor L. Matuccii Fuscini legati Numidiae *t. Lambaesitanus VIII 2630.*

639 Volumnius, Romam missus ab Herode una cum Olympo amico Herodis, Caesari litteras Herodis tradit de maleficiis Alexandri et Aristobuli *Ioseph. bell. 1, 27, 1, ant. 16, 10, 7. 9.* Volumnius ὁ στρατοπεδάρχης *bell. l. c. (fortasse praefectus copiarum ipsius Herodis; de*

*praefecto castrorum Romano vix licet cogitare). Diversus omnino ab eo qui sequitur (possis conicere in nomine eius errorem subesse apud Iosephum).*

640 Volumnius, Syriae procurator (ὁ ἐπίτροπος), Saturnino *(C. Sentio Saturnino)* legato (provinciae) *Ioseph. bell. 1, 27, 2 (minus accurate dicitur una cum Saturnino Syriae praefuisse, Ioseph. ant. 16, 9, 1, ipse et Saturninus* οἱ Καίσαρος ἡγεμόνες *ib. l. c.,* οἱ τῆς Συρίας ἡγεμόνες *ib. 16, 10, 8*). Is una cum Saturnino permisit Herodi, ut vim Arabum vi repelleret *Ioseph. ant. 16, 9, 1. 2; 10, 8.* Circa a. 747 in consilio habito de Herodis regis filiis, primus atrocis sententiae auctor *bell. 1, 27, 2. 3, ant. 16, 11, 3.*

641 L. VOLVMNIVS HORATIANVS sodalis Augustalis, praetor urbanus *t. Pyrgensis XI 3711.*

642 Volumnius Quadratus, adulescens, ut videtur, qui scripta quaedam sua Frontonis iudicio commisit: ad eum Frontonis epistulae *ad am. 2, 1. 2. 3 p. 190. 191 Naber. Fortasse filius vel nepos eius qui sequitur.*

643 Volumnius Serenus, Concordiensis; Concordiae primum scriba, deinde decurio; postea relegatus ut videtur *(nescimus quam ob causam)* in quinquennium, quod spatium deinde in triennium vel adeo biennium artatum est *(p. 194. 198)*; cum post exilium rursus locum in curia usurparet, delatus est quasi in curiam irrumperet, senex plus septuaginta annos natus *(p. 197)*: eius causam apud Arrium Antonium (iuridicum regionis Transpadanae) agit Fronto epistula longiore *Fronto ad am. 2, 7 p. 192 – 198 Naber.* Pater et avus equitum Romanorum, avus senatoris *ib. p. 195.*

644 Volumnia Caleda, mater viri alicuius *(nomen periit)*, qui fuit quinquefascalis Raetiae, quindecimvir sacris faciundis; neptem eius matrimonio sibi iunxerat M. Roscius Lupus Murena septemvir epulonum, quaestor provinciae Cretae et Cyrenarum *tituli Gortynii Graece scripti, Museo italiano di antichità class. 3 p. 702. 704.*

645 VOLVMNIA MODES[TA], uxor ut videtur M. Aurelii alicuius clarissimi viri *(A 1194) t. Cirtensis VIII 7033.*

646 L. VOLVSEIVS PROCVLVS, *(sic fasti Antiates;* [L. V]olunseius *fasti fr. Arv.)*, consul suff. a. p. Chr. 17 cum C. Vibio Marso *fasti fratr. Arv. (CIL. I ed. 2 p. 70) et Antiates (ib. p. 72).*

— C. IVLIVS VOLVSENNA ROGATIANVS.

647 L. VOLVSENVS CATVLVS *(sic tituli,* Volusenus Catulus *Quint.)*, inter quinque curatores locorum publicorum iudicandorum, quorum primus fuit L. Nonius Asprenas *(consul a. p. Chr. 6)*, quartus *cippi urbani VI 1267a. 1267b. 31573 (= Bull. comunale 1885 p. 97 n. 1010)* vel tertius *cippus VI 31574 (= Bull. comunale 1886 p. 277 n. 1273).* In

nescio qua causa defensus a Domitio Afro, Passieno Crispo, D. Laelio (Balbo) *Quint. 1, 10, 24. Videtur esse idem qui sequitur.*

648 L. VOLVSENVS CATVLVS filius (f. *in titulo ad nomen adiectum, ut distingueretur a patre eiusdem nominis; sed vix filius eius qui praecedit, immo potius idem*), curator riparum et alvei Tiberis, secundus in collegio, in quo primus fuit L. Caninius Gallus *(consul ut videtur a. 752) VI 31543 (= Bullett. comunale 1889 p. 165).*

649 L. Volusenus Clemens, L. f., tribu Clu.; tribunus militum, praefectus equitum, praefectus tironum Galliae Narbonensis; nescio quid *(in t. nonnulla non perscripta, spatio vacuo relicto)* accepit missus a divo Augusto; a Ti. Caesare missus in Aegyptum ad iurisdictionem, antequam eo perveniret *(id videtur significari)* decessit *(in)* provincia Aquitania *t. Sestinas XI 6011 (= Dessau inscr. sel. 2691).* Una cum fratribus C. Voluseno Curione et T. Voluseno Macedone aquam Sestinum adducendum curavit *XI 6016.*

650 C. Volusenus Curio, frater eius qui praecedit *t. Sestinas XI 6016. Cf. sub eo qui praecedit.*

651 T. Volusenus Macedo, frater eorum qui praecedunt *XI 6016.* Uxor: Anteia Procula *XI 6019.*

— Sex. Caecilius Crescens Volusianus.

— T. PETRONIVS TAVRVS VOLVSIANVS.

— L. PVBLIVS PETRONIVS VOLVSIANVS.

— RVFIVS VOLVSIANVS.

— IMP. CAES. C. VIBIVS AFINIVS GALLVS *cet.* VOLVSIANVS AVG.

652 C. Volusius, miles legionis tertiae (Gallicae), a. 69 pugna Cremonensi primus castra Vitellianorum irrupit *Tac. h. 3, 29.*

653 [V]olussius Aemilian[us], [pr]oc. Aug. *Bullett. comunale 1890 p. 106 (glans plumbea rep. in Tiberi).*

654 Volusius Bithynicus (Bythin- *pro* Bithyn- *cod. Pithoean.*; Bolusus *scholia*), amicus ut videtur Iuvenalis, ad quem dedit satiram *Iuv. 15, 1 seq. Nomen indicare videtur hominem nobilem (Bithynici nomine utitur Martialis 2, 26. 6, 50, 5. 9, 9. 12, 78).*

655 Q. VOLVSIVS FLACCVS CORNELIANVS, consul ord. a. 174 cum L. Aurelio Gallo *fasti* (Q. Volusius Flaccus *t. Foroclodiensis Notizie degli scavi 1889 p. 8,* Flaccus Cornelianus *t. Puteolanus CIG. 5853,* Cornelianus *amphora montis Testacei XV 4362, fortasse etiam XV 4363; praeterea* Flaccus).

656 Volusius Iulianus, amicus Dasumii, qui eius meminit in testamento scripto a. 108 *VI 10229 v. 16.*

657 L. Volusius Maecianus *(tria nomina vit. Marci 3, 6, XIV 250,* Volusius Maecianus *Dig. 14, 2, 9. 37, 14, 17, vit. Pii 12, 1, praeterea* Maecianus), auctor iuris: eius libri de fideicommissis, scripti imperante Pio *Dig. 40, 5, 42,* item libri de iudiciis publicis adhibiti in Digestis Iustiniani



Digitized by Google

*Dig. ind. Flor. et alibi (locos composuit Lenel palinq. iur. civ. I 575 seq.).* Item scripsit, imperante Pio ut videtur, de lege Rhodia *Dig. 14, 2, 9;* et extat paene integer libellus eius de distributione (assis) ad Caesarem *(M. Aurelium Caesarem), ap. Mommsen Abh. der sächs. Gesellsch. d. Wiss. III (cl. phil. hist. II) 1857 p. 281 seq.* Amicus vel discipulus Salvii Iuliani ('Iulianus noster') *Dig. 35, 1, 86;* amicus Vindii (Veri) *Dig. 35, 2, 32.* Eum audiit Marcus Caesar cum iuri studeret *vit. Marci 3, 6; cf. Maecian. distr. init.; Fronto ad M. Caes. 4, 2 p. 61 Naber (ubi Marcus festinationem epistulae excusat,* 'quia Maecianus urgebat'); *Marc. Antonin.* εἰς ἑαυτόν *1, 6 (ubi* Μαρκιαν- *traditur).* Eo iuris perito usi sunt et Antoninus Pius *vit. Pii 12, 1,* et fratres imperatores *Dig. 34, 14, 17.* 'Amicus noster' appellatus a fratribus imperatoribus *ib.* — Anno 152 inter patronos lenunculariorum Ostiensium, post senatores primus *XIV 250.* — *Fortasse hic* [Vo-l]usius Maecianus praefectus Aegypti *papyrus nunc Berol., Aeg. Urk. n. 613 v. 9 (praefectum fuisse circa a. 150 putat A. Stein arch. ep. Mitth. aus Oestr. 19, 1896 p. 153 not. 19, Herm. 32 p. 664; cf. Mitteis Herm. l. c. p. 651). Minus certum an hic (quod voluerunt multi, iure dubitat Stein l. c.)* Maecianus, cui ab Avidio Cassio, rebellione a. 175, Alexandria commissa erat, et qui interfecto Cassio ab exercitu occisus est *vit. Marci 25, 4, vit. Avid. Cass. 7, 4* (filius Cassii *vit. Marc. l. c., errore ut videtur).*

658 Volusius Proculus, nauarchus classis Misenensis, a. 59 inter ministros caedis Agrippinae, a. 65 coniurationem Pisonianam, de qua ex Epichari audiverat, prodidit Neroni *Tac. a. 15, 51. 57.*

659 VOLVSIVS SATVRNINVS: *eius nomen in fistula aquaria urbana (ad montem Testaceum rep.), ap. Lancianium syll. aq. n. 185, item in alia fistula urbana vel suburbana, ib. n. 432 (hanc vidit solus Bianchinius; una repertae sunt fistulae vel fistulae unius partes Appii Annii Marsi, cf. supra A 511, nomine inscriptae, unde non recte a quibusdam Volusii Saturnini et Annii Marsi nomina coniuncta sunt). Fortasse unus eorum qui sequuntur, certe ex eadem domo.*

660 L. VOLVSIVS SATVRNINVS consul a. 742. *Ipse ponendum curavit Cinguli in Piceno titulum mutilum IX 5680 (1); praeterea ad eum videtur referendus t. Thracicus, sed fortasse ex Asia oriundus, III 727 (2). Nummi oppidorum Africanorum, Achullae, ap. Müller numism. de l'Afrique II p. 44 n. 9. 10 cf. III p. 193. IV p. 41, Hadrumeti ib. II p. 52 n. 27. 28, Gergis ib. II p. 35. Nummus Antiochenus, ap. Mionnet V 156, 77 (item in mus. Berol.).*

L. V[ol]us[i]us Sa[t]urninus *t. 2,* L. Volusius Satur ... *t. 1,* L. Volusius Satur. *nummi Achullitani, item sic vel* Saturn. *Hadrumetani,* Σατορνῖνος Ὀόλο. *nummus Antiochenus,* L. Volusius *nummi Gergitani, item Tac. a. 3, 30. In consulatu* L. Volusius Sa..... *fasti Cuprenses,* Saturninus *fasti Hydat.*

Familia vetere neque tamen praeturam egressa *Tac. a. 3, 30.* Q. f. *t. 1. Filius putatur (Borghesi opp. 3, 314) Q. Volusii eius quem a. 704 Cicero proconsul Ciliciae misit in Cyprum ad ius dicendum (Cic. ad Att. 5, 21, 6; idem fortasse Cn. Volusius, ib. 5, 11, 4, praenomine scilicet corrupto) et qui videtur memorari etiam ad fam. 5, 10, 2 (incertum an idem Volusius Cic. ad fam. 5, 20, 3) quique gener fuit Tiberii alicuius (ad Att. 5, 21, 6). Natus vix post annum 696, cum filium sustulerit anno 716 (cf. infra).* Consul *t. 2, Tac.,* suff. a. 742 ex k. Aug. *fasti Cuprenses (consulatus hic suffectus memoratur etiam in fastis Hydatianis), cf. CIL. I ed. 2 p. 39.* [Septemvir epu]lon(um) *t. 2.* Censoria potestate legendis equitum decuriis functus *Tac. (inde ut videtur* L. Volusius Urbanus, *libertus sine dubio eius, dictus* nomenclator censorius *VI 1968 = Dessau inscr. sel. 1953), alius libertus eius* [L.] Volusius El[ainus], *dicitur apparuisse — id vocabulum videtur supplendum —* censori *VI 1967 = 7366 = Dessau inscr. sel. 1954, denique alius fuit* sacerdos Geni L. n. cens[oris?] *VI 1833 a, ubi sane censoris vocabulum minus accurate adhibitum).* — Proconsul Africae *nummi (fortasse a. 748/9, cum P. Quinctilius Varus consul a. 741 proconsul Africae fuerit anno 747/8).* A. ut videtur 750/1 (vel certe inter a. 750 et 760) statuam vel donarium aliquod ponendum curavit Cinguli in Piceno *t. 1.* Legatus Syriae a. 35 aerae nempe Actiacae, i. e. a. 757/8 (p. Chr. 4/5) *nummus Antiochenus.* Decessit a. p. Chr. 20 *Tac. a. 3, 30.* 'Opum, quis domus illa in inmensum viguit, primus adcumulator' *Tac. a. 3, 30.* Pater L. Volusii Saturnini *(eius qui sequitur),* nati a. 716 *(cf. sub eo qui sequitur), fortasse ex Nonia Polla (cf. ib.),* item ut videtur filiae, ex qua nata Lollia Paullina *Tac. a. 12, 22 (nisi haec mater Lolliae fuit privigna eius).* Pater *ad eius nomen adiectum in t. 1, scilicet ut a filio cognomine distingueretur. Item hic ut videtur* L. pater *vel* L. Volusius Saturninus p(ater) *dictus in titulis servorum et libertorum VI 7374. 9653 (plerique L. Volusii Saturnini servi non huius videntur fuisse, sed recentioris alicuius, scilicet filii eius, cf. sub filio).*

661 L. VOLVSIVS SATVRNINVS consul a. p. Chr. 3. *Tituli Dalmatici III 2975 (1); 2974 Venetiis extans sed oriundus ut videtur ex Dalmatia (2); denique ad hunc videtur referendus t. acephalus III 2976 (3). Memoratur in t. Dalmatico III S. 9972 (4) et in terminis Dalmaticis III 2882 (5). III S. 8472 (6). 9832 (7). 9833 (8). 12794 (9). Praeterea idem nisi fallor memoratur in t. matris Pergameno ap. Fränkel Inschr. von Pergamon n. 427 (10), in t. ancillae uxoris VI 7387 (11), in tubo plumbeo spectante ad uxorem Bull. comunale 1887 p. 182 (12).*

L. Volusius Saturninus *Plin. h. n. 7, 62. 156, item plene vel paene plene t. 1. 4. 5. 6* ([L. V]olusius Satur[ni]nus *t. 7,* [L.] Volus[ius Satu]rninus *t. 8,* Λ[εύκ. Οὐολού]σιος Σατορνῖν[ος] *t. 10*), Volusius Saturninus *t. 12; Plin. h. n. 11, 223,* L. Volusius ..... *t. 2,* L. Volus...

*t. 9,* L. Volusius *Columella 1, 7, Tac. a. 12, 22. 13, 30,* L. [Volu]sius *t. 11,* Volusius *Tac. a. 14, 56. In consulatu* L. Volusius Saturnin. *XV 4571,* L. Volusius Saturn. *X 824,* L. Volusius [Saturni]n. *fasti Cap.,* L. Volusius *fasti fratr. Arv.,* L. Volu[sius] *fasti Gabini.*

L. f., Q. [n.] *fasti Cap. Filius sine dubio eius qui praecedit* (ex Nonia Polla *t. 10*). Natus a. u. c. 716, scilicet defunctus a. 809 = p. Chr. 56 post 'tres et nonaginta annos spatium vivendi' *Tac. a. 13, 30* ('nonagesimum excessit annum' *etiam Plinius h. n. 11, 223*). Consul *t. 1. 2, Plin. h. n. 7, 156,* suff. a. 756 = p. Chr. 3 ex kal. Iul. cum P. Silio *fasti Cap., fasti Gabini, fasti fratr. Arv. cf. X 824. XV 4571* (vetus consularis *Columell. 1, 7, 3*). Augur *t. 1. 2.* Sodalis Augustalis *t. 1 cf. t. 2.* Sodalis Titius *t. 1. 2.* Proconsul Asiae *t. 10 (hic puto, quamquam ex gentilicio nomine solae -σιος litterae extant; litterae ρθ post multum spatium vacuum in eodem lapide incisae vix annum centesimum nonum aerae qualiscumque significant).* Legatus divi Augusti *(nescio ubi) t. 1.* Legatus pro pr. Dalmatiae *t. 9,* imperantibus Tiberio *t. 1. 2. 4,* et Gaio *t. 5. 6. 7. 8 cf. t. 3,* revocatus a Gaio *(scilicet ex III S. 9864ª apparet iam vivo Gaio Dalmatiae praepositum esse L. Arruntium Camillum Scribonianum).* Praefectus urbi *Plin. h. n. 7, 62. 11, 223; t. 3 (successisse videtur Q. Sanquinio Maximo, quem anno 39 praefectum urbis, postea legatum Germaniae inferioris fuisse scimus; Sanquinium a. 42 missum esse in Germaniam eoque ipso anno ei in praefectura successisse Volusium Borghesius opp. 3, 326 non satis certis ex causis effecit).* Mansit praefectus usque ad finem vitae suae *Plin. h. n. 7, 62.* Superstes omnium quos in consulatu sententiam rogaverat *Plin. h. n. 7, 156.* 'Inoffensa ei tot imperatorum amicitia (malitia *traditur*) fuit' *Tac. a. 13, 30.* Decessit a. 56 *Tac. a. 13, 30.* Mores eius laudantur *ib.* Divitiae eius bonis artibus quaesitae *Tac. a. 13, 30. 14, 56; Columella 1, 7, 3.*

Uxor *(sed vix prima)* Cornelia Scipionum gentis *Plin. h. n. 7, 62,* ex qua genuit post LXII annum *(i. e. a. p. Chr. 25)* Volusium Saturninum consulem *(Q. Volusium consulem a. 56 infra n. 664) Plin. l. c. Alius filius, hoc maior, videtur* L. Volusius Saturninus, L. f., pontifex *(is qui sequitur) VI 7393; filia fortasse* Volusia Cornelia *(infra n. 667). Huius ut videtur Cornelia uxor* Cornelia L. [Volu]si *VI 7387 in t. ancillae;* Cornelia L. f., Volusi Saturnini p. *(i. e. puto* patris, *idque adiectum ut distingueretur a L. Volusio Saturnino filio; vel fortasse* praefecti, *ut putat Dressel, qui nihil deesse post* p. *litteram adfirmat) t. 12 (fistula plumbea). Diversa igitur ut videtur* Licinia Cornelia M. f. Volusia Torquata, L. Volusi cos., auguris *t. sepulcralis VI 31726 = Bull. inst. arch. 1885 p. 25 (alterius igitur L. Volusii consulis, auguris, haec uxor, cf. infra n. 666; nisi eo confugimus, ut statuamus, in t. sepulcrali Corneliam omnibus nominibus appellatam Marci filiam dici, scilicet adoptivam, adoptatam, ut putat Stevenson bull. l. c. p. 27,*

Digitized by Google

*a M. Licinio Crasso, in fistula plumbea solo primario nomine appellari et Luci filiam, genitam a L. Cornelio aliquo Scipione).* — Sorore eius genita Lollia Paullina *Tac. a. 12, 22.*

L. Volusii Saturnini servi *VI 7290. 7294. 7300. 7305. 7307. 7364. 7386. 9325. 22811 cf. 29519, Bull. comunale 1891 p. 142,* L. Volusi (Voluss- *7288*) servi *VI 7286. 7287. 7288. 7298 (paene omnes sepulti ad viam Appiam in monumento familiae Volusiorum), plerique sine dubio huius servi, non patris. Item hic* Lucius noster (Lucius n. *7389, plerumque* L. n.) *VI 7368. 7370. 7380. 7389. 7394 (tituli reperti in eodem monumento Volusiorum); item hic ut videtur a quo nomen traxerunt non omnes sed tamen plerique L. Volusii libertini in eodem monumento sepulti, VI 7292. 7309. 7318 cet. — Fortasse huius* L. Volusi Saturnini *nomen pictum in amphora in urbe ad Castra praetoria rep. XV 4646* (L. Saturnini *in amphora eodem loco rep. XV 4559,* L. Volusi Saturni. *ib. 4784). Vix hunc significat t. pictus Pompeianus Notizie degli scavi 1887, 454. — Non huc pertinent L. Volusii vel Volussii Saturnini Africani VI 29539. VIII 4575. VIII S. 11778 (= 617).*

662 L. VOLVSIVS SATVRNINVS L. f., pontifex *VI 7393* (nutrix eius Volusia Stratonice, mater L. Volusii Zosimi; *hic Volusius Zosimus dictus* collactius L. Volusii patrui [patryi *scriptum*] *ib.*). *Iudice Borghesio opp. 8 p. 230 filius L. Volusii Saturnini consulis a. 756 praeterea ignotus, maior Q. Volusio Saturnino, natus ante a. 26 p. Chr., neque ex Cornelia ut puto sed ex priore uxore. Hic ut videtur* L. filius *dictus in titulo servi L. Volusii (scilicet patris) VI 7288; ipsius autem servus in eodem t. cum dicatur* qui fuit L. fili, *videtur obiisse ante patrem nonagenarium (idem* L. Volusius patruus *dictus in titulo collactanei VI 7393, cf. supra, scilicet post mortem tam ipsius quam fratris, cum domus et familia Volusiorum pervenisset ad fratris filium L. Volusium Saturninum consulem a. 87).*

663 L. VOLVSIVS SATVRNINVS consul ord. a. 87 cum Domitiano XIII *fasti,* deinde cum C. Calpurnio *act. Arv. (tria nomina in act. Arv.). Filium fuisse coniecit Borghesius opp. 8 p. 229 Q. Volusii Saturnini consulis a. 56, fratrem maiorem Q. Volusii Saturnini consulis a. 92, patrem Volusii Torquati L. f. (eum et fratrem intellegi in clausula tituli VI 7375* permis[su] L. et Q. nostri, *quod Mommsenus pertinere putat ad L. Volusium consulem a. 3 et Q. Volusium consulem a. 56).*

664 Q. VOLVSIVS SATVRNINVS cos. a. 56. *Tria nomina in actis Arvalium et saepius in consulatu (X 1574; tab. cerat. Pompeian.; t. Moguntiacensis ap. Dessau inscr. sel. 2491; Phlegon mir. fr. 57 ap. Müller fr. hist. Gr. III p. 623),* Volusius Saturninus *Plin. h. n. 7, 62,* Q. Volusius *Tac. a. 14, 46 et in consulatu ib. 13, 25, item X 1401* (Saturninus *aliae mentiones consulatus).*

Filius L. Volusii Saturnini praefecti urbis *(n. 661)* et Corneliae, genitus post LXII patris annum *(i. e. a. p. Chr. 25) Tac. h. n. 7, 62. Hic et*

*pater, iudice Mommseno ad Borghesii opp. 3, 333, CIL. VI p. 1043, 4,* L. et Quintus noster *(sic perscriptum)*, quorum permissu Volusii alicuius libertini filio sepulcrum factum *VI 7375, scilicet ut filius emancipatus factus sit patri consors in re familiari, atque eius loco rem familiarem administraverit, nam aliter explicari non posse quod Quintus solus* noster *appellatus sit a liberto (Borghesius opp. 8, 229 cogitaverat de L. et Q. Volusiis Saturninis consulibus a. 87 et 92, fratribus ut voluit). Tribu Velina eum fuisse, inde quod liberti eius ut videtur nepos ea tribu fuit, VI 7376. 7377, num colligi possit, non definio.*

Consul *Plin. l. c.*, ord. a. 56 cum P. Cornelio Scipione *fasti.* A. 61 censum per Gallias egit una cum Sextio Africano et Trebellio Maximo *Tac. a. 14, 46.* Frater Arvalis, adfuit in collegio a. 63 *(non memoratur in actis annorum 57–60) act. Arv. Huius ut videtur* Q. Volusii (uxor) Torquata *VI 7297 (ancillae eius contubernalis Spendo, ib.; idem* Spendo Torquatianus *in t., quem posuit anno 58, VI 7303; cf. praeterea supra sub Torquata). Pater sine dubio eius qui sequitur, fortasse etiam ut coniecit Borghesius, pater L. Volusii Saturnini consulis a. 87, avus Volusii Torquati.*

*Huius ut videtur* Q. Volusii Saturnini servus *VI 7289. Item hic* Q. n. (= Quintus noster) *VI 7299. 7367. 7369. 7372 (tituli servorum reperti in monumento familae Volusiorum ad viam Appiam)*, Q. n., a quo locus datus in monumento familiae Volusiorum *VI 7376*, Q. n., cuius permissu sepulcrum factum L. Volusii Saturnini *(patris eius)* ancillae *VI 22811. Ab hoc ut videtur nomen traxerunt* Q. Volusius Alcimus *VI 7304, aliique Q. Volusii in eodem monumento sepulti, VI 7316 cet. cf. VI p. 1043, 4 (potius filius eius* Q. n., cuius servus, maritus Volusiae alicuius *VI 9326; incertum uter* Q. n., cuius servi, mariti Volusiarum *VI 9423. 9424; incertum quis* Q. Volusius, cuius servus *VI 9621). Nescio an ab hoc Volusio consule factum* senatus consultum Volusianum, ut lege Iulia de vi privata tenerentur qui inprobe coiissent in alienam litem *Modestinus libro octavo regularum (Dig. 48, 7, 6).*

665 Q. VOLVSIVS SATVRNINVS consul a. 92 ord. cum Domitiano XVI *fasti*, ex id. Ianuariis cum L. Venuleio Aproniano *fasti Ostienses (XIV 245), act. Arv. (tria nomina act. Arv.; VI 525. 1984). Filius sine dubio eius qui praecedit (fortasse, ut coniecit Borghesius, frater minor L. Volusii consulis anno 87). Fortasse hic* Volusius Saturninus frater Arvalis a. 119 *act. Arv. Minus probabiliter Borghesius opp. 8, 230, Volusii Saturnini nomina coniunxit cum eis quae praecedunt Valerii Iuniani, putavitque unum fratrem Arvalem significari appellatum M. Valerium Iunianum Volusium Saturninum. — Huius ut videtur* Quinti dispensator, qui coniugem Volusiam Primam sepulcro intulit a. 89 *VI 9326. — Incertum quis ex Volusiis Saturninis consulibus* [Vol]usius Saturninus consularis, ex cuius domo [L. V]olusius L. f. Celer [qui] et Ancharius *XIV 178.*

Digitized by Google

— Q. OCTAVIVS VOLVSIVS THVSCEN[IVS] .....

666 (L.) VOLVSIVS TORQVATVS *(de praenomine cf. infra)*, Luci f. (eius quondam dispensator M. Licinius Eutychus, maritus Volusiae Olympiadis) *VI 9327. Videtur fuisse, ut putant Borghesius opp. 8 p. 22 et Mommsen CIL. VI p. 1043, ex posteris Q. Volusii Saturnini consulis a. 56 et Torquatae, fortasse (cum non Quinti filius fuerit, sed Lucii) nepos eius, filius L. Volusii Saturnini consulis a. 87. Nomen quo dispensator eius post manumissionem appellatus est (cf. supra), indicat eum parentela coniunctum fuisse cum Marcis Liciniis; fortasse igitur huius Volusii uxor* Licinia Cornelia M. f. Volusia Torquata, L. Volusi cos., auguris *VI 31726 = Bull. inst. arch. 1885 p. 25, ut ipse fuerit* L. *praenomine*, consul (suff. a. inc. temporibus Traiani), augur *ib. Uxor potest fuisse consobrina eius, cf. stemma infra propositum. (Stevensonius tamen coniecit Bull. l. c. p. 26 Liciniam Corneliam esse Corneliam L. Volusii consulis a. 756, auguris, et horum filium fuisse Volusium Torquatum). Sane fatendum, titulum Liciniae Corneliae, qui sic ad tempora Traiani detruditur, aliquanto antiquiorem videri quod maritus duobus tantum nominibus appellatur.*

*Stemma potest excogitari hoc:*

Q. Volusius

L. Volusius Saturninus ⌣ Nouia Polla
cos. a. 742 (*n. 660*)

x ⌣ L. Volusius Saturninus ⌣ Cornelia L. f.
cos. a. 756 = p. Chr. 3, natus a. 717, mortuus a. p. Chr. 56 (*n. 661*)

(Volusia?) ⌣ M. Lollius
Lollia Paullina

L Volusius Saturninus pontifex (*n. 662*) — Volusia Cornelia (*n. 667*) — Q. Volusius Saturninus cos. a. 56 (*n. 664*) ⌣ Torquata

L. Volusius Saturninus cos. a. 87 (*n. 663*) — Q. Volusius Saturninus cos. a. 92 (*n. 665*) — Volusia Torquata (*n. 668*) ⌣ (M. Licinius)

(L.) Volusius Torquatus cos. a. inc. (*n. 666*) ⌣ Licinia Cornelia Volusia Torquata

Licinia Cornelia M. f. Volusia Torquata.

— M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO.

667 VOLVSIA CORNELIA *vel* CORNELIA VOLVSIA *(sic VI 7296,* Volussia Cornelia *videtur dici 7308): eius ancilla sepulta in monumento familiae Volusiorum, VI 7296; alia ut videtur eiusdem ancilla* (Volussiae Cheone Corneliae, *ubi sane nomen ancillae mire interpositum est inter nomina dominae) VI 7308. Filia videtur fuisse L. Volusi Saturnini consulis a. 756 = 3 et Corneliae, Q. Volusio Saturnino natu maior, nata igitur ante a. 25.*

668 VOLVSIA TORQVATA: eius servus *VI 17442 (1). Eadem ut videtur* Torquata, cuius nutrix Volussia Felicla *VI 29950. Eandem esse*

*Liciniam Corneliam M. f. Volusiam Torquatam L. Volusii consulis, auguris, uxorem vix recte coniecit Stevenson Bull. dell' Inst. 1885 p. 28; potius fuit ut coniecit Mommsen CIL. VI p. 1043, ex posteris Q. Volusii Saturnini consulis a. 56 et uxoris eius Torquatae, fortasse filia eius; ipsius filia potest fuisse Licinia Cornelia Volusia Torquata, cf. stemma adiectum ad n. 666.*

— LICINIA CORNELIA VOLVSIA TORQVATA.

— VOLVSVS VALERIVS MESSALLA = L. VALERIVS MESSALLA VOLESVS.

669 L. Vomanius Victo[r], procurator Aug., praeses Alpium Cottiarum *t. Segusionensis V 7251.*

670 Vonones (Ὀνώνης *est in nummis;* Βονώνης *Strabonis et Iosephi codices*), Phraatis regis Parthorum filius natu maximus *(Tac. a. 2, 2)*, una cum tribus fratribus obses Romanis datus *Strabo 16, 1, 28 p. 748 cf. 6, 4, 2 p. 288; Ioseph. ant. 18, 2, 4; Tac. a. 2, 1,* item ut videtur cum Meherdate filio (certe hic quoque obses apud Romanos fuerat, *Tac. a. 11, 10; et nepotes quoque a Phraate obsides datos esse narrant Augustus mon. Ancyr. 6, 4, Strabo l. c., Iustin. 42, 5, 12) (circa annum 745, cf. Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 141).* A Parthis post mortem Phraatis, Phraatacis, Orodis arcessitus et rex constitutus *Augustus mon. Ancyr. Graec. 17, 14; Ioseph. l. c.; Tac. a. 2, 1. 2. Rex Parthorum factus est inter a. p. Chr. 6, cuius autumno cusus est nummus Orodis ut videtur, certe non huius (cf. sub Orode), et annum p. Chr. 9, cum ipsius nummus extet cusus anno Sel. 320 (p. Chr. 8/9) praeter solitam inscriptionem* βασιλέως βασιλέων Ἀρσάκου εὐεργέτου δικαίου ἐπιφανοῦς φιλέλληνος *habens inscriptum ad caput regis* βασιλεὺς βασιλέων Ὀνώνης *(Percy Gardner p. 46, cf. Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 143).* Cum contra eum Artabanus e Media in regnum acciretur, primum quidem vicit Artabanum *Ioseph. l. c., Tac. a. 2, 3; nummi inscripti* βασιλεὺς Ὀνώνης νεικήσας Ἀρτάβανον, *ap. Percy Gardner Parthian coinage p. 47,* sed paullo post vincitur et regno exturbatur *Ioseph. l. c., Tac. l. c. Factum id esse videtur a. p. Chr. 11, cum nummus eius extet cusus autumno a. 11, atque eo ipso anno incipiant nummi qui videntur esse Artabani (cf. supra sub Artabano; item Mommsen mon. Ancyr. ed. 2 p. 144).* Armeniam vacuam tunc occupat *Ioseph. l. c., Tac. a. 2, 3. 4.* Legatos Romam mittit (ut regnum Armeniae a Romanis sibi confirmaretur), sed Tiberius id ei negavit *Ioseph. l. c.* Cum Artabanus bellum ei minitaretur, tradidit se (Caecilio) Cretico Silano, Syriae legato, a quo custodia circumdatur, 'manente luxu et regio nomine' *Ioseph. l. c., Tac. a. 2, 4.* 'Pulsus a suis quasi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam se recepit' *Suet. Tib. 49.* Pisoni, successori Silani, gratissimus 'ob plurima officia et dona quibus Plancinam devinxerat' *Tac. a. 2, 58.* Proceres Parthorum Armeniorumve nuntiis ad res novas instigat *ib.* A. 18 rogatu Artabani Pompeiopolim Ciliciae remotus *ib.*

Digitized by Google

A. 19 cum effugere ad Armenios temptavisset, in ripa Pyrami amnis adprehensus et a Remmio evocato occisus est *Tac. a. 2, 68; cf. Suet. Tib. 49.* Gazam ab eo in Syria Ciliciaque relictam Artabanus a. 35 reposcit *Tac. a. 6, 31.* — Filius eius Meherdates *Tac. a. 12, 10 cf. 11, 10.*

671 Vonones (Arscacida), Medorum rex; mortuo Gotarze *(anno ut videtur 51 mense Iun.)* a Parthis rex constitutus (Medorum regnum traditum Pacoro *Tac. a. 15, 2*); post breve et inglorium imperium defunctus *Tac. a. 12, 14. Videtur per paucos tantum menses regnum tenuisse, cum ipso anno 51 mense Aug. incipiant nummi qui Vologaesis esse videntur (cf. supra sub Vologaese), quos tamen v. Gutschmid Gesch. Irans p. 128 huic ipsi Vononi tribuit, propterea puto quod nummi certi Vologaesis, cusi per annos 60 ad 68, alium vultum regium exhibent, cf. supra sub Vologaese; ut Vonones regnaverit ab anno 51 ad a. 54.* Pater Vologaesis *Tac. a. 12, 14 (item Pacori et Tiridatis, v. supra sub Vologaese).*

672 VOPISCVS consul (suff.) cum Paterculo *(L. Velleio Paterculo, supra n. 239)* a. p. Chr. 60 *(scilicet cum cometes appareret, quem anno 60 apparuisse tradit Tac. a. 14, 22),* exeunte ut videtur anno *(cum mense Iul. et kal. Aug. Paterculi collega fuerit Cn. Pedanius Salinator) Seneca nat. quaest. 7, 28, 2. Pompeium Vopiscum appellatum esse statuit Borghesius opp. 4, 394. 537; de Manilio aliquo Vopisco, quem avum volunt fuisse P. Manilii Vopisci consulis anni 114 cogitaverunt alii (Friedländer Sitteng. 3*[5] *p. 457).*

— P. Manilius Vopiscus.

— P. MANILIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS *cet.*

— A. POMPEIVS VOPISCVS.

— L. POMPEIVS VOPISCVS.

— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CATELLIVS CELER.

— Septimius Vorodes.

673 Votienus, Narbonensis, vir 'doctus' (orator puto vel poeta), quem cum honore nominat *Martial. 8, 72, 5. Oriundus sine dubio ab eo qui sequitur (nisi forte hunc ipsum significat Martialis).*

674 Votienus Montanus, Narbonensis *Hieronymus*, orator *id.*, celebris ingenii vir *Tac. a. 4, 42,* 'homo rarissimi etiamsi non emendatissimi ingenii' *Seneca contr. 9, 5, 15.* Tirocinium posuit pro Numisia Galla apud centumviros *Seneca l. c.* A Scauro Ovidius inter oratores appellatus *ib. 9, 5, 17.* Amicus Marcii Marcelli *ib. 9, 6, 18 cf. 9, 5, 14.* Saepius eum memorat Seneca *contr. 9 pr. 1, 9, 1, 3 cet.* Eum accusavit apud Caesarem Vinicius, a colonia Narbonensi *(ab ipsius patria)* rogatus *Seneca contr. 7, 5, 12.* 'Adeo toto animo scholasticus erat', ut Vinicii actione se delectatum esse fateretur *ib. (apparet non hanc esse accusationem ex quo maiestatis poenis adfectus est, quae non apud Caesarem sed coram senatu peracta est).* A. 24 accusatus 'ob con-

Digitized by Google

tumelias in Caesarem dictas', coram senatu convictus, 'maiestatis poenis adfectus est' *Tac. a. 4, 42,* relegatus in Baleares insulas, ubi non multo post moritur *Hieronymus chron. ad a. Abr. 2043 (p. Chr. 27).*
— Urania regina *v.* Thermusa.
675 VRANIVS, tyrannus sub Elagabalo *Polem. Silv.*, sub Alexandro *Zosim. 1, 12; Syncellus p. 674. 675. Cf. supra sub L. Iulio Aurelio Sulpicio Uranio Antonino (I 125).*
— LVCIA LICINIA VRBANA.
676 VRBANVS consul ord. a. 234 cum (M. Clodio Pupienio?) Maximo II *fasti* (Οὐβανός *fasti Theonis*, Οὐρβιανός *Heracliani). Cf. supra sub Agricola Urbano.*
677 Urbanus, sub Aureliano novarum rerum suspectus et continuo oppressus *Zosim. 1, 49.*
— AGRICOLA (?) VRBANVS.
— [An]tonius Urbanus.
— C. Sempronius Urbanus.
— MAGNIA VRBICA AVGVSTA.
— Valeria Urbica.
678 Urbicus, histrio *Iuvenal. 6, 71.*
679 Urbicus, ad eum datum *Martial. 7, 51, (idem nomen ib. 11, 55;* Cosconia uxor *11, 55, 5).*
680 Urbicus, infans, Bassi cuiusdam deliciae (potius quam filius), defunctus anno aetatis tertio, in cuius sepulcrum Martialis versus scripsit *Martial. 7, 96.*
681 Urbicus, fortasse magistratus, memoratur *Dosith. divi Hadriani sent. et epist. 10.*
— Q. Axilius Urbicus.
— Lollius Urbicus.
— M. LOLLIVS VRBICVS.
— Petronius Urbicus.
— Pompeius Urbicus.
682 Urbinia *(sic traditur Quint. 7, 2, 5, sicque etiam Quint. 4, 1, 11 cod. Bern.,* Urbina *ib. cod. Ambros., et ita traditur Quint. 7, 2, 4, item ita vel* Urvia *vel* Uriva *Tac. dial. codices,* Urbiniana *traditur Quint. 7, 2, 26),* Clusinii alicuius ut videtur, ex Marrucinis *(Quint. 7, 2, 26)* uxor: eius hereditatem cum mediis divi Augusti temporibus *(Tac. dial.)* peteret aliquis, qui se Clusinium Figulum filium eius esse dicebat, heredes defendit apud centumviros *(Tac.)* Asinius Pollio compluribus orationibus, quas citant *Quint. 4, 1, 11. 7, 2, 4. 5. 26, Tac. dial. 38,* partes adversarii gerente Labieno *Quint. 4, 1, 11* (lis Urbiniana *Quint. 7, 2, 26*).
683 Urbius Maximus *(gentilicium fortasse corruptum)*, magistratus ut videtur (fortasse praetor): epistula divorum fratrum ad eum *Ulpianus libro sexto disputationum (Dig. 40, 1, 4 pr.).*

Digitized by Google

684 VRGVLANIA, P. f. *(praenomen patris apparet ex praenomine liberti ipsius, cf. infra)*, amica Liviae potentissima *Tac. a. 2, 34. 4, 22.* In ius vocata a L. Pisone a. 16, non obtemperavit *Tac. a. 2, 34 cf. 4, 21.* Nepos eius M. Plautius Silvanus praetor a. 24, quem, cum eo ipso anno accusaretur uxorem interfecisse, monuit pugione misso, ut mortem sponte sumeret *Tac. a. 4, 22. Mater fuit aut socrus M. Plautii Silvani consulis a. 752; cf. stemma propositum supra p. 46 (libertus eius ut videtur conditus una cum Plautiis libertinis, VI 29587). Nomen ab ea traxerunt tam A. Plautius Urgulanius filius M. Plautii Silvani consulis a. 752, quam Plautia Urgulanilla, filia eiusdem. Servus eius* Simo Urgulaniae, *libertus* P. Urgulanius Ɔ. l. Helico *VI 29586.*

— PLAVTIA VRGVLANILLA.

— A. PLAVTIVS VRGVLANIVS.

— A. AVILLIVS VRINATIVS QVADRATVS.

— L. RAGONIVS VRINATIVS LARCIVS QVINTIANVS.

— L. RAGONIVS VRINATIVS TVSCENIVS QVINTIANVS.

685 Urseius Ferox *(sic vel* Urseius *plerumque;* Ferox *Dig. 39, 3, 11, 2)*, auctor iuris, ad cuius opus aliquod (Salvius) Iulianus scripsit libros quattuor 'ad Urseium' *Dig. ind. Flor.; Dig. 3, 3, 47 cet. Fragmenta horum librorum composuit Lenel paling. iur. civ. I p. 490 seq., ipsius Ursei librorum mentiones ib. II p. 1201.* Scripsit post (Masurium) Sabinum *collat. 12, 7, 9; Dig. 24, 3, 59,* post Proculum *Dig. 9, 2, 27, 1. 39, 3, 11, 2 (maiorem fuisse Cassio colligi potest ex Dig. 44, 5, 1, 10, sed videtur error in verbis inesse;* 'Cassius apud Urseium' *Dig. 7, 4, 10, 5. Vixisse temporibus Traiani coniecit Ferrinius archivio giuridico 37, 1886 p. 331).*

686 Ursidius, 'moechorum notissimus' *Iuvenal 6, 38. 42.*

687 Ursinianus, dux ex disciplina Probi *Vopiscus vit. Probi 22, 3.*

— L. Statius Ursulus.

688 VRSVS: eo auctore Domitianus Domitiam uxorem non interfecit, sed repudiavit tantum *Dio 67, 3.* Rogatu Iuliae consul factus a Domitiano *ib. 67, 4 (anno 84 consulem fuisse sine causa ut videtur statuitur). Patrem fuisse Flavii Ursi (F 273) coniecit Teuffel Lit. 326, 10.*

— Cornelius Ursus.

— Flavius Ursus.

— L. IVLIVS VRSVS SERVIANVS.

— L. IVLIVS VRSVS VALERIVS FLAC(CVS).

— SALVIVS NEN[IVS] L. (H)AIVS CAMP[ANI]ANVS *cet.* T. (H)OENIVS SEVERVS SERVEIENVS V[RSVS].

689 Usienus *(sic 5166) vel* Usenus *(sic 5162)* Secundus procurator Aug. (Norici) *tituli Celeiates (a beneficiariis eius positi) III 5162. 5166,* a. 158 *5166.*

Digitized by Google

690 Utilius (*fortasse* Tutilius), adulter Faustinae, nihilo minus a Marco honoribus affectus *vit. Marci 29, 1.*
— A. TERENTIVS PVDENS VTTEDIANVS.
691 VTTEDIVS MARCELLVS legatus provinciae Africae proconsule Ser. Cornelio Orfito *(supra C 1184)*, anno 163/4 *(cf. supra l. c.) t. Oeensis Tripolitanus VIII 24 cf. p. 921, VIII S. 10999.*
692 VTTIEDIVS AFER (Uttied- *pro* Uttiedi- *alterum apographi unici exemplum*), L. f., augur, consul designatus; patronus Carthaginiensium *t. agri Tiburtini XIV 3615. De Tedio aliquo, ut traditur, Afro mortuo cum consul designatus esset temporibus Augusti cogitavit Borghesius, cf. supra sub Tedio Afro; sed hic titulus videtur aliquanto recentior fuisse.*
— Vulcac- *v.* Volcac-.

# X

— Ti. Iulius Xanthus.
1 Xenarchus, philosophus peripateticus, Seleucia Ciliciae oriundus, vixit Alexandriae et Athenis et postremum Romae, ubi in Arei et in Caesaris Augusti amicitiam pervenit; Strabo quoque eum audivit *Strabo 14, 5, 4 p. 670.*
2 Xeno, convictor Tiberii, cum Tiberium verbo quodam offendisset, ab eo Cinariam relegatus *Suet. Tib. 56. (Plane incertum num hic* Xenon, *qui Italicon libros scripsisse dicitur, Macrob. sat. 1, 9, 3, cf. Müller fr. hist. Gr. 4, 368).*
3 Xenophon quidam, memoratur *Marc. Antonin.* εἰς ἑαυτόν *10, 31.*
4 Xenophon, familiaris ut videtur Luciani, cum quo solo Lucianus Abonutichos devertit *Lucian. Alex. 56.*
— CL(AVDIVS) XENOPHON.
— T. Cl(audius) Xenophon.
— C. Stertinius Xenophon.
5 Xerxes, Persarum rex, a Severo Alexandro victus *Victor Caes. 24, Eutrop. 8, 23 (inde Hieronymus ad a. Abr. 2239; Oros. 7, 18, 7), Ruf. Festus 22. V.* Artaxerxes *(A 960).*
— AELIVS XIPHIDIVS.

# Z

— Septimius Zabbaeus.
— Septimius Zabdas.
1 Zalaces, Armenius, obses Romanis datus; inde impudicitiam domum reportavit, tribuno cuidam *(fortasse bello Armeniaco temporibus Neronis)* sese indulsisse narrabatur *Iuvenal. 2, 164 seq.*

Digitized by Google

2 Zamaris, Iudaeus, ex Babylone, cum quingentis sagittariis Euphratem transgressus, cum degeret Antiochiae apud (L. Volusium) Saturninum praesidem Syriae, ab Herode sedes accepit in Batanaea, ut eam regionem contra Trachonitarum latrocinia tueretur; posteri quoque eius eodem loco et statu permanserunt *Ioseph. ant. 17, 2, 1 seq.*

3 Zanticus, Iazygum regulus, a M. Aurelio pacem petivit *Dio 71, 16 (exc. de leg.).*

4 Zarmarus *(sic Dio, Ζάμαρχος Xiph.) vel* Zarmanochegas *(sic Strabonis codices plerique; de nomine cf. Lassen indische Alterthumskunde 3, 60; Ζάρμανος Χήγαν cum codice aliquo deteriore Coraïs, ut Χήγαν sit dignitatis vocabulum)*, Indus, a. 734 coram Augusto et Atheniensibus se concremavit *Strabo 15, 1, 73 p. 720, ex Nicolao Damasceno, cf. 15, 1, 4 p. 686; Dio 54, 9.*

5 Zeno, Polemonis, regis Pontici, filius (minor), a. 18 Armeniae rex constitutus et Artaxias appellatus *Tac. a. 2, 56. V. supra* Artaxias.

— [An]tonius Zeno.

— M. ANTONIVS ZENO.

— AVR(ELIVS) ZENO IANVARIVS.

— Ti. Claudius Zeno Ulpianus.

6 Zenobia, Radamisti Hiberi uxor (eademque ut videtur Mithridatis Armeniae regis filia *Tac. a. 12, 46*), a marito, cum regno Armeniae excederet, vulnerata ac pro mortua relicta, deducta ad Tiridatem Armeniae regem et regio cultu habita *Tac. a. 12, 51.*

— SEPTIMIA ZENOBIA.

7 Zenobius, sophista, docuit Romae temporibus Hadriani; inter alia scripsit γενεθλιακόν in Hadrianum; Sallustium Graece vertit *Suidas s. v.* Ζηνόβιος.

8 Zenodorus tetrarcha. *Nummi ap. Eckhel 3, 496, Head hist. num. p. 663, cf. Waddington apud Renan mémoires de l'Académie des inscr. 26, 2 (1870) p. 63.*

Lysaniae (quem Ituraeorum tetrarcham sustulerant Antonius et Cleopatra a. 718 *Dio 49, 32, Ioseph. ant. 15, 4, 1*) successor iure conductionis (ἐμεμίσθωτο τὸν οἶκον τοῦ Λυσανίου *Ioseph. ant.*, ὁ τὸν Λυσανίου μεμισθωμένος οἶκον *bell.*) *Ioseph. ant. 15, 10, 1, bell. 1, 20, 4. Lysaniae filium fuisse Zenodorum coniecit Renan mémoires de l'Académie des inscr. l. c. p. 79, propter titulum fractum Heliopolitanum, ap. Waddington n. 1880, in quo sane extant verba* Ζηνοδώρῳ Λυσ[ανίου τ]ετράρχου καὶ Λυσ[ανίᾳ]; *sed fortasse haec ad recentiorem aliquem Lysaniam (cf. Luc. 3, 1) spectant. Iosephus certe Zenodorum filium Lysaniae fuisse nesciit, nec magis ut videtur compertum habuit Dio (54, 9* Ζηνόδωρός τις); *potest fuisse ex eadem domo.* Tetrarcha item pontifex (τετράρχης καὶ ἀρχιερεύς) *nummi cusi ut putat Waddington annis Seleuc. 280, 282, item a. 287 (sed in his ducenarius numerus deficit), i. e. a. u. c. 721/2. 723/4. 727/8, cum capite Augusti omnes,*

*hi etiam inscripti* νε. Και. (νέος Καῖσαρ?); *ceterum ante pugnam Actiacam Zenodori nummos Augusti capite signatos esse vix credi potest.* E Trachonitide latrones immittebat regioni Damascenae *Strabo 16, 2, 20 p. 756, Ioseph. ant. 15, 10, 1, bell. 1, 20, 4,* quare Trachonitis ei ablata et postea *(sic bell.)* cum Batanaea et Auranitide Herodi attributa *Ioseph. l. c.* Auranitidem, quae pars praefecturae eius (τῆς ἐπαρχίας) fuerat, properat Arabibus vendere quinquaginta talentis, quamvis ea donatione Caesaris contineretur *Ioseph. ant. 15, 10, 2.* Herodem Romae accusat (ante a. 731, quo Agrippa Mytilenen venit), sed frustra *ib.* Cum Augustus in Syriam venisset (a. 734), Gadarenos ut Herodem accusarent incitat *ib. 15, 10, 3.* Paullo post moritur Antiochiae; unde etiam quae eius fuerat regio inter Trachonitidem et Galilaeam Herodi attributa (etiamtum praesente Caesare in Syria) *ant. l. c., bell. l. c.;* tetrarchiam eius Herodi Caesar permisit *Dio 54, 9.* Pars quaedam dicionis eius (μέρη τινὰ τοῦ Ζήνωνος οἴκου τὰ περὶ Ἰάμνιαν *bell.*, μέρος τι οἴκου τοῦ Ζηνοδώρου λεγομένου *ant.*) post mortem Herodis, cum Batanaea et Trachonitide, Philippo filio Herodis cessit *Ioseph. ant. 17, 11, 4, bell. 2, 6, 3.*

9 Zenodorus, statuarius, in civitate Galliae Arvernis simulacrum Mercurii fecit per annos decem, sestertium quadringentis milibus (CCCC *traditur; cf. Hirschfeld Sitzungsber. der Akad. d. Wiss. Berlin, 1897 p. 1112)* manipretii; deinde Romam accitus a Nerone, colossum ibi fecit, post mortem Neronis Soli dicatum *Plin. h. n. 34, 45 seq.*

— ANTISTIVS ZOILLVS.

— Tib. Cl(audius) Zoilus.

10 Zorsines, Siracorum rex, cum per aliquod tempus Mithridatem regno Bosporano pulsum contra Romanos adiuvisset, victus a Romanis obsides dedit, circa a. 49 *Tac. a. 12, 15. 17. 19.*

11 Zosimio, procurator Syriae: epistula Valeriani ad eum *vit. Claud. 14 (fictic.).*

12 Zosimus, a rationibus *sigillum aeneum in museo Kircheriano adservatum (de Ruggiero cat. mus. Kirch. p. 132 n. 482, vidit Dressel).*

— C. Plinius Zosimus.

— Aurelius Zoticus.

13 Zyraxes, Getarum quorundam regulus, quorum oppidum Genucla ad Istrum situm M. Crassus a. 725 cepit *Dio 51, 26.*

Digitized by Google

# INCERTI.

1 .......... *(ex nomine quae supersunt litterae fractae*, sius, oius, otus, stus *legi possunt)*, [cos., XV]vir s. f.; [legatus pro] pr. Augusti Caesaris [in Illyrico] ..... [t]rans flumen Danivium [exercitum duxit *vel* barbaros fugavit], Bastarnas, Cotinos, Anartios [vicit?] *(supersunt haec* .... m et Basternarum extra ...... cavitque, Cotinos ..... s et Anartio[s] ....) *(ad aliud munus, quo iussu Augusti functus est, videtur pertinere* .... August....*) fragmentum in agro Tusculano rep., quod edidit Tomasetti Bull. comunale 1895 p. 159 cf. p. 280. Fortasse hic* Λεύκιος Γάιος *(sic traditur, nomen omnino corruptum)*, qui Rhoemetalcae ut videtur opem ferens Sarmatas ultra Danuvium reppulit, circa a. 738 *Dio 54, 20 (M. Licinius Crassus proconsul fuit, non legatus Augusti, cum in Illyrico res gereret).*

2 ..... ..... viacure *(litterae, fortasse non recte exceptae, possunt fuisse pars nominis, vel etiam superfuisse ex* [IIIIvir] via[r]. cur.), [q, tr. p]l., pr.. leg. [pro pr.? imp. C]aesaris Augusti [i]ter., per commendation(em) Ti. Caesaris Augusti ab senatu cos. dest. *(cf. Mommsen Staatsr. II² p. 923 not. 1)*; patronus (Allifanorum ut videtur) *fragmentum Allifanum IX 2342 = inscr. sel. 944 semel tantum (praeter frustulum quod extat) saec. XVI descriptum.*

3 .......... quaestor, tribunus plebis, legatus Alfidii Sabini proconsulis Siciliae, praetorius, legatus [M.'] Lepidi proconsulis Asiae *(a. 26)*; patronus Rusguniensium in Mauretania *t. Rusguniensis VIII 9247.*

4 .......... Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum, quaestor, tribunus plebis, praetor, legatus Ti. Caesaris Augusti et C. Caesaris Augusti; maritus Crispinae, Caepionis filiae *t. urbanus, ap. Barnabeium Notizie degli scavi 1896 p. 468. Fortasse Q. Septicius appella-*

Digitized by Google

*batur, si quidem is, qui in eodem t. sequitur M. Septicius Q. f. C. n., fuit, ut esse videtur, filius eius.*

5 .......... , [quaestor prov. Cretae et Cyren]arum, trib. pl., [pr., cos., XVvir s]acr. fac., sodalis [Augustalis], ....., leg. Caesarum [provinciae? D]almatiae et exercitus [Illyrici, procos.] provinc. Asiae *t. Epidaurius III S. 7267. De P. Memmio Regulo (supra M 342), quem tribus sacerdotiis ornatum fuisse iam constat ex t. Delphico bull. de corr. hellénique 1896 p. 710, cogitavit Mommsen, quamquam, ut ipse monuit, hunc non Dalmatiae sed Moesiae praefuisse indicat Dio.*

6 .......... (ciu ...... id ... *litterae fortasse supersunt ex nomine*), rex sacrorum, flamen [Dialis *vel* Martialis *vel* Quirinalis], patric(ius) — *vel* [adscitus inter] patric(ios) —, leg. Caesaris pro [pr.] ....., [comes divi] Claudi in Britannia, ad ....., [leg. p]ro pr. in Hiberia ad sel. ..... *(fortasse ad* se[dandas turbas] *similiterve; videtur missus esse a Claudio vel a Nerone in Hiberiam ad turbas in hoc regno ortas componendas, cf. Tac. a. 13, 37; non recte de Hispania cogitaverunt nonnulli, cf. Hübner CIL. II S. p. LXXXVI)*; [huic senatus] ornamenta triumph[alia decrevit] *t. Histoniensis semel descriptus IX 2847 = inscr. sel. 971.*

7 ..... ..... tr. mil. leg. X ....., Xvir [stlit.] iudican., q. [cand.] Neronis Ca[esaris] Augus[ti] *t. urbanus VI 1572.*

8 .......... (GAI *litterae incertum an supersint ex nomine*), p[raefectus urbi feriarum Latinarum?, quaestor? provinc]iae Siciliae, [tr. pl., pr.], legatus leg. VI Fe[rratae], ...., [leg.? imp. Vespas]iani et Titi i[n?] ..... *(supplementa incerta omnia propterea quod non constat de ordine quo honores enumerati erant in t.) fragmentum Tiburtinum XIV 3617.*

9 .......... legatus imp. T. Caesaris Augusti (πρε[σβευτὴς αὐτοκ]ράτορος Τίτ[ου Καίσαρος Σε]βαστοῦ) legionis IIII Scythicae, [legatus] Vespasia[ni] (*vel potius* [imp. T. V]espasia[ni] Aug.; *vel etiam* [imperatoris Caesaris V]espasia[ni f. Domitiani] Aug., *quamquam spatium vix sufficere videtur; superest tantum* ..εσπασια ....... αστοῦ) Cap[padociae Galatiae] Ponti [Pisidiae Lycao]niae, Paphlagoniae, [Armeniae] minoris *fragmentum Sardense, quod descripsit et ed. Schmidt athen. Mitth. 1881 p. 148.*

10 .......... adlectus inter patricios a Vespasiano et Tito, legatus pro pr. provinciae Belgicae; [consul?]; missus a divo Nerva ad agros dividendos, ... [comes] imp. Traiani [dum] exercitus suos circumit *(a. 98?) t. urban. VI 1548 = inscr. sel. 1019.*

11 .......... quattuorvir viarum curandarum, tribunus militum legionis I Italicae, quaestor pro pr. provinciae ....., tribunus plebis, praetor, legatus Nervae et Traiani ....., legatus imp. Traiani ....., donatus [coronis IIII], hastis puris IIII, v[exillis IIII], ..... *t. Nemausensis XII 3169.*

Digitized by Google

12 .........., ..... tribunus plebis, [praetor, legatus] imperatoris Nervae Traiani Aug. Germanici .....; [sodalis] Augustalis; patronus quattuor coloniarum Cirtensium *t. Cirtensis VIII 7069.*

13 ..... ....., legatus imp. Nervae legionis XVI Flaviae Firmae, legatus imp. Traiani legionis VI Ferratae [Firmae *traditur*], sodalis Flavialis, praetor aerarii militaris, legatus imp. Traiani provinciae Lugdunensis; consul *(inter annos 102—116);* legatus imp. Traiani ad census accipiendos; patronus coloniae Helvetiorum Aventici *t. Aventicensis, ap. Mommsen inscr. Helv. 175 = inscr. sel. 1020.*

14 .........., decemvir stlitibus iudicandis, tribunus legionis XXII Primigeniae piae fidelis, sevir equitum Romanorum, quaestor, ad acta senatus, tribunus plebis candidatus imp. Traiani, praetor candidatus eiusdem, legatus legionis I Minerviae, legatus Aug. pro pr. provinciarum Galatiae Phrygiae Pisidiae Lycaoniae, item ad census Paphlagoniae, .... .....; quindecimvir sacris faciundis *(iam ante tribunatum plebis) t. Antiochensis Pisidiae III S. 6819 = inscr. sel. 1039.*

15 ...., ....., curator viae Latinae, legatus legionis sextae Victricis, legatus pro pr. imp. Traiani provinciae Ciliciae, proconsul Siciliae; consul; sodalis Augustalis, quindecimvir sacris faciundis; proconsul Africae *t. Tegeae rep. Bull. de corr. hellén. 3 p. 272 (positus a. 116 vel 117).*

16 .........., tribunus plebis, praetor *(ex* στρατηγοῦ *vocabulo duae primae litterae agnoscuntur)*, curator viarum ([ἐπιμε]λητὴς ὁδῶν), legatus legionum XVI Flaviac Firmae et VI Ferratae, praefectus aerarii militaris (ἔπα[ρχον αἰραρίου] — ΕΠΑΕΥΟΗΛ .... *traditur* — στρατιωτικοῦ), legatus Aug. pro pr. provinciae Lyciae et Pamphyliae *t. Tloensis CIG. 4240 (semel descriptus). Legatus legionum XVI Flaviae Firmae et sextae Ferratae fuit etiam n. 13 sed ab hoc diversus. Ceterum hic quoque certe non post tempora Pii vixit, cum inde a M. Aurelio Lyciam rexerint proconsules.*

17 .........., [legatus legionis] ......ae (....(ας) Victricis, legatus Aug. pro pr. provinciarum Galatiae Pisidiae Paphlagoniae, proconsul Ponti et Bithyniae *t. Apolloniae in Pisidia rep. ap. Sterrett papers of the American school at Athens III p. 367 n. 532. Temporibus Antonini Pii proconsulem Ponti et Bithyniae fuisse propter causam non satis certam statuit Brandis Herm. 1896 p. 165.*

18 .........., tribunus mil. legionis III Aug., quaestor, aedilis plebis, praetor, proconsul Ponti et Bithyniae, praefectus frumenti dandi, legatus legionis VI Ferratae, legatus Augustorum *(sic perscr., cf. infra)* pro pr. provinciae Galatiae, item provinciae Ciliciae *t. Ancyranus III 254. Augustos Brandis Herm. 1896 p. 166 putat Marcum et*

*Verum; sed potest cogitari de imperatore et successore eius, praesertim cum non* Augg. *scriptum, sed Augustorum vocabulum perscriptum sit.*

19 .........., triumvir a. a. a. f. f., tribunus laticlavius legionis X Fretensis, quaestor Aug., tribunus plebis, praetor, legatus legionis XXX Ulpiae, praefectus aerarii Saturni; [consul]; legatus Aug. pro pr. provinciae Germaniae inferioris, legatus Aug. pro pr. provinciae Brittaniae, legatus Aug. pro pr. provinciae Syriae ..... *t. Aequensis Dalmatiae III 2732 = inscr. sel. 1057. Videtur vixisse ante divos fratres (Hadriani vel Pii temporibus), cum inter tot munera nulla Augustorum duorum fiat mentio.*

20 .........., [leg. Aug. pr. pr. ad census] accipiendos [provinciae Ge]rm. infer., leg. Aug. pr. pr. [provin]c. Hisp(aniae); XVvir sacris faciundis; patronus municipii Latobicorum in Pannonia superiore *t. Neviodunensis Pannoniae III S. 10804. Eundem esse n. 21 coniecit Hirschfeld.*

21 .........., [legatus Aug. pro pr. Ger]maniae inferioris (praeses *dictus a centurionibus legionis I Minerviae*), item Hispaniae citerioris *t. Rhenanus, ap. Brambach 453.*

22 ..... ....., [lato clavo exornatus a] divo Pio, q. pr. [pr.] per provinciam Pontum et Bithyniam, aedilis Cerialis, praetor designatus; decurio Philippis et alicubi in provincia Thracia; frater Iulii Teris *t. Philippensis III S. 7339.*

23 .........., IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum legionis VI Victricis, cum qua ex Germania in Brittanniam transiit, quaestor provinciae Narbonensis, ab actis senatus, tribunus plebis candidatus imp. Hadriani, praetor; curator civitatis Arausionis provinciae Galliae Narbonensis; legatus legionis I Minerviae; comes imp. M. Aurelii Antonini et L. Veri bello Germanico, comes etiam M. Aurelii post mortem L. Veri *(deinde defunctus, nec tamen bello videtur cecidisse)*; ei senatus auctore M. Aurelio statuam poni habitu civili in foro divi Traiani pecunia publica censuit *t. urbanus VI 1549 = inscr. sel. 1100.*

24 ..... ....., origine Beneventanus; Xvir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavius legionis V Macedonicae, adlectus inter quaestorios a divo Commodo et inter patricios, legatus provinciae Africae dioeceseos Hipponiensis, praetor candidatus; XVvir sacris faciundis; ..... *t. Beneventanus IX 1592 = inscr. sel. 1126.*

25 .........., [adlectus inter quaestorios a div]o Com[modo, aedilis C]erealis, pr[aetor per]egrinus, ad[lectus ab imp]p. Caess. L. Septi[mi]o [Sev]ero Pio Pertinaci e[t M. Au]relio Anto[nino Augg. ad c]uram civi[tatis] (?) ..... *t. in Africa proconsulari loco dicto Henchir Udeka rep., VIII S. 15496.*

26 .........., [adlectus inter patr]icios a divo Pertinace, IIIvir a. a. a. f. f., sodalis Hadrianalis, flamen Commodianus *t. urbanus VI 1577 = inscr. sel. 1137.*

27 .......... *(fortasse* ασδιο *litterae ex principio ut videtur inscriptionis relictae ad nomen pertinuerunt, ut fuerit* Iasdius), quattuorvir viarum curandarum (βιό[κ]ουρος], quaestor (κυαίστωρ), quaestor (ταμίας) Lyciae et Pamphyliae, tribunus plebis, praetor; logista Troadensium; curator viarum Labicanae et Latinae; iuridicus Apuliae Calabriae Lucaniae *(non ante M. Aurelium)*; iuridicus Hispaniae (Σ[πανίας]) dioeceseos Tarraconensis *(reliqua ita mutila ut non intellegantur)*; maritus Luciae Pomponiae Melitinae *t. Hierocaesariensis, quem tractavit Mommsen eph. ep. 4 p. 223.*

28 .........ANVS clarissimus vir; sevir turmae equitum Romanorum, triumvir a. a. a. f. f., allectus in patricias familias, quaestor, praetor urbanus candidatus, legatus Numidiae; consul *(nisi forte post praefecturam demum alimentorum consul factus est)*, quindecimvir sacris faciundis, X[II]vir urbis Romae; [p]r(aefectus) alimentorum; curator aquarum et Miniciae et alvei Tiberis *t. Sufetulensis Africae VIII S. 11338. Saec. p. Chr. III.*

29 ..........R .....VS, clarissimus vir; [quaesto]r pr. pr. [provinciae] Siciliae, [trib. pleb. *vel* aedil., p]raetor; [curator] r. p. Hadr(ianorum) *vel* Hadr(umetinorum), [leg. pro p]r. provinc...., [iurid.] per Flamin. [et] .....; [l]eg. Augusti ....., [cur. re]ip. Traian. ......, pro[cos. pro]vinc. Gall(iae) [Narbon.], leg. Augus[ti ad cens]us accipi[endos per] provinc. ......, leg. Aug. [pro pr.] leg. III Aug. ...... et ...... *(quid perierit, incertum)*, cos. de[s]. *t. Lambaesitanus VIII 2754 cf. VIII S. 18129.*

30 .........., Xvir stlitibus iudicandis, quaestor, tribunus plebis, curator locorum publicorum, practor, praefectus frumenti dandi ex s. c., legatus Caesarum provinciae Lusitaniae; consul; Xvir sacris faciundis; proconsul provinciae Africae; *t. urbanus semel descriptus VI 1544.*

31 ....IVS ..... (υγει *litterae num pertineant ad nomen, incertum*), decemvir stlitibus iudicandis (δέκα [ἀνδρῶν τῶν ἐπὶ τοῖς ?] πράγμασι [δικαζομέ]νοις), tribunus laticlavius in nescio qua legione (χε[ιλίαρχον πλ]α[τ]ύσημον ..... ς), quaestor pro pr. (?) provinciae ...... (ταμίαν [καὶ ἀντιστράτηγ]ον [?] ἐπαρχε[ίας] ....), legatus pro pr. provinciae Macedoniae ([πρ]εσβ. καὶ [ἀντιστρ. ἐπαρ]χεί. Μακε[δονίας]), tribunus plebis ([δήμαρχ]ον δήμου [Ρωμαίων]), legatus pro pr. provinciarum (?) Pon[ti et Bithyniae?] ([πρε]σβ. καὶ ἀντι[στράτηγον ἐπαρχ]ειῶν Πόν[του] — *traditur* Πονο — [καὶ Βειθυνίας]), practor ([στρ[ατ[ηγ.] — *traditur* ...ατι., *vix recte Franzius proposuit* [ψηφίσμ]ατ[ι] — δήμου Ῥ[ωμαίων]), proconsul Macedoniae *t. Laodiceae Combustae in Lycaonia rep., mutilus et semel tantum descriptus, CIG. 3990.*

32 .........., Xvir stlit. iud., [sodal. Augus]tal. (?), [q., tr. pl. *vel* aed.], leg. pro pr. prov. Sicil[iae], [p]r. *t. urbanus VI 1554.*

32*

Digitized by Google

33 .......... ., III[vir] a. [a. a. f. f.], [quaestor] Galliae Narbonensis, ....., leg. Hisp[aniae] *(intellege Baeticae)*, [leg]atus Achaiae *t. urbanus VI 31801 (= Notizie degli Scavi 1891 p. 286).*

34 ..... IVS ..... VS L. f., tribu Pom. (origine Arretinus); Xvir stlitibus iudicandis, IIIvir a. a. a. f. f., IIIIvir viarum curandarum, tribunus militum *(legionis nulla mentio; quod indicium melioris aetatis)*, quaestor et legatus provinciae Achaiae, tribunus plebis, praetor; salius Palatinus *(ante honores collocatum in t.; sed quo tempore salius factus est, patricius fuerit necesse est, nondum autem fuit patricius, cum tribunatum plebis gessit; itaque post tribunatum demum inter patricios adlectus et salius factus esse videtur) t. Arretinus XI 1837 semel descriptus.*

35 ..... ...NI[A]NVS, sevir equitum Romanorum ([ἄρξ]αν[τ]α ἱππέων), ......, electus ad nescio quid (*v. 4* αἱρε[θ]έντι), quaestor (*v. 3* ταμεύσαντι), [legatus? in] Pannonia (*v. 2* ... [Π]αννονίαι) *fragmentum Neapolitanum semel descriptum, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 751.*

36 ..... ....., ..... [legatus le]g. X Gem., praef. aer. S[aturni], [cos., V]II vir epul., ..... t. *(vix recte* [pon]t. *suppleverunt)*; legatus pro pr. provinciae Dalmatiae; curator alvei Tiberis et cloacarum urbis; curator Neapolitanorum; curator Puteolanorum, (a quo munere se) excusavit *t. urbanus VI 1545 cf. p. 3146.*

37 .......... ., filius Volumniae Caledae *(V 644)*; ......., praefectus frumenti dandi ([ἐπὶ τοῦ] σει[τ]ομετρίου τῶν Ῥωμαίων ταχθείς), quindecimvir sacris faciundis; [curator] ....rianorum in Italia; [legatus pro pr.?] Africae; proconsul .....; quinquefascalis Raetiae ([πε]ντάραβδος Ῥαιτίας) *t. Gortynius, Museo ital. di antich. class. 3 p. 704.*

38 .......... ., ..... praetor, [leg. leg. V]II Cl. [p.] f., [quin]que[f]asc. reg[ni Norici] (*vel* reg[ionis Transpadanae]), .... sodalis Anto[ninianus], [c]urat. aed. sa[crar. et operum publicorum], .... [leg. Aug. pr. pr. ...., i]tem Germ[aniae] ..... *fragmentum urbanum semel descriptum VI 1546 cf. p. 3142.*

39 ..... ....., Xvir [stl]itibus iudican[dis], trib. [la]ticl. [leg.] ... [F]laviae, [quaestor] candidat., trib. pleb. ca[ndi]dat., [pr]aetor [candida]t., [le]g. leg. X Gemin[ae] ..... *t. Antiatinus X 8292.*

40 ....... VS clarissimus vir; [sevir equitum] Romanorum, [tr. mil., adlectus inter] quaestorios, curi[o], ... [tr. pleb.?] cand., VIIvir [epulon.], [pr. ka]nd., leg. prov. ..., [leg. pro pr.] ... [i]nf[erioris] ..... *fragmentum urbanum VI 3845 et accuratius VI 31814.*

41 .......... ., qu[aestor], [c]urio, [tr. pl. *vel* aed.], prae[t.], [cur. viae Tibu]rtinae, [leg.] leg. X Gemin[ae], leg. Au[gg.] ....., [proc]os. Cypri, [cos.], curator alvei [Tiberis], leg. Augg. [provinciae ...... inferio]r.(?), proco[s. provinciae Afri]c.(?) *fragmentum Suessulanum X 3761.*

Digitized by Google

42 ..... ....., legatus provinciae Narbonensis, legatus legionis V Macedonicae, proconsul provinciae Siciliae, praefectus aerarii militaris, consul *t. Tudertinus XI 4647 (= Murat. 763, 7).*

43 ..... ....., legatus pro pr. provinciae Macedoniae, proconsul provinciae Narbonensis; agonotheta Neapoli *t. Neapolitanus ap. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 750.*

44 ..... ....., sevir equitum Romanorum, Xvir stlitibus iudicandis; salius Palatinus; VIIvir epulonum; tribunus militum legionis IIII Scythicae item V Macedonicae [Pi]ae (?), quaestor candidatus, praetor candidatus ..... *t. urbanus VI 1553.*

45 ..... ....., sevir [eq. Rom., IIIvir] a. a. a. f. f., [trib. mil.] leg. VI Victr., .... [quaest.] candid. Aug., [trib. pleb. *vel* aedil.], praet. candid. ..... *fragmentum urbanum VI 31780 (= Bull. comunale 1889 p. 43).*

46 ..... ....., patricius; salius Collinus; Xvir stlitibus iudicandis, quaestor ....., praetor candidatus; iudex (*vel forte* iu[r]idicus) ... *t. urbanus VI 1559.*

47 ....VS ....A, C. f., tribu Stel. *(origine fortasse Tarquiniensis)*, .... [leg.] leg. XV Apollinar., .... [cur. viarum Clodiae] Ciminiae Cassiae; quattuorvir iure dicundo ter quinquennalis *(Tarquiniis?) t. agri Viterbiensis XI 3008.*

48 ....VS ....., C. f., tribu Pom. (origine Arretinus); [trib. mili]t.(?) leg. VIIII [Hispanae], ... q. pro pr., tr. pleb. ..... *t. Arretinus XI 1838.*

49 ...ANVS, ... [quaestor provin]c. Afric., ... [praetor] peregrin., [legatus pr]ovinciae Asiae *t. Cirtensis VIII S. 19505.*

50 ....ILIVS ..... C. f., ab commentariis Cornelii Re[pentini praefecti praetorio] *(temporibus Antonini Pii)*, [procurator prov.] Macedoniae, ab epistulis [M. Aurelii Caesaris? *(sic supplevit Hirschfeld Verw. I p. 34 not. 1)*], iuridicus Alexandreae, [procurator prov. A]siae, ....., procurator rationum summarum, [ab epist]ulis Latinis; [adlectus in amplissimum] ordinem inter praetorios iudici[o .... imp. Antonini Pii?] *t. urbanus VI 1564.*

51 ..... ...ATVS, .... a studiis, leg. leg. ...., [c]os., comes *(imperatoris?)*, amicus [fidis]simus, praef. ann., [pontife]x minor, praef. praet. [imp. Caes. M.] Aurelli [Antonini Pi]i Felicis Aug. [pontificis] maximi, sacerdotis amplissimi *(Elagabali) t. urbanus mutilus VI 3839 = inscr. sel. 1329.*

52 ..... ....., procurator nescio quarum provinciarum, [praepositus] vexillationum in dia.... *(non intellegitur, fortasse litterae non recte exceptae)*, [item a divo] Gordiano leg. I...., [item v]exill(ariorum) class(is) pr(aetoriae) ....., procurator complurium provinciarum, in his Macedoniae, ubique vice praesidis; iu[ridicus Alexandreae],

Digitized by Google

vice praef. Aegypti; praefectus Mesopotamiae; praefectus praetorio *t. urbanus VI 1638 = inscr. sel. 1331. Cf. supra sub Iulio Prisco (I 329).*

53 .......... ....., advocatus fisci; tribunus legionis XI Claudiae, praefectus alae A[sturum], praefectus vehiculationis Pannoniae utriusque et Moesiae superioris et Norici, procurator et praeses Alpium Cottiarum et maritimarum, ....., comes ut videtur *(sed vocabulum intercidit, potestque fuisse aliud simile)* Plautiani *(nomen erasum, sed hic sine dubio* adfinis Augustorum nostrorum) *t. Ephesius III 6075 cf. p. 1285 = inscr. sel. 1366.*

Pierer'sche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.

Digitized by Google

913.31
A 3
MAY 10 1915

# PROSOPOGRAPHIA

## IMPERII ROMANI

### SAEC. I. II. III

PARS III

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE SCIENTIARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

PAVLVS DE ROHDEN ET HERMANNVS DESSAV

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXXXVIII

Digitized by Google